Verꝰ Mac

№ A
3-378

~~141~~

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 03
Tabla
Número 378

2a Tc 6 - 11.

1
25-133

~~141~~

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 03
Tabla
Número 378

20 [illegible] 6 – 11.

1
25-133

Mº del Collegº de la Compª de Jesus de Granada. Ba.
A 3670

# VALERII MAXIMI DICTORVM FACTORVMQVE MEMORABILIVM

Libri Nouem.

Olim à STEPHANO PIGHIO emendati:

Nunc vero poſt LIPSII & MITALLERII aliorumq; ſpicilegia, ad vetuſtiſſimum V. CL. PETRI DANIELIS I.C. exemplar collati,

*Adiectis etiam Animaduerſionibus*

à

CHRISTOPHORO COLERO. authore damnato

*Cum INDICE gemino.*



Corrigiose este libro conforme al expurgº de 1632. por commission de los Inquisidores, a 13 de Setiembre del mismo año. Diego de Alberaz

HANOVIÆ,
Typis Wechelianis, apud hæredes Ioannis Aubrii.

M. DC. XIV.

No añade nada el nuevo Expurgatorio del año de 1640.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# STANISLAO ZE-
# LENIO VITELLIO DE ZE-
lanka &c. Iuueni generoſo
S. P. D.

*CHRISTOPHORVS COLERVS.*

VALERIVM MAXIMUM mittere ad te, mi STANISLAE, non commendare decreui. Sufficiat tibi doctiſſimorum virorũ communis conſenſus, qui quantum auctoritatis habet, tantum & rationis ſubminiſtrat. Profecto tam terſum & elegantem ſcriptorem diligenter legiſſe, duplici tibi vice proderit. Nam quidquid Græcia, quidquid Romana virtus dixit aut fecit egregium, ſub vnũ aſpectum, veluti tabella explicauit Valerius: nec id vulgari ſtilo, ſed florido, ſed arguto, certe flexanimo orationis genere. Poſtea vero, quãti precii res eſt, quę alii induſtrie notauere, diſciplinã inde & exemplum capere: Virtutum vitiorumq;

argumenta non tantum ex præteritis colligere, ſed hinc fugam adornare, illinc obſequium meditari? Licebit etiam decenter imitari tale ſcriptionis genus, & factu vel dictu memorabilia ſubinde notare & digerere. quod nimis feliciter præſtitit ille, vir illuſtri proſapia, Baptiſta Fulgoſius; mediocriter etiã Ant. Sabellicus. Quæ te tuamque fortunam deceant vides, mi Stanislae. *Vindica te tibi, & tempus, quod adhuc aut auferebatur, aut ſurripiebatur, aut excidebat, collige & ſerua.* cogita ex quibus carceribus ad quam metam properes. Nobiliſſimus es, fortunatus es. Ergo ſtudia tua ex nobilitate metire, ex fortuna ſapere diſce. An quod pleriq; omnes huius loci hodie aliter faciunt? Eo tu plus gloriæ ex bono facto exſpecta. Humilia ingenia ſunt, quæ apud minutarum quæſtiuncularum gyros atque mæandros, tanquam apud Sirenios ſcopulos conſeneſcunt. Legiſti hoc ipſe, niſi fallor, apud Atticarum Noctium commentatorem. Et delectentur ſane illis ſtudiis, quibus & fructus aliquando ex profeſſione eorum. Tibi quid inde? Faſtidium maiorum curarum & propriè tuarum. Dicendum tibi hoc ſemel

*Seneca ad Lucillium epiſt. 1.*

putaui,

putaui, ob iſtos, qui & ſtudia aliquam nobilitatem, & nobilitatem ſua ſtudia habere neſciunt. Tu autem illud veteris Poetæ tibi dictum puta:

Τὸν εὐτυχοῦντα χρὴ σοφὸν πεφυκέναι. Et quod agis, gnauiter age. optima cogitanda ſunt, plurima diſcenda ſunt, vtiliſſima legenda ſunt, vt recte viuas & bene facias. De iſtis duobus, non deſunt tibi quotidianæ meæ monitiones, adhortationes, cautiones. De vltimo, illud accipe, quod Zenoni quærenti, quomodo optime viueret, oraculũ reſpõdit εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς. quo ille accepto, totum ſe libris veterum mancipauit. Hunc tu imitare. & caueſis alio animo Valerium noſtrum accipias, quam quo COLERVM amplecti conſueuiſti. Vale. Haidelbergæ Calendis Aprilis.

CIↃ IↃ C. CI.

author damnatus

# MARTINVS AICHMAN

I.V.D. ET IN AVLA WIRtembergenſi Cancellarius,

*IN VALERIVM MAXIMVM*

&

CHRISTOPHORO COLERO denuo reſtitutum & illuſtratum.

*Authorum veterum reparat qui ſcripta labore*
*Peruigili, prauas tollit & inde notas:*
*Dignus is eſt habitus ſemper non laude minore,*
*Quam qui principio condidit author opus.*
*Eius id elogium eſt, qui maieſtate verendus* (Cod. titu. de vet. iur. enucleando.)
*Cæſarea, cuius eſt rata vbiq; fides.*
[redacted]

CHRI-

CHRISTOPHORO COLERO.

*FRVSTRA laborant corrigendis in libris*
*COLERE veterum, ni ſibi plane induant*
*Criticiue Cenſoreſue noſtri temporis*
*Cor atq; mentem auctoris, & verba ipſamet,*
*Phraſimque dicendi, ſtilumq; proprium.*
[redacted]

PAVLVS MELISSVS FRANcus, Comes Pal. & Eques aur. Ciuis Romanus, author damnatus

# CHRISTOPHORO COLERO S.

MEnsis, & quod excurtit, abierat ex Valeriana editione abſoluta, cum nobis redditæ ſunt [redacted] de [redacted] ſunt autem, [redacted] deſiderabamus, [redacted] aduerſionum, [redacted] illius [redacted] tardius [redacted] iſſe. Sed illam, vti iubes, editioni præmiſ[redacted] iecimus, velut appendicem, [redacted] ſtudioſo, & [redacted].

Exempla[redacted] in Poloniam reliquiſti, ſecuti ſumus accurate: niſi quòd à pag. IX. vſque ad XIII. littera quam vocant *Curſiuam*, expreſſimus quæ aberant ab optimo & fideliſſimo codice *P. Danielis* V. C L. quæ non eſſe ipſius Valerii concepta verbis, verbis conceptis iurabit quicunque ea expendet vel leuiter: inſerta nimirum ex adbreuiatore, nequid deſideraret exemplorum lector; & vt ille velut hiatus repleretur. *Pighius* certe & ipſe ad caput III. ſubodoratus eſt epitomen iſta redolere. Sed ſi qui aure duriore, non ſatis intelligit quæ ſit vtriuſque ſtili & auctoris & adbreuiatoris differentia, audiat is quæ antiquiſſimo illo & longe optimo Codici *P. Danielis* leguntur præfixa. Prima eius pagella, aut pagellæ potius fragmentum: eſt enim exeſa vetuſtate magnam partem: illa, inquam, pagella præpoſita Indici capitulorum, hæc habet. *In adbreuiatore, qui & vetuſtus eſt, quædam reperta ſunt, quæ quoniam noſtro deerant, neceſſario ſuppleui.* Sequuntur inde adbreuiata exempla: & *Timaſithei* primum, quod ipſius tamen *Valerii* verbis explicatum habemus. *Timaſitheus Liparenſis creteram quam Romani Pythio Apollini miſerant, interceptam à Piratis, curauit Delphos perferendam. Mileſia Ceres.* & quæ leguntur infra pag. IX. & ſequentibus, vſq; ad illa *Deiotaro vero*: pag. XIII. quæ non eſſe ipſius *Valerii* quiuis facile agnoſcat.

Nomen adbreuiatoris habet idem Codex, in fine, id eſt poſt rapſodiam libri X. ad quam nomen idem & *Pighius* notauit ex ſuis mſſ. Ille autem vt dixi *Danielis* ſic habet. *Feliciter emendaui, deſcriptum Rabennæ Ruſticius Helpidius Domnulus.* V. C.

TITVLVS ADBREVIATORIS.

*C. Tit Probi finit epitoma hiſtoriarum diuerſarum exemplorum Romanorum.* Sed de hoc quid ſentiendum ſit, tu nos docebis aliquando.

Vetuſtum autem fuiſſe, inde paret quod quæ ex eo adſcripta ſunt libro *Danielis*, veteri omnino manu ſcripta ſunt: & ſunt illa ip[illegible] veteribus manuſcriptis inſerta, nullo diſcrimine, tanquam genuina *Valerii*. Vale V. C L.

# VALERII MAXIMI VITA.

## INCERTO AVTORE.

VALERIVS MAXIMVS *ciuis Romanus, Patritio genere natus, omnem pueritiam, & magnam adoleſcentiæ partem literis percipiendis, & honeſtis artibus dedit. Inde, ſumpta virili toga, ſe contulit ad rei militaris diſciplinam, vbi aliquandiu ſtipendia feciſſe, & in Aſiam cum Sexto Pompeio nauigaſſe dicitur. Vnde reuerſus, cum videret ſe patriæ ſuæ tam benedicendo, quam benefaciendo poſſe prodeſſe, à quo incepto ſtudio militiæ gloria detinuerat; eodem regreſſus, ſtatuit vrbis Romæ, exterarumq; gentium facta, ſimul ac dicta memoratu digna, vt ipſe fatetur, literarum monumentis commendare: quod feliciter & glorioſe conſecutus eſt. Floruit autem Tiberii Cæſaris temporibus, & ſub eius imperio hanc ſcripſit hiſtoriam, cuius etiam numen inuocat. Imperatores enim Romani cum virtute ſua iuſte ſancteque geſſiſſent imperium, diuino celebrabantur honore, & in deorum numerum transferebantur, vnde etiam Diuos imperatores appellamus. Genus vero ſuum paternum à gente Valeria, maternum à Fabia duxiſſe fertur: vnde Valerius Maximus ex vtraq; familia ei nomen eſt, de cuius morte certi nihil poteſt afferri.*



# VALERII MAXIMI

## VITA, C. MIT VALERIO VIENnenſis prouinciæ iuridico auctore, ad IO. BVFFENANTIVM in ſuprema Delphinatium curia Præſidem.

VALERII Maximi prænomen librariorum iniuria iam olim amiſſum vero propius eſt, quam ab ipſo omiſſum fuiſſe. Ridiculum eſt autem, quod maternum genus eius quidam à Fabia gente repetunt cognominis argumento. Nam præterquam quod id aliis quibuſdam Rom. gentib. commune fuit, vt Carbiliæ, Corneliæ, Manliæ: conſtat certe id longe ante in Valeria, quam in Fabia gente fuiſſe, inde vſq; à M. Valerio illo Maximo, qui Coſ. anno Vrb. CCXCVIII. cum Sp. Virginio Cælimontano fuit: cum qui Fabiorum primus eo cognomine affectus eſt Q. Fabius Rutilianus Ambuſti F. Gurgitis pater, Cenſor tum cum P. Decio omni forenſi turba in quatuor tribus digeſta anno vrb CCCCL. æternum glorioſumque id ſibi ac familiæ ſuæ pepererit. His accedit quod qui à materna denominarentur, non cognomina, quæ nulla fœminis fuerunt ſed gentilitia nomina in poſſeſſiuum transformata modum adſciſcebant. Sic è duabus Cenſorii Catonis vxoribus Licinia & Salonia partim Liciniani ſunt, partim Saloniani appellati: quo modo à

Petronia matre Petronianus Vitellii Cæſaris filius, à Veſpaſia, & Domitilla, Veſpaſianus, & Domitianus, impp. dicti ſunt. Quod & in arrogationibus adoptionibuſque obſeruabatur, quo modo Pomponium Atticum illum Ciceronis amicum ab auunculo Qu. Cæcilio teſtamento in nomen familiamq; adoptatum Qu. Cæcilium Pomponianum Atticum dictum fuiſſe comperimus. Hinc Rutilianos, Aemilianos, Seruilianos, Calphurnianos, Octauianos, è Rutiliis, Aemiliis, Seruiliis, Calphurniis, Octauiis in alienas traductis familias agnominatos fuiſſe legimus. Ciuem certe Romanum identidem ſe his fuiſſe verbis ſignificat, *Ciuitatem noſtram, noſtri imperii, noſtris cæremoniis, forum noſtrum*, & ſimilibus. Sed ingenuum, quando etiam de eius ſtatu dubitatum ſcio, ex patritia videlicet Valeriorum gente etiam ipſo cognomine. Libertini enim ſeruili nomine cognominis vice retento ſolum patronorum nomen, prænomenque vſurpabant, cognomine vero, quod plerunque fortunæ fuit, ac gloriæ, abſtinebant: quod & ipſum in iis qui ipſi ingenui cuiuſquam beneficio ciuitatem Rom. conſequuti, aut in colonias tranſcripti fuerant, obſeruabatur. Sex. Pompeio arctiſſima neceſſitudine deuinctus fuit, adeo quidem vt in eius commemoratione ſibi inſtar Alexandri eum fuiſſe ſcripſerit: *cum illi*, inquit, *Hephæſtio ſuus alter fuerit Alexander*: nec dubitauerit ſupremum ſibi atque illi inter rara amicorum paria locum facere. Huius Sex. Pompeii, Sextique Apuleii conſulatu Auguſtus è viuis exceſſit: primiſque cum ipſi in Tyberii verba iuraue-

iurauerunt, tum etiam cæteros adegerunt. Quo merito poſtea principis inter primarios amicos fuit. Magna certe eloquentiæ gloria ac gratia fuiſſe vel illud inprimis arguit, quod cũ ſibi Gn. Piſo conflatæ Germanico mortis reus patronum cum præſtantiſſimis eius ſæculi oratoribus depopoſcit. Quocirca eum non clariſſimum modo ſed etiam deſertiſſimum Valerius appellauit. Inde M. Lepidum illo nomine ac genere vt ſocordem & ignauum, maioribuſque ſuis dedecorum Aſiæ pro cõſulatu aduerſatum maxime Senatu deturbauit. Ipſe in eius locum ſuffectus Valerium inter præcipuos cohortis coluit, ingenii ac morum amœnitate delinitus. Tyberio quidem, & vniuerſæ Cæſarum domui, inolito iam tum etiam illuſtribus familiis more, enixiſſime adulatur. Itaque libro IX. inter dictorum improborum factorumque ſceleratorum exempla vltimo, ceu Colophonem, loco Seiani (quod recte ſubodoratus eſt Pighius) ſuppreſſo tamen ſingulari quodam adulandi artificio, eius nomine ſupra omnium flagitiorum conditionem perfidiam audaciamq; inceſſit.

# INCIPIVNT CAPITVLA LIBRORVM VALERII MAXIMI FACTORVM ET DICTORVM memorabilium.


LIBER PRIMVS.

1. De religione. 2.
2. De ſimulata religione. 10
3. De peregrina religione reiecta. 11
4. De auſpiciis. 11
5. De ominibus. 13.
6. De prodigiis. 16
7. De ſomniis. 22
8. De miraculis. 29

LIBER SECVNDVS.

1. De matrimoniorum ritu, & neceſſitudinum officiis. 39
2. De magiſtratuum atq; ordinum officiis, & inſtitutis. 42
3. De militaribus inſtitutis. 45
4. De ſpectaculis. 46
5. De frugalitate & innocentia. 50
6. De externis inſtitutis. 51
7. De diſciplina militari. 56
8. De iure triumphi. 64
9. De cenſoria ſeueritate 67
10. De maieſtate. 71

LIBER TERTIVS.

1. De indole. 75
2. De fortitudine. 77.
3. De patientia. 90
4. De humili loco natis qui clari euaſerũt 93
5. Qui à præclaris parentibus degenerarunt. 95
6. De illuſtribus qui in ueſte, aut cetero cultu, licẽtius ſibi indulſerunt. 96
7. De fiducia ſui. 98
8. De conſtantia. 105

LIBER QVARTVS.

1. De animi moderatione. 112

2. De

2. De recõciliatione. 120
3. De abſtinentia & continentia. 122
4. De paupertate laudata. 129
5. De uerecundia. 133
6. De amore cõiugali 135
7. De amicitiæ vinculo. 139
8. De liberalitate. 145

LIBER QVINTVS.

1. De humanitate & clementia. 149
2. De gratitudine. 157.
3. De ingratitudine. 162
4. De pietate in parentes. 168
5 De pietate fraterna 173
6. De pietate erga patriam 175
7. De patrum amore & indulgentia in liberos 179
8. Qui ſeueri aduerſus liberos. 182
9. Qui moderati aduerſus ſuſpectos liberos. 184
10. Qui filiorum obitum forti animo tulerunt. 185

LIBER SEXTVS.

1. De pudicitia. 188
2. Quæ libere dicta aut facta. 192
3. De ſeueritate. 198
4. De grauiter dictis aut factis. 202
5. De iuſtitia. 206
6. De fide publica. 210
7. De fide vxorum erga maritos. 213
8. De fide ſeruorum erga dominos. 213
9. De mutatione morum aut fortunæ. 216

LIBER SEPTIMVS.

1. De felicitate. 223
2. De ſapienter dictis aut factis. 224
3. De vafre dictis aut factis. 232
4. De ſtratagematis. 239
5. De repulſis. 243
6. De neceſſitate. 245
7. De teſtamẽtis reſciſſis. 248
8. De ratis teſtamentis, & inſperatis. 251

LIBER OCTAVVS.

1. De iudiciis publicis inſignibus. 254
2. De priuatis iudiciis inſignibus. 260

3 De mulierib. quæ cauſas apud magiſtratus egerunt. 262
4. De quæſtionib. 263
5. De teſtimoniis irritis vel ratis. 264
6. De his qui commiſerunt quæ in aliis vindicarant. 265
7. De ſtudio & induſtria. 266
8. De otio laudato. 273
9. De vi eloquentiæ. 274
10. De pronuntiatione & apto motu corporis. 276.
11. De effectibus artium. 278
12. Optimis artium magiſtris concedendũ eſſe. 280
13. De ſenectute memorabili. 281
14. De cupiditate gloriæ. 284
15. Quæ cuique magnifica contigerunt. 288

LIBER NONVS.

1. De luxuria & libidine. 292
2. De crudelitate. 297
3. De ira & odio. 302.
4. De auaritia 305
5. De ſuperbia & impotentia. 307
6. De perfidia. 309
7. De ſeditionibus. 310
8. De temeritate. 312
9. De errore. 313
10. De vltione. 315
11. De improbe dictis & ſcelerate factis 316
12. De mortib. non vulgaribus. 319
13. De cupiditate vitæ. 323
14. De ſimilitud. formæ 326
15. De his qui per mẽdacium ſe in alienas familias inſeruerũt 328

VALE-



# VALERII MAXIMI EXEMPLORVM MEMORABILIVM LIBER PRIMVS,

## AD TIBERIVM CÆSAREM Auguſtum.

## PROLOGVS.

POPVLI *Romani, exterarumque gentium facta ſimul ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latius diffuſa ſunt * quam vt breuiter cognoſci poſſint, ab illuſtribus electa auctoribus deligere conſtitui: vt documenta ſumere volentibus longæ inquiſitionis labor abſit. Nec mihi cuncta complectendi cupido inceſſit. Quis enim omnis æui geſta, modico voluminum numero comprehenderit? Aut quis compos mentis, domeſticæ peregrinæq; hiſtoriæ ſeriem, felici ſuperiorum ſtylo conditam, vel attentiore cura, vel præſtantiore facundia, traditurum ſe ſperauerit? Te igitur huic cœpto, penes quem hominum, deorumque conſenſus, maris ac terræ regi-*

* al. vt quã

A

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

men eſſe voluit, certiſſima ſalus patriæ Cæſar inuo- co: cuius cœleſti prouidentia virtutes, de quibus di- cturus ſum, benigniſſime fouentur: vitia ſeueriſſi- me vindicantur. Nā ſi priſci oratores ab Ioue Opt. Max. bene orſi ſunt, ſi excellentiſſimi vates à numi-
2 ne aliquo principia traxerunt: mea paruitas eo iu- ſtius ad fauorem tuum decurrerit, quod cetera di- uinitas opinione colligitur: tua præſenti fide paterno auitoq; ſideri par videtur: quorum eximio fulgore
3 multum ceremoniis noſtris inclytæ claritatis acceſ-
4 ſit. Deos enim reliquos accepimus, Cæſares dedimus. Et quoniam initium à cultu deorum petere in ani- mo eſt, de conditione eius ſummatim diſſeram.

*Cic. Verr. 1.*

---

## CAPVT I.

## DE RELIGIONE.

### Obſeruata.

1 A populo Rom.
2 L. Metello pont. max.
3 Ti. Graccho & Coſſ.
4 Sacerdotum collegiis.
5 Q. Fabio dict. & C. Fla- minio mag. eq.
6 P. Craſſo pont. max.
7 Aemilia Veſtalis diſci- pula.
8 M. Marcello V. Coſ.
9 L. Furio Bibaculo præ- tore.
10 L. Albinio.
11 C. Fabio Dorſone.
12 Q. Petillio Spurino præt.
13 L. Tarquinio rege.
14 M. Atilio Regulo.
15 Senatu Romano.

### Neglecta.

16 A. C. Terentio Varrone.
17 Ap. Caco & gente Poti- tia.
18 Milite Romano & Bren- no Gallo.
19 P. Turullio præfecto claſ- ſis.
20 Q. Fuluio Flacco cenſ.
21 Q. Pleminio legato propr.

### EXTERNA EXEMPLA OBSERVATæ vel neglectæ Religionis.

1 Pyrrhus Epirotarum rex
2 Maſſaniſa Numidarum.
3 Dionyſius maior Siculo- rum.
4 Thymaſitheus Liparitano- rum.
5 Alexandri regis milites.
6 Perſæ.
7 Athenienſes.
8 Diomedon Athenienſium dux.



## OBSERVATA.

1 MAiores noſtri ſtatas ſolenneſque ceremonias, Pontificum ſcientia; bene gerendarum rerum auctoritates, augurum obſeruatione; Apollinis prædictiones; vatum libris; portentorum depulſa, Etruſca diſciplina explicari voluerunt. Priſco etiam inſtituto rebus diuinis opera datur, cum aliquid commendandum eſt, precatione: cum expoſcendum, voto: cum ſoluendum, gratulatione: cum inquirendum vel extis vel ſortibus, impetrito: cum ſolenni ritu peragendum, ſacri-
2 ficio. Quo etiam oſtentorum ac fulgurum denuntiationes procurantur.

*1. Ex Cicer. de aruſp. reſp.*

Tantum autem ſtudium antiquis non ſolum obſeruandæ, ſed etiam amplificandæ religionis fuit, vt è florentiſſima tum & opulentiſſima ciuitate, decem principum filii S. C. ſingulis Etruriæ populis, percipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia traderentur.

*Cic. de diu. 1.*

Cereri quoque, quam more Græco venerari inſtituerant, ſacerdotem à Velia, cum id oppidum nondum ciuitatis nomen accepiſſet, Calcitanam peterent, vel, vt alii dicunt, Calliphennam: ne deæ vetuſti ritus perita deeſſet antiſtes. Cuius cum in vrbe pulcherrimum templum ha-
3 berent, Grachano tumultu moniti Sibyllinis libris, vt vetuſtiſſimam Cererem placarent, Ennam (quoniam ſacra eius inde orta credebant) decem viros ad eam propitiandam miſerunt. Item matri deum ſæpenumero imperatores noſtri, compotes victoriarum, ſuſcepta vota Peſſinuntem profecti ſoluerunt.

*An. V. 656. Cic. pro Balbo.*

*An. V. 620. Cic. Verr. 6. Cic. de aruſp. reſponſ.*

Metellus vero pont. max. Poſtumium conſulem, eundemque flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne à ſacris diſcederet, multa indicta, vrbem egredi paſſus non eſt: religionique ſummum imperium ceſſit: quod tuto ſe Poſtumius Martio certamini commiſſurus non videbatur, ceremoniis Martis deſertis.

*2. Ann. V. 511. Liu. 19. & 37.*

3. Laudabile duodecim faſcium religioſum obſequium,
*Ann. vrbis* laudabilior quatuor & viginti in conſimili re obedien-
591. *Cic. de* tia: à Tit. enim Graccho ad collegium augurum literæ
*Natu. deor. 1* ſunt ex prouincia miſſæ, quibus ſignificabat ſe, cum li-
bros ad ſacra populi pertinentes legeret, animaduertiſſe
vitio tabernaculum captum, comitiis conſularibus, quæ
ipſe feciſſet; eaque re ab auguribus ad ſenatum relata, iuſ-
ſu eius C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è Corſica Ro-
mam redierunt, & ſe conſulatu abdicauerunt.

4. Conſimili ratione P. Clœlius Siculus, M. Cornelius
*An. V. 543.* Cethegus, & C. Claudius, propter exta parum curioſe ad-
*Liuius 26.* mota aris deorum immortalium, variis temporibus, bel-
liſque diuerſis flaminio abire iuſſi ſunt, coactique etiam.
*An. V. 532.* At Sulpicio inter ſacrificandum apex è capite prolapſus,
*circiter.* ſacerdotium abſtulit.
*Plut. Mar-* Occentus autem ſoricis auditus, Fabio Max. dicta-
*cello.* turam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi
5. cauſam præbuit.
*Ann. V. 532.* Adiiciendum his, quod P. Licinio pontifici max. virgo
*Plutarch.* Veſtalis, quia quadam nocte parum diligens æterni ignis
*Marcello.* cuſtos fuiſſet, digna viſa eſt quæ flagro admoneretur.
6. Maximæ vero virginis Aemiliæ diſcipulam, extincto
*An. V. 547.* igne, tutam ab omni reprehenſione Veſtæ numen præ-
*Liuius 28* ſtitit; qua adorante, cum carbaſum, quam optimam ha-
7. bebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.
*Dion. Halı.* Non mirum igitur, ſi pro eo imperio augendo, cu-
*antiq. 2.* ſtodiendoque pertinax deorum indulgentia ſemper ex-
8. cubuit; quod tam ſcrupuloſa cura, paruula quoque mo-
menta religionis examinare videtur: quia nunquam re-
motos ab exactiſſimo cultu ceremoniarum oculos ha-
*An. V. 545.* buiſſe noſtra ciuitas exiſtimanda eſt. In qua cum Marcel-
*Liuius 27.* lus quintum conſulatum gerẽs templum Honori, & Vir-
*Plut. in vita* tuti, Claſtidio prius, deinde Syracuſis potitus, nuncupa-
tis votis debitum conſecrare vellet, à collegio pontifi-
cum impeditus eſt, negante vnam cellam duobus diis re-
cte dicari. Futurum enim, ſi quid prodigii in ea accidiſſet,
ne dignoſceretur vtri rem diuinam fieri oporteret: nec
duobus niſi certis diis vna ſacrificari ſolere. Ea pontifi-
cum admonitione effectum eſt, vt Marcellus, ſeparatis
ædibus, Honoris ac Virtutis ſimulacra ſtatueret. Neq; aut
collegio



collegio pontificum auctoritas ampliſſimi viri aut Mar-
cello adiectio impenſæ impedimento fuit, quo minus, re-
ligionibus ſuus tenor, ſuaq; obſeruatio redderetur.
Obruitur tot etiam illuſtribus conſularibus L. Fu- 9.
rius Bibaculus, exempliq; locum vix poſt Marcellum in- *Ann. V. 516*
uenit. Sed pii ſimul ac religioſi animi laude fraudandus *Lactan. diu.*
non eſt: qui prætor à patre ſuo collegii Saliorum magi- *Inſt. 1. c. 21.*
ſtro iuſſus, ſex lictoribus præcedentibus, arma ancilia tu-
lit: quamuis vacationem huius officii, honoris beneficio
haberet. Omnia namq; poſt religionem ponenda ſem-
per noſtra ciuitas duxit: etiam in quibus ſummæ maie-
ſtatis conſpici decus voluit. Quapropter non dubitauerũt
*ſacris imperia* ſeruire: ita ſe humanarum rerum *futura* **al* deſerui-
*regimen exiſtimantia ſi diuinæ potentiæ bene atq; conſtan-* re.
*ter fuiſſent famulata.* * *al.* velut
Quod animi iudicium in priuatorum quoque pecto- curã gerere.
ribus verſatum eſt. Vrbe enim à Gallis capta, cum Flamẽ 10.
Quirinalis virgineſq; Veſtales ſacra onere partito ferrẽt, *An. V. 363.*
eaſq; pontem Sublicium tranſgreſſas, & cliuũ, qui ducit ad *Liuius 5.*
Ianiculum, deſcendere incipientes, L. * Aluenius plauſtro *Flor. 1. c. 13.*
coniugem, & liberos vehens aſpexiſſet, propior publicæ * *al.* Albi-
religioni, quam priuatæ charitati, ſuis vt plauſtro deſcen- nius.
derent, imperauit; atque in id virgines & ſacra impoſita,
omiſſo cœpto itinere, Cære in oppidum peruexit: Vbi
cum ſumma veneratione recepta, grata memoria, ad hoc
vſque tempus hoſpitalem humanitatem teſtantur: Inde
enim inſtitutum eſt, ſacra Cæremonias vocari quia Cæ-
retani ea, in fracto Reip. ſtatu perinde ac florente colue-
runt. Quare agreſte illud & ſordidum plauſtrum, tempe-
ſtiue capax cuiuslibet fulgentiſſimi triumphalis currus,
vel æquauerit gloriam, vel anteceſſerit.
Eadem reipub. tempeſtate C. Fabius Dorſo memora- 11.
bile exemplũ ſeruatæ religionis dedit. Namq; Gallis Ca- *An. V. 263.*
pitolium obſidentibus; ne ſtatum Fabiæ gentis ſacrificiũ *Liuius 5.*
interrumperetur, Gabino ritu cinctus, manib. humeriſ-
que ſacra gerens, per medias hoſtium ſtationes, in Quiri-
nalem collem peruenit: vbi omnibus ſolenni more pera-
ctis in Capitolium * poſt diuinam venerationem victri- **al.* propter
cium armorum perinde ac victor, rediit. 12.
Magna conſeruandæ religionis etiam P. Cornelio, *An. V. 572.*

*Liuius* 40. & Bæbio Tamphilo Coſſ. apud maiores noſtros acta cu-
*Plin. lib.* 13. ra eſt Siquidem in agro L. Petillii ſcribę ſub Ianiculo cul-
*c.* 13. *Plut. in* toribus terram altius verſantibus, duabus arcis lapideis
*Numa.* repertis, quarũ in altera ſcriptura indicabat corpus * Nu-
* *al.* Numæ mæ Pompilii Pomponis filii fuiſſe: in altera libri recondi- 11
Pomponii. ti erant, Latini ſeptem de iure pontificum, totidemque
Græci de diſciplina ſapientiæ: Latinos magna diligentia
* *al.* obſer- * aſſeruandos curauerunt: Græcos, quia aliqua ex parte ad
uandos. ſoluendam religionem pertinere exiſtimabantur. L. Petil-
lius prætor Vrbanus ex auctoritate ſenatus per victima-
rios igne facto, in conſpectu populi cremauit. Noluerunt
enim priſci viri quicquam in hac aſſeruati ciuitate, quo a-
nimi hominum à deorum cultu auocarentur.

13. Tarquinius autem rex M. Tullium Duumuirum, quod
*M. Atilium* librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ
*vocat Dion.* ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcriben- 12
*lib.* 4. dum dediſſet; culeo inſutum in mare abiici iuſſit: Idq; ſup-
*Sed patri-* plicii genus multo poſt parricidis lege irrogatum eſt. Iu-
*cius eſſe de-* ſtiſſime quidem: *quia pari vindicta parentum ac Deorum*
*bet, eodem* *violatio expianda eſt.*
*teſte.*

Sed in his quæ cuſtodiam religionis attinent, neſcio an
*An. V.* 653. omnes M. Attilius Regulus præceſſerit, qui ex victore ſpe-
*Plut. Rhet.* cioſiſſimo, inſidiis Aſdrubalis, & Xantippi Lacedæmonii
*ad Herenniũ* ducis ad miſerabilem captiui fortunã deductus ac miſſus
14. ad S. P. Q. R. legatus, vt ex ſe & vno, & ſene, cõplures Pœ-
*An. V.* 498. norum iuuenes penſarentur: in contrarium dato conſilio,
*Polyb. & alii* Carthaginem repetiit; non ignarus ad quã crudeles, quã-
*An. V.* 503. que etiam merito ſibi infeſtos * deos reuerteretur: Verum 13
*Cic. offi.* 3. is iurauerat, ſi captiui eorum redditi non forent, ad eos ſe
* *al.* hoſtes. rediturum. Potuerunt profecto dii immortales efferatam
mitigare ſæuitiam: ceterum quo clarior eſſet Atilii gloria,
Carthaginenſes moribus ſuis vti paſſi ſunt: tertio Punico
bello religioſiſſimi ſpiritus tam crudeliter vexati, vrbis eo-
rum interitu iuſta exacturi piacula.

15. Quanto noſtræ ciuitatis ſenatus venerabilior in Deos?
*An. V.* 537. qui poſt Cannenſem cladem decreuit, ne matronæ vltra
*Liu.* 22. trigeſimum diem luctus ſuos extenderent, vti ab his ſacra
Cereris peragi poſſent: quia maiore pene Romanorum 14
virorum parte inexecrabili ac diro ſolo iacente, nullius
penates mœroris expertes erant. Itaque matres ac filiæ,
con-



iugesq;, & ſorores, nuper interfectorum abſterſis la-
chrymis, depoſitiſq; doloris inſignibus, candidam induere
veſtem, & aris dare thura coactæ ſunt: Qua quidem con-
ſtantia obtinendæ religionis, magnus cæleſtibus iniectus
eſt rubor vlterius aduerſus tam ſæuiendi gentem, quæ ne
iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu abſterreri
potuerat.

## NEGLECTA. 16.

15 Creditum eſt Varronem conſulem apud Cannas cum
Carthaginenſibus tam infeliciter dimicaſſe ob iram Iu-
nonis: quod cum ludos Circenſes ædilis faceret, in Iouis *An. vrb.* 533.
Opt. Max. templo eximia facie puerum hiſtrionem ad ex- *Lact. inſtit.*
cubias tenendas poſuiſſet: quod factum poſt aliquot an- *diu. lib.* 2.
nos memoria repetitum ſacrificiis expiatum eſt. 17.

Hercules quoque detractæ religionis ſuæ & grauem
& manifeſtam pœnam exegiſſe traditur. Nam cum Po-
titii ſacrorum eius ritum (quem pro dono genti eorum ab *An. vrb* 442.
ipſo aſſignatum, velut hæreditarium obtinuerant) au- *Liuius* 9.
ctore Appio Cenſore, ad humile ſeruorum miniſterium
tranſtuliſſent: omnes qui erant numero ſuper 30. puberes,
intra annum extincti ſunt, nomenq; Potitium in duode-
cim familias diuiſum prope interiit. Appius vero lumini-
bus captus eſt. 18.

Acer etiam ſui numinis vindex Apollo, qui Carthagi-
ne à Romanis oppreſſa, veſte aurea nudatus, id egit, vt ſa- *Ann. V.* 607.
crilegæ manus inter fragmenta eius abſciſſæ inuenien- *Appia. Puni.*
16 tur. Brennus Gallorum dux Delphis Apollinis templum *Pauſ. Phoc.*
ingreſſus, Dei voluntate in ſe manus vertit. *Iuſtin.* 24.

Nec minus efficax vltor contemptæ religionis filius 19.
quoq; eius Æſculapius, qui conſecratum templo ſuo lucũ *An. vrb.* 723.
à Turullio præfecto Antonii, ad naues ei faciẽdas, magna *Dion. hiſt.* 51.
17 ex parte ſucciſum dolens, inter ipſum nefarium miniſte-
rium deuictis partibus Antonii, imperio Cæſaris deſtina-
tum morti Turullium, manifeſtis numinis ſui viribus. eum
in lucum, quem violauerat, traxit: effecitq; Deus, vt ibi po-
tiſſimum à militibus Cæſarianis occiſus, eodem exitio, &
euerſis iam arboribus pœnas lueret & adhuc ſuperantib.
impunitatem conſimilis iniuriæ pareret: ſuamq; venera-
tionem, quam apud colentes maximam ſemper habue-
rat, multiplicaret.

20. Q. autem Fuluius Flaccus impune non tulit, quod in
*An. V. 579.* cenſura tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniæ templo
*Liuius 42.* in ædem Fortunæ Equeſtris, quam Romæ faciebat, tráſ-
tulit. Negatur enim poſt hoc factum, mente conſtitiſſe:
quin etiam per ſummam ægritudinem animi expirauit,
cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus, alterum de-
**al. cauſa.* ceſſiſſe, alterum grauiter audiſſet affectum. Cuius *caſu 18
motus ſenatus, tegulas illico reportandas curauit: decre- 19
tiq; circumſpectiſſima ſanctione impium opus cenſoris
retexuit.

21. Tam me hercule quam Q. Pleminii legati Scipionis in
*An. V. 549. Liu. 29. & 34.* theſauro Proſerpinæ ſpoliando ſceleratam auaritiam iu-
ſta animaduerſione vindicauit. cum enim vinctum Ro- 20
mam protrahi iuſſiſſet, is ante cauſæ dictionem in carce-
**al. mortis.* re teterrimo genere * morbi conſumptus eſt: pecuniam
Dea eiuſdem ſenatus imperio, & quidem ſummam dupli-
cando, recuperauit.

## EXTERNA EXEMPLA, OBSERVATæ vel neglectæ Religionis.

22. Quod quidem ad Pleminii facinus pertinuit, bene à 21
patribus conſcriptis vindicatum eſt. Quod ad violentas
*An. V. 478. Liuius 29.* regis Pyrrhi ſordeis attinuerat, ſeipſam potenter atq; ef-
ficaciter dea defendit. Coactis enim Locrenſibus ex the-
ſauro eius, magnam illi pecuniam dare: cum onuſtus ne-
faria præda nauigaret, vi ſubitæ tempeſtatis tota cum
claſſe vicinis Deæ littoribus illiſus eſt: in quibus pecunia
incolumis reperta, ſanctiſſimi theſauri cuſtodiæ reſtitu-
ta eſt.

1. At non ſimiliter Maſſaniſa rex, cuius cum præfectus 22
*Ex Cic. Verr. 6.* claſſis Melitam appuliſſet, * eque fano Iunonis denteis
**al & æque ex* eburneos eximiæ magnitudinis ſublatos, ad eum pro do-
no attuliſſet: vt comperit vnde aduecti eſſent, quinque-
remi reportandos Melitam, inque templo Iunonis collo-
candos curauit, inſculptos gentis ſuæ literis, ſignifican-
tibus regem ignorantem eos accepiſſe & libenter Deæ
2. reddidiſſe. Factum Maſſaniſæ animo, quam Punico ſan- 23
guini conueniens: quamquam *quid attinet mores natione
pendi?* in media barbaria ortus, ſacrilegium reſcidit alie-
num.

Syra-



3. Syracuſis Dionyſius genitus, tot ſacrilegia ſua, quot
*Ex Cic. de nat. deor. li. 3. Aelian. hiſt. Var. lib. 1.* iam recognoſcimus, iocoſis dictis proſequi voluptatis lo-
co duxit: fano enim Proſerpinæ ſpoliato Locris, cum per
altum ſecundo vento claſſe veheretur, ridens, amicis, Vi-
detiſne, ait, quam bona nauigatio ab ipſis diis immorta-
libus ſacrilegis tribuatur? Detracto etiam Ioui Olympio
magni põderis aureo amiculo, quo eum tyrannus Gelo è
manubiis Carthaginenſium ornauerat, iniectoq; ei laneo
pallio, dixit; æſtate graue amiculum aureum eſſe, hieme
frigidum: laneum autem ad vtrunq; tempus anni aptius.
Idẽ Epidauri Æſculapio barbam aureã demi iuſſit: quod
affirmaret, nõ conuenire patrem Apollinem imberbem,
24 ipſum barbatum conſpici. Idem menſas argenteas, atque
25 aureas è fanis ſuſtulit: quodque in his more Græciæ ſcri-
ptum erat, bonorum deorum eas eſſe, vti ſe bonitate eo-
rum prædicauit. Idem Victorias aureas, pateras, & coro-
nas, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur,
tollebat, & eas ſe accipere, non auferre, dicebat: perquam
ſtultum eſſe argumentando, à quibus bona precamur, ab
*Vide Iuſt. lib. 20. in fine.* his porrigentibus nolle ſumere. Qui tametſi debita ſup-
plicia non exſoluit, dedecore tamen filii, mortuus pœnas
rependit, quas viuus effugerat. Lento *enim gradu ad
vindictam ſui diuina procedit ira: tarditatemque ſupplicii
grauitate compenſat.*

4. 26 In quam ne incideret Thymaſitheus Liparitanorum
princeps, conſilio ſibi pariter, atque vniuerſæ patriæ, v-
*A. V. 359. Liu. 5. Plut. Camillo.* tili prouidit exemplo: Excepta namque in freto à ciui-
bus ſuis piraticam exercentibus magni ponderis aurea
cratera, incitatoque ad eam partiendam populo, vt com-
perit à Romanis Pythio Apollini decimarum nomine di-
catam, manibus venundantium ereptam Deo Delphos
perferendam curauit.

5. *Lactant. inſtit. li. 2. c. 8.* Mileſia *Ceres, Mileto ab Alexandro capta, milites qui
templum ſpoliaturi irruperant, flamma obiecta priuauit
oculis.*

6. *Herod. 7.* 27 Perſæ *mille nauium numero Delum compulſi tem-
plo Apollinis irreligioſas potius manus quam rapaces adhi-
buerunt.*

7. *Cicero de Nat. deor. 1.* Athenienſes *Diagoram philoſophum pepulerunt,
quia ſcribere auſus fuerat, primum ignorare ſe, an dii eſſent:*

Illuſtrius. deinde ſi ſint, quales ſint. Iidem Socratem damnauerunt,
Suid. Aelia. quod nouam religionem introducere videbatur. Iidem Phi-
Var. hiſt. 2. diam tulerunt, quandiu is marmore potius quam ebore Mi-
Plato. neruam fieri debere dicebat, quod diutius nitor eſſet manſu-
rus: ſed vt adiecit, & vilius, tacere iuſſerunt.

8. Diomedon vnus ex decem ducibus, qui Arginuſæ ea- 28
Videli. 3. c. 8. dem pugna Athenienſibus victoriam, ſibi vero damnationẽ 29
de conſtan- pepererunt: cum iam non ad meritum ſupplicium ducere-
tia Socratis. tur, nihil aliud locutus eſt, quam vt vota pro incolumitate
exercitus ab ipſo nuncupata ſoluerentur.

---

## CAPVT II.

## DE SIMVLATA RELIGIONE.

A Romanis.

1 Numa Pompilio rege.
2 P. Scipione Africano maiore.
3 L. Cornelio Sulla.
4 Q. Sertorio.

Ab externis.

1 Minoe Cretenſium rege.
2 Piſiſtrato Athenienſi.
3 Lycurgo Spartano.
4 Zaleuco Locrenſi.

1.
A. V. 39. cir- NVma Pompilius, vt populum Romanum ſacris obli- 2
citer. Liuius garet, volebat videri ſibi cum dea Aegeria congreſſus
1. Plut. Dio- eſſe nocturnos: eiusq; monitu accepta diis immortalibus ſa-
nyſ. & alii. cra inſtituere.

2. Scipio Africanus non ante ad negotia publica vel priua-
An. V. 542. ta ibat, quam in cella Iouis Capitolini moratus eſſet: & ideo
Liuius 26. Ioue genitus credebatur.

Quint. 2. c. 4. L. Sulla, quoties prœlium committere deſtinabat, paruum
Apollinis ſignum Delphis ſublatum, in conſpectu militum
3.
An. V. 671. complexus, orabat vti promiſſa maturaret.

Plut. Front. Qu. Sertorius per aſperos Luſitaniæ colles ceruam albam
1. c. 11. trahebat: ab ea ſe, quænam aut agenda, aut vitanda eſſent,
4. prædicans admoneri.

An. V. 673.

### EXTERNA.

Plut. Front. Minos Cretenſium rex nono quoq; an. in quoddam præ-
1. altum, & vetuſta religione conſecratum ſpecus ſecedere ſole-
Plato in Mi- bat: & in eo moratus, tanquam à Ioue, quo ſe ortum fere-
noe. bat, traditas ſibi leges prærogabat.

Piſiſtra-



Piſiſtratus in recuperanda tyrannide, quam amiſerat, ſi- 2.
mulatione reducentis ſe in arcem Mineruæ eſt vſus: cum per Herod. 1.
oſtentationem ignotæ mulieris, quæ * Phya vocabatur, for- *al. Ero.
matæ ad habitum Deæ, Athenienſes deciperet. 3.

Lycurgus conſilio Apollinis grauiſſimæ Lacedæmonio- Herod. 1.
rum ciuitati leges compoſitas ferre ſe perſuaſit. Plutarch.

Zaleucus ſub nomine Mineruæ apud Locrenſes pruden- 4.
tiſſimus habitus eſt. Suidas &
Cic. de leg. 2.
Aelian. Var.
hiſt. 2.

---

## CAPVT III.

## DE PEREGRINA RELIGIONE reiecta.

1 A ſenatu Romano.
2 A C. Cornelio prætore.
3 A L. Æmilio Paullo. Cos.

1 BAcchanalium ſacrorum mos nouus inſtitutus, cum ad 1.
perniicioſam veſaniam iretur, ſublatus eſt. An. V. 567.

Lutatius, qui primum Punicum bellum confecit, à ſena- Liuius 39.
tu prohibitus eſt ſortes Fortunæ Prænestinæ adire. Auſpiciis An. vrb. 511
enim patriis, non alienigenis remp. adminiſtrari oportere iu-
dicabant.

C. Cornelius Hiſpallus prætor peregrinus M. Popillio Læ- 2.
nate, Cn. Calpurnio Cos. edicto Chaldæos intra decimum An. V. 614.
diem abire ex Vrbe atq; Italia iuſſit: leuibus & ineptis inge-
niis, fallaci ſiderum interpretatione, quæſtuoſam mendaciis
ſuis caliginem * iniicientes. *al. nutriẽ-

2 Idem, qui Sabazii Iouis cultu ſimulato mores Romanos tes.
inficere conati ſunt, domos ſuas repetere coegit.

L. Æmylius Paullus conſul, cum ſenatus Iſidis & Sera- 3.
pis fana diruenda cenſuiſſet, eaq; nemo opificum attingere Ann. V. 534.
auderet; poſita prætexta ſecurim arripuit templiq; eius fori-
bus inflixit.

---

## CAPVT IV.

## DE AVSPICIIS.

Quæ cepere Romani.

1 *Atius Nauus Augur.*
2 *Ti. Gracchus. Ti. F. trib. pleb.*
3 *P. Claudius Pulcher, & L. Iunius Pullus Coſſ.*
4 *L Metellus pont, max.*
5 *M. Tullius Cicero.*
6 *M. Iunius Brutus procos.*

Externi.

1 *Alexander Magnus.*
2 *Deiotarus rex.*

1. L. Tarquinius *Rex centuriis equitum , quas Romu-* 1
An. vrb. 140 *lus auſpicato conſcripſerat , alias adiicere cupiens; cum ab* 2.
circiter. Liu. *Atio Nauo augure prohiberetur, offenſus interrogauit, Poſ-*
1. Cic. diu. 1. *ſetne fieri, quod ipſe mente conceperat. Poſſe fieri dicente: iuſ-*
*ſit nouacula cotem diſcindi. Qua Atius allata, admini-*
*ſtrato incredibili facto, effectum ſua profeſſionis oculis regis*
*ſubiecit.*

2. Tit. Gracchus, *cum ad res nouas pararetur, auſpicia*
An. vrb. 620 *domi prima luce petiit : qua illi perquam triſtia reſpon-*
Plutarch. in *derunt. Nam ianua egreſſus, ita pedem offendit, vt digitus*
vita. *ei decuteretur : tres deinde corui in eum aduerſum occinen-*
*tes, partem tegula decuſſam ante ipſum propulerunt. Qui-*
*bus omnibus contemptis , à Scipione Naſica pontifice* 4
*maximo decuſſus Capitolio, fragmento ſubſellii ictus procu-*
*buit.*

3. P. Claudius *bello Punico primo, cum prælium nauale*
An. vrb. 504 *committere vellet , auſpiciaque more maiorum petiiſſet , &*
Polyb. 1. Cic. *pullarius non exire cauea pullos nuntiaſſet, abiici eos in ma-*
diuin. 1. & 1 *re iuſſit dicens,* Quia eſſe nolunt, bibant. *Et L. Iunius P.*
& de natur. *Claudii collega neglectis auſpiciis , claſſem tempeſtate ami-*
deor. 2. *ſit. Quorum ille populi iudicio concidit, damnationiſq; hic* 5
*ignominiam voluntaria morte prauenit.*

4. Cum Metellus *pontif. maximus , Tuſculanum pe-*
An. vrb. 512 *teret, corui duo in os eius aduerſum veluti iter impedientes*
Liuius 19. *aduolauerunt : vixque extuderunt , vt domum rediret.*
Dionyſ. 3. *Inſequente noctu ædes Veſta arſit : quo incendio , Me-*
*tellus inter ipſos ignes raptum Palladium incolume ſerua-*
*uit.*

5. M. Ciceroni *mors imminens auſpicio prædicta*
An. vrb. 710 *eſt: cum enim in villa Caietana eſſet , coruus in conſpe-*
Plut. Appia. *ctu eius horologii ferrum loco motũ excuſſit , & protinus ad*
ciuil. 4. *ipſum tetendit, ac laciniam toga eo vſque morſu tenuit;*
*donec*



*donec ſeruus ad occidendum eum milites veniſſe nun-*
*ciaret.*

*M. Brutus cum reliquias exercitus ſui aduerſus Caſa-* 6.
*rem & Antonium eduxiſſet , dua aquila ex diuerſis caſtris* An. vr. 711.
*aduolauerunt , & edita inter ſe pugna, ea qua à parte Bruti* Plutarch.
*fuerat, male multata fugit.* Dio. li. 47.

EXTERNA.

6 *Cum rex Alexander vrbem in Ægypto conſtituere vel-* 1.
*let, architectus Dinocrates cum cretam non haberet, polen-* An. vr 420.
*taque futura vrbis lineamenta duxiſſet, ingens auium mul-* Plutarch.
*titudo proximo lacu emerſa polentam depaſta eſt: quod ſa-* Curtius 4.
*cerdotes Ægyptiorum interpretati ſunt, aduenarum frequẽ-*
*tia alimentis ſuffecturam vrbem.*

Deiotaro vero regi omnia fere auſpicato geren- 2.
ti ſalutaris aquilæ conſpectus fuit: qua viſa, abſtinuit ſe ab An. v. 700.
eius tecti vſu, quod nocte inſequenti, ruina ſolo æquatum circiter. Cic.
eſt. diuin. 1. & 2.

---

## CAPVT V.

## DE OMINIBVS.

Quæ accepere Romani.

1 *Patres conſcripti.*
2 *M. Furius Camillus dictator.*
3 *L. Æmilius Paulus Cos.*
4 *Cæcilia Metelli.*
5 *C. Marius exul.*
6 *Cn. Pompeius Magnus procos.*
7 *M Brutus procos.*
8 *C. Caſſius procos.*
9 *Q. Petillius cos.*

Externi.

1 *Prienenſes.*
2 *Apolloniatæ.*

OMinum etiam obſeruatio contactu aliquo religio- 1.
nis innexa eſt; quoniam non fortuito motu, ſed diui-
na prouidentia conſtare creditur.

1 Quæ effecit vt Vrbe à Gallis diſiecta , deliberanti- An. vr. 362.
bus P. C. vtrum Veios migrarent, an ſua mœnia reſti- Liuius 5.
tuerent ; forte eo tempore è præſidio cohortibus red-
euntibus , centurio in Comitio exclamaret , Signifer,
ſtatue ſignum , hic optime manebimus. Ea enim voce

audita, ſenatus ſe accipere omen reſpondit, eueſtigioque Veios tranſeundi conſilium omiſit. Quam paucis verbis de domicilio futuri ſummi imperii confirmata eſt conditio! Credo indignum diis exiſtimantibus, proſperis auſpiciis Romanum nomen ortum, Veientanæ vrbis appellatione mutari: inclytæq; victoriæ decus modo abiectæ Vrbis ruinis infundi.

2. Huius tam præclari operis auctor Camillus, cum eſ-
An.vrb.357 ſet precatus, vt ſi cui deorum nimia felicitas populi Rom.
Liu. 5. Plu- videretur, eius inuidia, ſuo aliquo incommodo ſatiaretur;
tarch. ſubito lapſu decidit: quod omen ad damnationem, qua poſtea oppreſſus eſt, pertinuiſſe viſum eſt. Merito autem de laude inter ſe, victoria, & pia precatio ampliſſimi viri certauerunt: *æque enim virtutis eſt & bona patriæ auxiſſe, & mala in ſe transferri voluiſſe.*

3. Quid illud, quod L. Paullo conſuli euenit, quam me-
An vrb.585 morabile! cum ei ſorte eueniſſet vt bellum cum rege Per-
Cic. diuin.1. ſe gereret, & domum è curia regreſſus, filiolam ſuam no-
Plutarch. mine Tertiam, quæ tum erat admodum paruula oſculatus, triſtem animaduerteret: interrogauit, quid ita eo vultu eſſet. quæ reſpondit, Perſam periſſe. deceſſerat autem catellus, quem puella in delitiis habuerat, nomine Perſa: Ar-
* al. exque. ripuit igitur omen Paullus, * eque fortuito dicto, quaſi ſpem certam clariſſimi triumphi animo præſumpſit.

4. At Cæcilia Metelli, dum ſororis filiæ, adultæ æta-
An.vrb.622 tis virgini, more priſco, nocte concubia nuptialia petit, o-
circiter. Cic. men ipſa fecit. Nam cum in ſacello quodam eius rei gra-
diuin.1. tia, aliquandiu perſediſſet, nec vlla vox propoſito congruens eſſet audita; feſſa longa ſtandi mora puella, rogauit materteram, vt ſibi pauliſper locum reſidendi accommo-
* al. meam daret: cui illa, Ego vero, inquit, libenter tibi * mea ſede
ſedem. cedo. Quod dictum ab indulgentia profectum, ad certi ominis proceſſit euentum: quoniam Metellus non ita multo poſt, mortua Cæcilia, virginem, de qua loquor, in matrimonium duxit.

5. C. autem Mario obſeruatio ominis proculdubio ſa-
An.vrb.665 luti fuit, quo tempore hoſtis à ſenatu iudicatus, in do-
Plutarch. mum Fanniæ Minturnis cuſtodiæ cauſſa deductus eſt: Animaduertit enim aſellum, cum ei pabulum obiiceretur, neglecto eo, ad aquam procurrentem: Quo ſpe-
ctaculo,



ctaculo, deorum prouidentia quod ſequeretur, oblatum ratus, alioquin etiam interpretandarum religionum peritiſſimus; à multitudine quæ ad opem illi ferendam confluxerat, impetrauit vt ad mare perduceretur: Ac protinus nauiculam conſcendit; eaq; in Africam peruectus, arma Sullæ victricia effugit.

Pompeius vero Magnus in acie Pharſalica victus à 6.
Cæſare, fuga quærens ſalutem, curſu in inſulam Cyprum Ann. vrb.
(vt aliquid in ea virium contraheret) claſſem direxit: ap- 715.
pellenſque ad oppidum Paphum, conſpexit in littore ſpecioſum ædificium: gubernatoremque interrogauit, quod ei nomen eſſet: qui reſpondit κακοβασιλέα vocari: quæ vox ſpem eius, quantulacumque reſtabat, comminuit. Neque id diſſimulanter tulit, auertit enim oculos ab illis tectis, ac dolorem, quem ex diro omine conceperat, gemitu patefecit.

M. etiam Bruti dignus, admiſſo parricidio, euentus o- 7.
mine deſignatus eſt: Siquidē poſt illud nefariū opus, na- An.vrb.710
talē ſuū celebrans, cum Græcū verſum expromere vellet, Plutarch.
ad illud potiſſimū Homericū referendum animo tetēdit. Iliad. π.
Ἀλλά με μοῖρ᾽ ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός. Vide Dio.47

Qui deus Philippenſi acie, à Cæſare, & Antonio ſigno datus, in eum tela conuertit.

Conſentaneo vocis iactu C. Caſſii aurem fortuna 8.
peruellit: quem orantibus Rhodiis, ne ab eo cunctis deo- An.vrb.710
rum ſimulacris ſpoliarentur, Solem à ſe relinqui reſpon- Diony.li.47
dere voluit: vt rapaciſſimi victoris inſolentiam, dicti tumore pertraheret, abiectumq; Macedonica pugna, non effigiem Solis, quam tantummodo ſupplicibus ceſſerat, ſed ipſum ſolem re vera relinquere cogeret.

Annotatu dignum illud quoque omen, ſub quo Pe- 9.
tillius conſul in Liguria bellum gerens occidit. Nam cum An.vrb.577
montem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret: interque Liu.41. Frō-
adhortationem militum dixiſſet, Hodie ego Letum vtiq; tin. Stratag.
capiam: inconſideratius prœliando, fortuitum iactum vo- 4. cap. 2.
cis leto ſuo confirmauit.

## EXTERNA.

Adiici noſtris duo eiuſdem generis alienigena ex- 1.
empla non abſurde poſſunt. Samii, Prienenſib. auxilium aduerſus Caras implorantibus, arrogantia inſtincti, pro

claſſe & exercitu cymbulam eis deriſus gratia miſerunt.
Quam illi velut diuinitus datum præſidium interpretati, 5
libenter acceptam, vera fatorum prędictione victoriæ du-
cem habuerunt.

2. Neque Apolloniatæ quidem pœnitentiam egerunt.
quod cum bello Illyrico preſſi, Epidamnios, vt ſibi opem
*VideStrabo-* ferrent, oraſſent: atque illi flumen vicinum mœnibus ſuis 6
*nem 7. Plin.* nomine Aeantem in adiutorium ſe mittere dixiſſent. Ac-
*lib.3.c.23.* cipimus quod datur, reſponderunt: eiq; primum in acie lo-
cum, perinde ac duci aſſignauerunt. Ex inſperato enim 7
ſuperatis hoſtibus, ſucceſſum ſuum in omen acceptum re-
ferentes, ex tunc Aeanti vt Deo immolauerunt, & dein-
ceps in omnibus prœliis vti ducem conſtituerunt.

## CAPVT VI.

## DE PRODIGIIS.

Quæ euenere Romanis.

1 *Ser. Tullio regi.*
2 *L. Marcio centurioni.*
3 *Populo Rom. ac Veientibus.*
4 *L. Sulla procos.*
5 *Populo Roman. diuerſis temporibus.*
6 *C. Flaminio Cos.*
7 *C. Hoſtilio Mancino Cos.*
8 *Ti. Graccho procos.*
9 *M. Claudio Marcello Cos. V.*
10 *Cn. Octauio Cos.*
11 *M. Licinio Craſſo procos.*
12 *Cn. Pompeio Magno procos.*
13 *C. Iulio Cæſari dict.*

Externis.

1 *Xerxi Perſarum regi.*
2 *Mida Phrygum regi infanti.*
3 *Platoni Philoſ. infanti.*

PRodigiorum quoq; quæ aut ſecunda, aut aduerſa ac- 1
ciderunt, debita propoſito noſtro relatio eſt.
1. Seru. Tullio etiam tum puerulo dormienti, circa ca-
*An. V. 150.* put flammam emicuiſſe domeſtici oculi annotauerunt.
*circiter. Liu.* Quod prodigium Priſci Tarquinii regis vxor Tanaquil 2
*1. Dionyſ. 3.* admirata, Seruium ſerua natum, in modum filii educauit,
& ad regium faſtigium euexit.
Aeque felicis euentus illa flamma, quæ ex L.
Mar-



Marcii ducis duorum exercituum, quos interitus P. & 2.
Cn. Scipionum in Hiſpania debilitauerat, capite concio- *An. vrb. 541*
nantis eluxit. Nanque eius aſpectu pauidi adhuc milites, *Liuius 25.*
priſtinam recuperare fortitudinem admoniti, octo & *Polyb.*
triginta millibus hoſtium cæſis, magnoque numero in *Vide lib. 8.*
poteſtatem redacto, bina caſtra Punicis opibus referta *c. 26.*
ceperunt.

Item cum bello acri & diutino Veientes à Roma- 3.
nis intra mœnia compulſi, capi non poſſent, eaque mo- *An. vrb. 356*
ra non minus obſidentibus, quam obſeſſis intolerabilis *Liuius 5.*
videretur, exoptatæ victoriæ iter miro prodigio dii im- *Plutarch.*
mortales patefecerunt. Subito enim Albanus lacus, ne- *Camillo.*
que cæleſtibus imbribus auctus, neque inundatione vl-
lius amnis adiutus, ſolitum ſtagni modum exceſſit: cu-
ius rei explorandæ gratia legati ad Delphicum * oracu- **al. Apolli-*
lum miſſi, retulerunt pręcipi ſortibus, vt aquam lacus *nem.*
eius emiſſam, per agros diffunderent: ſic enim Veios in
poteſtatem populi Romani venturos. Quod prius quam
legati renuntiarent, aruſpex Veientium à milite noſtro
(quia domeſtici interpretes deerant) raptus & in caſtra
perlatus futurum dixerat. Ergo ſenatus duplici prædi-
ctione monitus, eodem pene tempore, & religioni pa-
ruit, & hoſtium vrbe potitus eſt.

Nec parum proſperi ſucceſſus eſt, quod ſequitur. 4.
3 L. Sulla procoſ. ſociali bello cum in agro Nolano an- *An. vrb.*
te prætorium immolaret, ſubito ab ima parte aræ prola- *664.*
pſam anguem proſpexit. Qua viſa, Poſtumi aruſpicis *Cic. diuin. 1.*
hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit, *Ex hiſtoria-*
ac fortiſſima Samnitum caſtra cepit. Quæ victoria fu- *rum L. Sullæ*
turæ eius ampliſſimæ potentiæ gradus & fundamentum *lib.*
extitit.

Præcipuæ admirationis etiam illa prodigia, quæ 5.
P. Volumnio, Ser. Sulpicio conſs. in Vrbe noſtra *An. vrb.*
inter initia motuſque bellorum acciderunt. Bos nan- *292.*
que, mugitu in ſermonem humanum conuerſo, nouitate *Liuius 3.*
4 monſtri audientium animos exterruit. Carnis quoque *Dionyſ. 10.*
in modum nimbi diſſipatæ partes ceciderunt: quarum *Plin. 2. cap.*
maiorem numerum præpetes diripuerunt aues, reli- *56.*
quum humi per aliquot dies, neque odore tetro, neque
deformi aſpectu mutatum iacuit.

Eiuſdem generis monſtra alio tumultu credita ſunt:
*Anno vrb.* Infantem ſemeſtrem in foro boario triumphum procla-
*536.* maſſe. Alium cum elephantino capite natum.
*Liuius 21.* In Piceno lapidibus pluiſſe. In Gallia lupum vigili è
*Anno vrb.* vagina gladium abſtuliſſe. In Sicilia ſcuta duo ſanguinem
*544.* ſudaſſe. Etiam metentibus apud Antium cruentas ſpicas
*Liuius 27.* in corbem decidiſſe. † Cerites aquas ſanguine miſtas flu-
*An. vrb.* xiſſe. Bello etiam Punico ſecundo conſtitit Cn. Domitio
*536.* bouem dixiſſe, Caue tibi Roma.
*Liu. 21. &* C. autem Flaminius cum inauſpicato conſul creatus,
*22.* apud lacum Traſimenum, cum Annibale conflicturus,
*Plut. Fabio.* conuelli ſigna iuberet, lapſo equo, ſuper caput eius humi
† *al.* Cærete proſtratus eſt: nihilq; eo prodigio inhibitus, ſigniferis ne-
6. gantibus ſigna moueri ſua ſede poſſe; Malum ni ea con-
*Anno vrb.* tinuo effodiſſent minatus eſt. Verum huius temeritatis,
*526.* vtinam ſua tantum, non etiam pop. Rom. maxima clade
*Liuius 22.* pœnas pependiſſet! In ea namque acie 15. millia Roma-
*Plutarch.* norum cęſa, 6. millia capta, 10. millia fugata ſunt. Con-
*Fabio.* ſulis obtruncati corpus ad funerandum ab Annibale quę-
ſitum eſt: qui quantum in ipſo fuerat, Romanum ſepelie-
rat imperium.

7. Flaminii autem pręcipitem audaciam C Hoſtilius
*Anno vrb.* Mancinus veſana perſeuerantia ſubſequitur: cui conſu-
*616.* li in Hiſpaniam ituro hæc prodigia acciderunt: Cum
*Liuius 55.* Lauinii ſacrificium facere vellet, pulli cauea emiſſi in pro-
*Iul. Obſeq.* ximam ſiluam fugerunt, ſummaque diligentia quæſiti re-
periri nequiuerunt. Cumque ab Herculis portu, quo pe-
dibus peruenerat, nauem conſcenderet, talis vox ſine vllo
auctore ad aures eius peruenit, Mancine mane. Qua ter-
ritus, cum itinere conuerſo Genuam petiſſet, & ibi ſca-
pham eſſet ingreſſus, anguis eximiæ magnitudinis viſus è
conſpectu abiit: Ergo numerum prodigiorum nume-
ro calamitatum æquauit, infelici pugna, turpi fœdere, de-
ditione funeſta.

8. Minus miram in homine parum conſiderato teme-
*Anno vrb.* ritatem Ti. Gracchi grauiſſimi ciuis triſtis exitus, &
*541.* prodigio denuntiatus, nec euitatus conſilio, facit. Procos.
*Liuius 55.* enim cum in Lucanis ſacrificaret, angues duo ex occul-
to prolapſi, repente hoſtiæ, quam immolauerat, adeſo
iocinore, in eaſdem latebras ſe retulerunt. Ob id deinde
factum



factum, inſtaurato ſacrificio, idem prodigii euenit. Ter-
tia quoque cæſa victima, diligentiuſque aſſeruatis extis,
neque allapſus ſerpentum arceri, neque fuga impediri
potuit. Quod quanuis aruſpices ad ſalutem Imperatoris
pertinere dixiſſent; Gracchus tamen non cauit, ne perfi-
di hoſpitis ſui Flauii inſidiis, in eum locum deductus, in
quo Pœnorum dux Mago cum armata manu delituerat,
inermis occideretur.

Et conſulatus collegium, & erroris ſocietas, & par 9.
genus mortis à Ti. Graccho, ad Marcelli memoriam *An. vr. 539.*
me trahit. Is captarum Siracuſarum, & Annibalis ante *Liuius 23.*
Nolana mœnia à ſe primum fugere coacti, gloria inflam- *Plutarch.*
matus, cum ſummo ſtudio niteretur vt Pœnorum exer- *An. vr. 545.*
citum aut in Italia proſterneret aut Italia pelleret; ſolenni- *Liuius 27.*
que ſacrificio voluntates deorum exploraret; quæ prima *Plutarch.*
hoſtia ante foculum decidit, eius iecur ſine capite inuen-
tum eſt: proxima caput iocinoris duplex habuit. Qui-
bus inſpectis aruſpex triſti vultu, non placere ſibi exta,
quia prima tam triſtia, ſecunda nimis læta apparuiſſent,
reſpondit. Ita monitus M. Marcellus ne quid temere co-
naretur, inſequenti nocte ſpeculandi gratia cum paucis
egredi auſus, à multitudine hoſtium in Brutis circumuē-
tus, æque magnum dolorem, ac detrimentum patriæ, in-
teritu ſuo attulit.

Iam & Octauius conſul dirum omen quemadmo- 10.
dum timuit, ita vitare non potuit: Ex ſimulacro enim A- *An. vr. 666.*
pollinis per ſe abrupto capite, & ita infixo humi vt euel- *Plutarch.*
li nequiret, armis à collega ſuo Cinna diſſidens, præſum- *Mario.*
pſit animo ea re ſignificari exitium ſuum, in quod metus
augurii, triſti fine vitæ incidit: ac tum demum immobile
Dei caput terra refigi potuit.

Non ſinit nos M Craſſus inter grauiſſimas noſtri im- 11.
perii iacturas numerandus, hoc loco de ſe ſilentium age-
re: plurimis & euidentiſſimis ante tantam ruinam mon-
ſtrorum pulſatus ictibus.

Ducturus erat à Carris aduerſus Parthos exercitum, *An. vr. 700.*
ei pullum traditum eſt paludamentum; cum in prœlium *Plutarch.*
exeuntibus album, aut purpureum dari ſoleret: Mæſti & *Dio. lib. 40.*
taciti milites ad principia conuenerunt, qui vetere inſti *Appia in*
tuto cum clamore alacri accurrere debebant: Aquilarum *Parthis.*

altera vix conuelli à primipilo potuit: altera ægerrime
extracta in contrariam, ac ferebatur, partem ſeipſa con-
uertit Magna hęc prodigia: ſed & illæ clades aliquanto
maiores: tot pulcherrimarum legionum interitus, tam
multa ſigna hoſtilibus intercepta manibus, tantum Ro-
manæ militiæ decus barbarorũ obtritum equitatu, opti-
mæ indolis filii cruore paterni reſperſi oculi, corpuſque
imperatoris inter promiſcuas cadauerum ſtrues, auium
ferarumque laniatibus obiectum: Vellem equidem pla-
cidius, ſed quod relatu verum eſt. Sic *dii ſpreti excande-
ſcunt*: Sic *humana conſilia caſtigantur, vbi ſe cæleſtibus
præferunt.*

12. Cn. etiam Pompeium Iupiter omnipotens abun-
*An vrb.* de monuerat, ne cum C. Cæſare vltimam belli fortunam
705. experiri cõtẽderet. Egreſſo à Dyrrhachio aduerſa agmini
*Luca. Iul.* eius fulmina iaciens, examinibus apum ſigna obſcurãdo,
*Obſeq. Diõ.* ſubita triſtitia implicatis militum animis, nocturnis to-
*lib.* 41. tius exercitus terroribus, ab ipſis altaribus hoſtiarum fu-
ga: ſed inuictę leges neceſſitatis, pectus alioqui ab a-
mentia remotum, prodigia iſta iuſta æſtimatione perpẽ-
dere paſſæ non ſunt. Itaque dum ille eleuat auctoritatem
ampliſſimã, & opes priuato faſtigio excelſiores, omnia-
que ornamẽta, quæ ab ineunte adoleſcentia ad inuidiam
*Cæſar* 3. *belli* vſque contraxerat, ſpatio vnius diei confregit. Quo con-
*ciuil.* ſtat in delubris deûm, ſua ſponte ſigna conuerſa: mili-
tarem clamorem, ſtrepitumq; armorum, adeo magnum
Antiochiæ, & Ptolemaide auditum, vt in muros concur-
reretur: ſonum tympanorum Pergami abditis delubris
editum: palmam viridem Trallibus in æde Victorię, ſub
Cæſaris ſtatua inter coagmenta lapidum iuſtæ magnitu-
dinis enatam: Quibus apparet cæleſtium numen & Cæ-
ſaris gloriæ fauiſſe & Pompeii errorẽ inhibere voluiſſe.

13. Tuas aras, tuaque ſanctiſſima templa, Diue Iuli,
veneratus oro, vt propitio ac fauenti numine tantorum
caſus virorum ſub tui exempli præſidio ac tutela deli-
*An. vrb.* teſcere patiaris. Te enim accipimus, eo die quo purpu-
709. rea veſte velatus aurea in ſella conſediſti, ne maximo
*Cic. diuin.* 1. ſtudio ſenatus exquiſitum, & delatum honorem ſpre-
*Suetonius &* uiſſe videreris: prius quam exoptatum ciuium oculis con-
*Obſeq.* ſpectum tui offerres, cultui religionis, in quam mox eras
tranſ-



tranſiturus, vacaſſe: mactatoque opimo boue cor in ex-
tis non reperiſſe: ac reſponſum tibi à Spurina aruſpice,
pertinere id ſignum ad vitam & conſilium tuum, quod
vtraque hæc corde continerentur: Erupit deinde eorum
parricidium, qui dum te hominum numero ſubtrahere
volunt, deorum concilio adiecerunt.

## EXTERNA.

Claudatur hoc exemplo talium oſtentorum domeſtica
relatio, ne ſi vlterius Romana apprehendero, è cœleſti
templo ad priuatas domos, non conſentaneos vſus tranſ-
tuliſſe videar. Attingam igitur externa: quæ Latinis in-
ſerta literis, vt auctoritatis minus habent, ita aliquid
gratæ varietatis afferre poſſunt. *In exercitu Xerxis*, quem 1.
aduerſus Græciam contraxerat, equæ partu leporem e- *Herod.* 7.
ditum conſtat, eodem montem Athen vix tandem tranſ-
12 greſſo: Quo genere monſtri tanti apparatus * ſignifica- * *al.* ſigna-
13 tus eſt euentus. Nam qui mare claſſibus, terram pedeſtri tus
operuerat exercitu, vt fugax animal, pauido regreſſu re-
gnum ſuum repetere eſt coactus.

Prius quam Athenas deleret, Lacedæmonis inuaden-
dæ conſilium agitanti, admirabile inter cœnam prodigi-
um incidit. Infuſum nanque pateræ eius vinum, in ſangui-
nem nec ſemel, ſed iterum & tertio conuerſum eſt. Qua de
re conſulti Magi, monuerunt vt ab incepto abſtineret: & ſi
quod veſtigium in vecordi pectore ſenſus fuiſſet, cauere
potuiſſet, ante de Leonida & Spartanis abunde monitus.

Midæ vero, cuius imperio Phrygia fuit ſubiecta pue- 2.
ro dormienti formicæ in os grana tritici congeſſerunt. *Cic. diuin.* 1.
Parentibus deinde eius, quorſum prodigium tenderet,
explorantibus, augures reſponderunt, Omnium illum
mortalium futurum ditiſſimum. Nec vana prædictio ex-
titit: nam Midas cunctorum pene regum opes abundan-
14 tia pecuniæ anteceſſit: infantiæque incunabula vtili deo-
rum munere donata, onuſtis auro atque argento gazis
penſauit.

Formicis Midæ, iure meritoque apes Platonis 3.
prætulerim: illæ enim caducæ ac fragilis, hæ ſolidæ & *Cic. diuin.* 1
æternæ felicitatis indices extiterunt, dormientis in cunis
paruuli labellis mel inſerendo. Qua re audita, prodigio-

rum interpretes ſingularem eloquii ſuauitatem ore eius emanaturam dixerunt. At mihi quidem illæ apes non montem Hymettum thymi flore redolentem; ſed Muſarum Heliconios colles omni genere doctrinæ virentes, dearum inſtinctu depaſtę, maximo ingenio dulciſſima alimenta ſummæ eloquentiæ inſtillaſſe videntur.

---

## *CAPVT VII.*
## DE SOMNIIS.

Romanorum.
1 *Artorii medici de Auguſto.*
2 *Calpurniæ de Cæſare.*
3 *P. Decii, T. Manlii coſſ.*
4 *Ti. Atinii cuiuſdam.*
5 *M. Ciceronis exulis.*
6 *C. Sempronii Gracchi.*
7 *Caſſii Parmenſis.*
8 *Aterii Rufi eq. Rom.*
Externorum.
1 *Annibalis Pœni.*
2 *Alexandri Magni regis.*
3 *Simonidis poetæ.*
4 *Crœſi Lydorum regis.*
5 *Cyri Perſarum regis.*
6 *Himereæ mulieris de Dionyſio.*
7 *Matris Dionyſii tyranni.*
8 *Amilcaris Pœni.*
9 *Alcibiadis Athenienſis.*
10 *Arcadis cuiuſdam.*

SEd quoniam diuitias Midæ, diſertumque Platonis ſomnum attigi, referam quam certis imaginibus multorum quies adumbrata ſit.

1. Quem locum vnde potius ordiar, quam à Diui Augu-
*An. vr. 711.* ſti ſacratiſſima memoria? Eius medico Artorio ſomnum
*Dion. 47.* capienti nocte, quam dies inſecutus eſt quo in campis Phi-
*Velleius 2.* lippicis Romani inter ſe exercitus concurrere, Mineruæ
*App. Ciuil.* ſpecies oborta præcepit vt illum graui morbo implicitum
*4. aliter.* moneret, ne propter aduerſam valetudinē proximo prœlio non intereſſet. Quod cum Cæſar audiſſet, lectica ſe in aciem deferri iuſſit: vbi dum ſupra vires corporis pro adipiſcenda victoria excubat, caſtra eius à Bruto capta ſunt. Quid ergo aliud putamus, quam diuino munere effectū, ne deſtinatum iam immortalitati caput, indignam cæleſti ſpiritu fortunæ violentiam ſentiret?

2. Avgvstvm vero præter naturalem animi in omnibus rebus ſubtiliter perſpiciendis vigorem, etiā re-
cens



cens & domeſticum exemplum, vt Artorii ſomnio ob-
temperaret, admonuit. Audiuerat enim Diui Iulii patris *An. vrb. 709*
ſui vxorem Calpurniam nocte, quam is in terris vltimam *Suet. Plut.*
egit, in quiete vidiſſe multis eum confectum vulneribus in ſuo ſinu iacentem, ſomniique atrocitate vehementer exterritam, rogare non deſtitiſſe vt proxima die à Curia ſe abſtineret. At illum, ne muliebri ſomnio motus id feciſſe exiſtimaretur, ſenatum, in quo ei parricidarum
1 manus allatæ ſunt, adire contendiſſe. Non eſt operæ inter patrem & filium vllius rei comparationem fieri, præſertim diuinitatis faſtigio coniunctos: ſed iam alter operibus ſuis aditum ſibi ad cælum inſtruxerat, alteri ve-
10 longus adhuc terreſtrium virtutum orbis reſtabat.
2 Quapropter ab hoc tantummodo impendentem mutationem ſtatus cognoſci, ab illo etiam differri dii immortales voluerunt, vt aliud cælo decus daretur, aliud promitteretur.

Illud etiam ſomnium magnæ & admirationis, & cla- 3.
ri fuit exitus, quod eadem nocte duo conſules P. Decius *An. vrb. 413*
Mus, & T. Manlius Torquatus, Latino bello & graui & *Liu. 8. & alii*
periculoſo, non procul à Veſuui montis radicibus poſitis caſtris viderunt. Vtrique enim quidam per quietis ſpeciem prædixit, ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum, Diis manibus, Matrique Terræ deberi. Vtrius autem dux copias hoſtium aggrederetur, ſuperque eas ſeſe ipſum deuouiſſet, victoriam habiturum: Id luce proxima conſulibus ſacrificio vel expiaturis, ſi poſſet auerti: vel ſi certum deorum etiam monitu viſum foret, executuris hoſtiarum exta ſomnio congruerunt. Conuenitque inter eos, cuius cornu prius laborare cœpiſſet, vt is patriæ fata capite ſuo lueret: quæ, neutro formidante, Decimum depopoſcerunt.

Sequitur æque ad publicam religionem pertinens 4.
ſomnium. Cum plebeis ludis quidam paterfamilias *An. vrb. 264*
3 per circum Flaminium, prius quam acroama induceretur, *Liuius 2.*
4 ſeruum ſuum verberibus multatum, ſub furca ad ſup- *Dionyſ. 7.*
plicium egiſſet, Ti. Atinio homini ex plebe Iupiter in *Plutarch.*
quiete præcepit, vt conſulibus diceret, ſibi præſultorem *Coriolan.*
ludis Circenſibus proximis non placuiſſe: quæ res niſi 5.
attenta ludorum inſtauratione expiata eſſet, ſecuturum

non mediocre vrbis periculum Ille veritus ne cum ali-
quo incommodo ſuo religione ſummum implicaret im-
perium, ſilentium egit. Eueſtigioque filius eius ſubita vi
morbi correptus, interiit. Ipſe etiam per quietem ab eo-
dem deo interrogatus, an ſatis magnam pœnam negle-
cti imperii ſui pependiſſet, in propoſito perſeuerans, de-
bilitate corporis ſolutus eſt: ac tum demum ex conſilio
* *al.* lecticula — amicorum, * lectica ad tribunal conſulum, & inde ad Se-
natum perlatus, ordine totius caſus ſui expoſito, magna
cum omnium admiratione, recuperata membrorum fir-
mitate, pedibus domum rediit.

5. *An. vrb. 695. Cic. diuin. 1.*
Ac ne illud quidem inuoluendum ſilentio: Inimico-
rum conſpiratione Vrbe pulſus M. Cicero, cum in vil-
la quadam campi Atinatis diuerſaretur, animo in ſo-
mnum profuſo, per loca deſerta, & inuias regiones va-
ganti, ſibi C. Marium conſulatus ornatum inſignibus 5
putauit obuium factum: & interrogantem eum quid ita
tam triſti vultu, incerto itinere ferretur: audito deinde
caſu, quo conflictabatur, comprehendiſſe dexteram
ſuam, ac ſe proximo lictori in monimentum ipſius de-
ducendum tradidiſſe, quod diceret ibi eſſe ei lætiorem
*Cic. pro Planc.* ſtatus ſpem repoſitam: nec aliter euenit. Nam in æde Io-
uis Mariana S.C. de reditu eius eſt factum.

6. *An. vrb. 626. cum Quæſturam peteret. Cic. diuin. 1. Plutarch.*
C. autem Graccho imminentis caſus atrocitas palam
atque aperte per quietem denuntiata eſt: ſomno enim
preſſus, Ti. Gracchi fratris effigiem vidit, dicentis ſibi,
Nulla ratione eum vitare poſſe, vt eo fato non periret,
quo ipſe propulſus è Capitolio occidiſſet. Id ex Graccho 6
prius, quam tribunatum, in quo fraternum exitum ha-
buit, iniret, multi audiuerunt. Cœlius etiam certus Ro-
manæ hiſtoriæ auctor, ſermonem de ea re ad ſuas aures il-
lo adhuc viuo peruenisse ſcribit.

7. *An. vrb. 722. Velleius 2. Porphyrio & Acron.*
Vincit huiuſce ſomnii dirum aſpectum, quod ſequi-
tur. Apud Actium M. Antonii fractis opibus, Caſſius
Parmenſis, qui partes eius ſecutus fuerat, Athenas con-
fugit: vbi concubia nocte, cum ſolicitudinibus & curis,
mente ſopita in lectulo iaceret, exiſtimauit ad ſe venire
hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſquali-
dum barba, & capillo demiſſo: interrogatumque quiſ-
nam eſſet, reſpondiſſe κακοδαίμονα. Perterritus deinde
tam



tam tetro viſu, & nomine horrendo, ſeruos inclamauit. * *al.* an quē
Sciſcitatuſque eſt, * ſiquidem talis habitus, aut intran-
tem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent Quibus affir-
mantibus neminem illuc acceſſiſſe, iterum quieti & ſo-
mno ſe dedit: atque eadem animo eius obuerſata eſt
ſpecies. Itaque fugato ſomno, lumen introferri iuſſit,
puerosque à ſe diſcedere vetuit. Inter hanc noctem &
7 ſupplicium capitis, quo eum Cæſar affecit, paululum ad-
modum temporis interceſſit.

Propioribus tamen (vt ita dicam) lineis Aterii Ruſi 8.
equitis Romani ſomnium certo euentu admonitum eſt:
qui cum gladiatorium munus Syracuſis ederetur, inter
quietem retiarii ſe manu confodi vidit: idque poſtero
die in ſpectaculo conſeſſoribus narrauit. Incidit deinde
vt proximo ab equite loco, retiarius cum mirmillone in-
troduceretur: cuius cum faciem vidiſſet, idem dixit, ab
illo ſe retiario trucidari putaſſe, protinuſque inde diſce-
dere voluit. Illi ſermone ſuo metu eius diſcuſſo, cauſſam
exitii miſero attulerunt. Retiarius enim in eum locum
compulſo mirmillone & abiecto, dum iacentem ferire
conatur, traiectum gladio Aterium interemit.

## EXTERNA.

Annibalis quoque vt deteſtandum Romano ſan- 1.
guini, ita certæ prædictionis ſomnium, cuius non vigi- *An. V. 534.*
liæ tantum, ſed etiam ipſa quies hoſtilis imperio noſtro *Liuius 21.*
fuit. Hauſit enim propoſito & votis ſuis conuenientem *Cic. diuin. 1.*
imaginem, exiſtimauitque miſſum ſibi ab Ioue mortali *Polyb. vt fa-*
ſpecie excelſiorem iuuenem, inuadendæ Italiæ ducem: *bulam irri-*
8 cuius monitu primo veſtigia nullam in partem motis *det.*
ſecutus oculis; mox *humani ingenii prona voluntate veti-
ta ſcrutandi* pone reſpiciens, animaduertit immenſæ
magnitudinis ſerpentem, concitato impetu, omne quic-
quid obuium fuerat, proterentem: poſtque eam ma-
gno cum cœli fragore erumpentes nimbos, lucemque
caliginoſis inuolutam tenebris. Attonitus deinde quid-
nam eſſet monſtri, ecquid portenderet interrogauit Hic
dux: Italiæ vides, inquit, vaſtitatem: proinde ſile, & cæte-
ra tacitis permitte fatis.

Quam bene Macedoniæ Rex Alexander per quie- 9.

tem viſa imagine præmonitus erat vt vitæ ſuæ cuſtos eſ-
ſet diligentior, ſi eum cauendi etiam periculi conſilio
fortuna inſtruere voluiſſet! Namque Caſſandri peſtife-
ram ſibi dexteram ſomnio prius cognouit, quam exitu
ſenſit: exiſtimauit enim ab illo ſe interfici, cum eum nun-
quam vidiſſet. Interpoſito deinde tempore, poſtquam in
conſpectum veniſſet, nocturni metus patefacta imagine,
vt Antipatri filium eſſe cognouit, adiecto verſu Græco
qui fidem ſomniorum eleuat, præparati iam aduerſus ca-
put ſuum veneficii, quo occidiſſe Caſſandri manu credi-
tur, ſuſpicionem animo repulit.

3. Longe indulgentius dii in poeta Simonide, cuius ſa-
*Cic. diuin.* 1. lutarem inter quietem admonitionem conſilii firmita-
te roborauerunt. Is enim cum ad littus nauem ap-
puliſſet, inhumatumque corpus iacens ſepulturæ man-
daſſet, admonitus ab eo ne proximo die nauigaret, in
terra remanſit: Qui inde ſoluerant, fluctibus & procel-
lis in conſpectu eius obruti ſunt. Ipſe lætatus eſt, quod
vitam ſuam ſomnio, quam naui credere maluiſſet. Me-
mor autem beneficii, elegantiſſimo eum carmine æter-
nitati conſecrauit, melius illi & diuturnius in animis ho-
minum ſepulchrum conſtituens, quam in deſertis arenis
ſtruxerat.

4. Efficax & illa quietis imago, quæ Crœſi regis ani-
*Herod.* 1. mum maximo prius metu, deinde etiam dolore con-
fecit. Nam è duobus filiis, & ingenti agilitate, & cor-
poris dotibus præſtantiorem, imperiique ſucceſſioni
deſtinatum Atym, exiſtimauit ferro ſibi ereptum. Ita-
que quicquid ad euitandam denuntiatæ cladis acerbi-
tatem pertinebat, nulla ex parte patria cura ceſſauit auer-
tere. Solitus erat iuuenis ad bella gerenda mitti, domi
retentus eſt. Habebat armamentarium omnis generis
telorum copia refertum: id quoque amoueri iuſſit. Gla-
dio cinctis comitibus vtebatur: vetiti ſunt propius ac-
cedere: neceſſitas tamen aditum luctui dedit. Cum e-
nim ingentis magnitudinis aper, Olympi montis culta,
& crebra cum agreſtium ſtrage vaſtaret, inuſitatoque
malo regium imploratum eſſet auxilium: filius à patre
extorſit, vt ad eum opprimendum mitteretur: eo qui-
dem facilius, quod non dentis, ſed ferri ſæuitia in metu
repone-



reponebatur. Verum dum acri ſtudio interficiendi ſuem
omnes ſunt intenti, pertinax caſus imminentis violen-
tiæ, lanceam petendæ feræ gratia miſſam in eum detor-
9 ſit: & quidem eam potiſſimum dexteram nefariæ cædis
crimine voluit aſpergi, cui tutela filii à patre mandata
erat: Quam quidem Crœſus imprudentis homicidii ſan- *Adraſtum*
guine violatam, hoſpitales veritus deos, ſupplicem ſacri- *intelligit.*
ficio expiauit.

Nec Cyrus quidem ſuperior inuictæ fatorum neceſ- 5.
ſitatis paruulum argumentum eſt; cuius ortus ad im- *Herod.* 1.
perium totius Aſiæ ſpectantis, maternus auus Aſtyages,
duos prænuntios ſomnii fruſtra diſcutere tentauit: Man-
danen filiam ſuam (quod in quiete viderat vrina eius
omnes Aſiaticas gentes inundaſſe) non Medorum excel-
lentiſſimo (ne in eius familiam regni decus transferre-
tur) ſed Perſarum modicæ fortunæ viro collocauit. Na-
tumque Cyrum exponi iuſſit, quia ſimiliter quietis tem- *Iuſtin.* 1.
poribus exiſtimauerat genitali parte Mandanes enatam
vitem eouſque creuiſſe, donec cunctas dominationis ſuæ
partes inumbraret. Sed fruſtratus eſt ſeipſe, nepotis feli-
citatem, cæleſtium iudicio deſtinatam, humanis conſiliis
impedire conando.

Intra priuatum autem habitum Dionyſio Syracu- 6.
10 ſano adhuc ſe continente, Himeræ, quædam non ob-
ſcuri generis femina, inter quietem opinione ſua cœlum
conſcendit, atque ibidem deorum omnium luſtratis ſe-
dibus, animaduertit prævalentem virum flaui coloris,
lentiginoſi oris, ferreis catenis vinctum, Iouis ſolio pedi-
buſque ſubiectum: Interrogatoque iuuene, quo conſide-
randi cæli duce fuerat vſa, quiſnam eſſet? audiit illum Si-
ciliæ atque Italiæ dirum eſſe fatum, ſolutumque vincu-
lis, multis vrbibus exitio futurum: quod ſomnium poſte-
ro die ſermone vulgauit. Poſtquam deinde Dionyſium
inimica Syracuſarum libertati, capitibuſque inſontium
infeſta fortuna cæleſti cuſtodia liberatum, velut fulmen
aliquod otio ac tranquillitati iniecit, Himeræorum mœ-
nia inter effuſam ad officium & ad ſpectaculum eius tur-
bam intrantem vt aſpexit hunc eſſe, quem in quiete vide-
rat, vociferata eſt. Id cognitum tyranno, curam tollendæ
mulieris dedit.

7.
Tutius ſomnium matris eiuſdem Dionyſii : quæ 11
Cic. diuin. 1. cum eum conceptum vtero haberet, parere viſa eſt Saty-
riſcum : conſultoque prodigiorum interprete, clariſſi-
mum ac potentiſſimum Graii ſanguinis futurum, certo
cum euentu cognouit.

8.
At Carthaginenſium dux Amilcar, cum obſideret Sy-
Cic. diuin. 1. racuſas, inter ſomnium audiſſe vocem credidit nuncian-
tem futurum vt proximo die in ea vrbe cœnaret. Lætus
igitur perinde ac diuinitus promiſſa victoria, exerci-
tum pugnæ comparabat : in quo inter Siculos & Pœ-
nos orta diſſenſione, caſtris eius Syracuſani ſubita ir-
ruptione oppreſſis, ipſum intra mœnia ſua vinctum
pertraxerunt. Itaque magis ſpe quam ſomnio deceptus,
cœnauit Syracuſis captiuus, non vt animo præſumpſerat
victor.

9.
Alcibiades quoque miſerabilem exitum ſuum haud
Cic. diuin. 2. fallaci nocturna imagine ſpeculatus eſt : Quo enim pallio
amicæ ſuæ dormiens opertum ſe viderat, eo interfectus, &
inſepultus iacens, contectus eſt.

10.
Proximum ſomnium, etſi paulo eſt longius, pro-
Cic. diuin. 1. pter nimiam tamen euidentiam ne omittatur impe-
trat. Duo familiares Arcades iter vna facientes, Mega-
ram venerunt : quorum alter ad hoſpitem ſe contulit,
alter in tabernam meritoriam diuertit. Is autem qui
in hoſpitio erat, vidit in ſomnis comitem ſuum oran-
tem, vt ſibi cauponis inſidiis circumuento ſubueniret:
poſſe enim celeri eius accurſu ſe imminenti periculo
ſubtrahi. Quo viſo excitatus, proſiluit, tabernamque,
in qua is diuerſabatur, petere conatus eſt. Peſtifero dein-
de fato humaniſſimum propoſitum tanquam ſuperua-
cuum damnauit, idque viſum pro nihilo ducens, le- 12
ctum ac ſomnum repetiit. Tunc idem ei ſaucius oblatus
obſecrauit, vt qui auxilium vitæ ſuæ ferre neglexiſſet,
neci ſaltem vltionem non negaret. Corpus enim ſuum
à caupone trucidatum, tum maxime plauſtro ad portam
ferri ſtercore coopertum. Tam conſtantibus familia-
ris precibus compulſus, protinus ad portam cucurrit, &
plauſtrum, quod in quiete demonſtratum erat, com-
prehendit, cauponemque ad capitale ſupplicium per-
duxit.

Ca-



## CAPVT VIII.

## DE MIRACVLIS.

Quæ contigere Romanis.

1 *Caſtores viſi bello Latino & Perſico.*
2 *Æſculapius ſerpentis ſpecie apparens.*
3 *Iunonis Monetæ verba audita.*
4 *Fortunæ muliebris verba audita.*
5 *Siluani verba audita bello Veienti.*
6 *Mars viſus bello Lucano.*
7 *Dii Penates Alba Lauinium ſponte ſua regreſſi.*
8 *C. Iul. Cæſar poſt mortẽ viſus.*
9 *Cn. Pompeii Magni rogus miraculoſe indicatus.*
10 *Ap. Claudii procoſ. mors oraculo prædicta.*
11 *Romuli lituus & ſtatua incendiorum flammis intacta.*
12 *Ad ſepulturam elati reuiuiſcentes.*

Externis.

1 *Erus Pamphilus poſt decimum diem reuiuiſcens.*
2 *Athenienſis quidam memoria literarũ priuat⁹.*
3 *Mulier ſubito caſu obmuteſcens.*
4 *Ægles Samius mutus & ſubito vocalis fact⁹.*
5 *Gordias Epirota matre mortua natus.*
6 *Iaſo Pheræus vomica liberatus.*
7 *Simonides poeta ruina domus exemptus.*
8 *Daphidæ ſophiſtæ mors oraculo prædicta.*
9 *Philippo Macedonũ regi mors prænunciata.*
10 *Alexandri Magni mors miraculoſe præcognita.*
11 *Remigis cuiuſdam rarus caſus.*
12 *Admirandi dentes Pruſiæ regis filii.*
13 *Duplex ordo dentium Dripetenes filiæ Mithridatis.*
14 *Rarus & acutiſſim⁹ viſus Strabonis Lyncei.*
15 *Ariſtomenis Meſſenii cor piloſum.*
16 *Antipatri poetæ anniuerſaria febris.*
17 *Poliſtrati & Hippoclidis philoſophorum ſimillima vita.*
18 *Miracula quædam naturæ.*
19 *Serpens ad Bagradam.*

MVlta etiã interdiu, & vigilantibus acciderunt; perinde ac tenebrarũ ſomniiq; nube inuoluta; quæ quia vnde manauerint, aut qua ratione conſtiterint, dignoſcere arduum eſt, merito miracula vocantur.

1. Quorum è magno aceruo in primis illud occurrit. Cũ
*An. vr. 257.* apud lacum Regillum A. Poſthumius dictator, & Tuſcu- 1
*Dionyſ. 6.* lanorum dux Mamilius Octauus magnis viribus inter ſe
concurrerent, ac neutra acies aliquandiu pedem referret;
*An. vr. 585.* Caſtor ac Pollux Romanarum partium propugnatores
*Cic. de nat.* viſi, hoſtiles copias penitus fuderunt.
*deo. 2.* Item bello Macedonico P. Vatinius, Reatinę præfe- 2
*Plutarch. in* cturæ vir, noctu Vrbem petens, exiſtimauit duos iuue-
*Paulo.* nes excellentis formæ, albis equis inſidentes, obuios ſibi
*Lactant. 2.* factos nuntiare, die qui † præterierat, Perſen regem à
*c. 8.* Paullo captum. Quod cum ſenatui indicaſſet, tanquam
† *al.* præceſ- maieſtatis eius, & amplitudinis, vano ſermone contem-
ſerat. ptor, in carcerem coniectus eſt. Poſtquam Paulli literis
illò die Perſen captum apparuit, & cuſtodia liberatus, &
*An. vr. 257.* inſuper agro, & vacatione donatus eſt Caſtorem vero, &
*Dionyſ. 6.* Pollucem etiam illo tempore pro imperio populi Ro-
*Lact. lib. 2.* mani excubuiſſe cognitum eſt, quod ad lacum Iuturnæ,
*cap. 8.* ſuum equorumque ſudorem abluere viſi ſunt; iunctaque
fonti ædes eorum, nullius hominum manu reſerata patuit.

2. Sed vt ceterorum quoque deorum propenſum huic Vrbi numen exequamur: triennio continuo vexata peſtilentia ciuitas noſtra, cum finem tanti, & tam diuturni mali, neque diuina miſericordia, neque humano auxilio, imponi videret: cura ſacerdotum, inſpectis Sibyllinis libris animaduertit, non aliter priſtinam recuperari ſalubritatem poſſe, quam ſi ab Epidauro Æſculapius eſſet acceſſitus. Itaque eo legatis miſſis, vnicam fatalis remedii opem auctoritate ſua (quæ iam in terris erat ampliſſi-
*An. vr. 461.* ma) impetraturam ſe credidit. Neque eam opinio de-
*Liuius. Oui-* cepit: pari nanque ſtudio petitum, ac promiſſum eſt
*dius Me-* præſidium: eueſtigioque Epidaurii, Romanorum lega-
*tam. 15.* tos in templum Æſculapii (quod ab eorum vrbe quinq;
*Liu. 10. &* millibus paſſuum diſtat) perductos, vt quicquid inde
*11.* ſalubre patriæ laturos ſe exiſtimaſſent, pro ſuo iure ſumerent, benigniſſime multauerunt: Quorum tam promptam



indulgentiam, numen ipſius dei ſubſecutum, verba mortalium, cæleſti obſequio comprobauit. Siquidem is anguis, quem Epidaurii raro, ſed nunquam ſine magno ipſorum bono viſum, in modum Æſculapii venerati fuerunt, per vrbis celeberrimas partes, mitibus oculis & leni tractu labi cœpit, triduoque inter religioſam omnium admirationem conſpectus, haud dubiam præ ſe appetitæ clarioris ſedis alacritatem ferens, ad triremem Romanam perrexit: Pauentibuſq; inuſitato ſpectaculo nautis, eo conſcendit vbi Q. Ogulnii legati tabernaculum erat, inque multiplicem orbem, per ſummam quietem eſt conuolutus. Tum legati, perinde atque exoptatæ rei cõpotes, expleta gratiarum actione, cultuque anguis à peritis accepto, læti inde ſoluerunt: Ac proſperam emenſi nauigationem poſtquam Antium appulerunt, anguis, qui vbique in nauigio remanſerat, prolapſus in veſtibulo ædis Æſculapii, myrto frequentibus ramis diffuſæ, ſupereminentem excelſæ magnitudinis palmam circundedit: perq; tres dies poſitis, quibus veſci ſolebat, non ſine magno metu legatorum, ne in triremem reuerti nollet, Antienſis templi hoſpitio vſus, vrbi ſe noſtræ ad vehendum reſtituit atque in ripam Tiberis egreſſis legatis, in inſu-
lam, vbi templum dicatum eſt * tranſnauit: aduentuq; ſuo *al. tranſna-
tempeſtatem, cui remedio quæſitus erat, diſpulit. tauit.

Nec minus voluntarius Iunonis in vrbem noſtram 3.
5 tranſitus. Captis à Furio Camillo Veiis, milites iuſſu Im- *An. vrb.*
peratoris ſimulachrum Iunonis Monetæ, quod ibi pręci- 357.
pua religione cultum erat, in Vrbem tralaturi, ſede ſua *Liuius 5.*
mouere conabantur. Quorum ab vno per iocum interrogata Dea, an Romam migrare vellet. Velle ſe reſpõdit. Hac voce audita, luſus in admirationem verſus eſt. Iamq; non ſimulacrum, ſed ipſam cælo Iunonem petitam, portare ſe credentes, læti in ea parte montis Auentini, in qua nunc templum eius cernimus, collocauerunt.

Fortunæ etiam Muliebris ſimulacrum, quod eſt 4.
via Latina ad quartum milliarium, eo tempore cum æde *An. vr. 265.*
ſua conſecratum, quo Coriolanum ab excidio Vrbis ma *Liuius 2.*
4 ternæ preces repulerunt, non ſemel, ſed bis locutum con- *Dionyſ. 5.*
ſtitit, his pene verbis: Rite me matronæ vidiſtis, riteq; de- *Plutarch.*
dicaſtis. *Coriolan.*

5. Valerio autem Poplicola cos. qui poſt exactos reges
*An. vrb.* bellum cum Veientibus & Hetrūſcis geſſit, illis Tarqui-
244. nio priſtinum imperium reſtituere, Romanis nuper
*Liuius 2.* partam libertatem retinere cupientibus: Hetruſcis, &
*Dionyſ. 5.* Tarquinio in cornu dextro prœlio ſuperioribus, tantus
*Plutarch.* terror ſubito inceſſit, vt non ſolum victores ipſi profuge-
rent ſed etiam pauoris ſui conſortes ſecum Veientes tra-
herent. Cui rei pro argumento miraculum adiicitur; In-
gens repente vox è proxima ſilua Arſia, quæ ore Siluani
in hunc pene modum miſſa traditur, Vno plus Hetruſci
cadent: Romanus exercitus victor abibit. Miram dicti fi-
dem digeſta numero cadauera exhibuere.

6. Quid Martis auxilium, quo victoriam Romanorum 5
*An. vrb.* adiuuit, nonne memoria celebrandum eſt? Cum Brutii
471. atque Lucani odio incitatiſſimo, maximiſque viribus
*Am. Mar-* Thurinæ vrbis peterent excidium, ac præcipuo ſtudio in-
*cellin. 24.* columitatem eius C. Fabricius Luſcinus cos. protege-
ret; reſque ancipiti euentu, collatis vnum in locum vtriuſ-
que partis copiis, gereretur: non audentibus Romanis
prælio congredi; eximiæ magnitudinis iuuenis primum
eos hortari ad capeſcendam fortitudinem cœpit. Deinde,
vbi tardiores animaduertit, arreptis ſcalis per mediam
hoſtium aciem ad contraria caſtra euaſit: & admotis, val-
lum conſcendit. Inde voce ingenti clamitans, factum vi-
ctoriæ gradum, & noſtros ad aliena caſtra capienda & Lu-
canos, Brutioſque ad ſua defendenda, illuc traxit, vbi con-
ſerti dubio certamine terrebantur. Sed idem impulſu
armorum ſuorum proſtratos hoſtes iugulandos, capien-
doſque Romanis tradidit 20. enim millia cæſa, quinque
millia cum Statio Statilio duce vtriuſque gentis, & tribus
atque 20. militaribus ſignis capta ſunt. Poſtero die cum
cos. inter honorandos, quorum ſtrenua opera fuerat v-
ſus, vallarem coronam ei ſe ſeruare dixiſſet, à quo caſtra
erāt oppreſſa, nec iuuenis qui id præmium peteret, inue-
niretur, cognitum pariter, atque creditum eſt, Martem
patrem tunc populo ſuo adfuiſſe. Inter cetera huiuſce rei
manifeſtæ indicia, galea quoque duabus diſtincta pinnis,
qua cæleſte caput tectum fuerat, argumentum præbuit.
Itaque Fabricii edicto, ſupplicatio Marti eſt habita, & à
laureatis militibus magna cum animorum lætitia oblati
auxilii



auxilii teſtimonium ei eſt redditum.

Referam nunc quod ſuo ſeculo cognitum manauit ad 7.
6 poſteros, Penates deos Æneam Troia aduectos Lauinii *Dionyſ. 1.*
collocaſſe: inde ab Aſcanio filio eius Albam, quam ipſe
condiderat, tralatos, priſtinum ſacrarium repetiſſe, & quia
id humana manu factum exiſtimari poterat, relatos Albā,
voluntatem ſuam altero tranſitu ſignificaſſe. Nec me prę-
terit de motu, & voce deorum immortalium, humanis o-
culis, auribuſque percepto, quam in ancipiti opinione æ-
ſtimatio verſetur. Sed quia non noua dicuntur, ſed tradita
repetuntur, fidem auctores vindicent: noſtrum ſit, incly-
tis literarum monumentis conſecrata, perinde ac vana
5 non refugiſſe.

Facta mentione vrbis, è qua primordia ciuitas no- 8.
ſtra traxit, Diuus Iulius fauſta proles eius, ſe nobis of- *An. vr. 711.*
fert: quem C. Caſſius (nunquam ſine præfatione pu-
blici paricidii nominandus) cum acie Philippenſi arden-
tiſſimo animo perſtaret, vidit humano habitu auguſtio-
rem, purpureo paludamento amictum, minaci vultu, &
concitato equo in ſe impetum facientem; quo aſpectu
perterritus, tergum hoſti dedit, voce illa prius emiſſa,
Quid enim amplius agas, ſi occidiſſe parum eſt? Non
occideras tu quidem Caſſi Cæſarem. neque enim extin-
gui vlla diuinitas poteſt: ſed mortali adhuc corpore v-
tentem violando, meruiſti vt tam infeſtum haberes
deum.

Iam quod L. Lentulus littus prænauigans, in quo 9.
Cn. Pompeii magni perfidia Ptolomæi regis interempti, *An. vr. 705.*
corpus conciſſæ ſcaphæ lignis comburebatur: ignarus *Plutarch.*
caſus eius, cum ipſi Fortunæ erubeſcendum rogum vi- *Pompeio.*
diſſet, commilitonibus dixit, Quî ſcimus, an hac flam-
ma Cn. Pompeius crematur? diuinitus miſſæ vocis mi-
raculum eſt.

7 Atque hoc quidem hominis tantum; illud au- 10.
tem ore ipſius Apollinis editum, quo Appii interitum *An. vr. 704.*
veridica Pythicæ vaticinationis fides præcurrit. Is bello *Oroſius li. 6.*
8 ciuili, quo ſe Cn. Pompeius à Cæſaris concordia peſtife *cap. 15.*
ro ſibi, nec Reipublicæ vtili conſilio abruperat, euentum *Lucan. 5.*
grauiſſimi motus explorare cupiens; viribus imperii
(namque Achaiæ præerat) antiſtitem Delphicæ corti-

næ, in intimam ſacri ſpecus partem coëgit deſcendere;
vnde vt certæ conſulentibus ſortes petuntur, ita nimius
diuini ſpiritus hauſtus reddentibus peſtifer exiſtit. Igi-
tur impulſu concepti numinis inſtincta virgo, horrendo 9
ſono vocis, Appio inter obſcuras verborum ambages
fata cecinit. Nihil, inquit, ad te hoc Romane bellum:
Eubœa Cœlam obtinebis. At is ratus conſiliis ſe Apolli- 10
nis moneri, ne illi diſcrimini intereſſet, in eam regionem
ſeceſſit, quæ inter Rhamnunta nobilem Attici ſoli par-
tem, Cariſtumque Chalcidico freto vicinam interiacens,
Cœlæ Eubœæ nomen obtinet, vbi ante Pharſalicum cer-
tamen morbo conſumptus, prædictum à deo locum ſe-
pultura poſſedit.

11. Poſſunt & illa miraculorum loco poni: Quod deuſto
*Cic. diuin. 1.* ſacrario Saliorum, nihil in eo præter lituum Romuli in-
tegrum repertum eſt. Quod Ser. Tullii ſtatua, cum æ- 11
des Fortunæ conflagraſſet, inuiolata permanſit. Quod
Q. Claudiæ ſtatua in veſtibulo templi Matris deum po-
*An. vr. 642.* ſita, bis ea æde incendio conſumta, prius P. Naſica Scipio-
*An. vr. 755.* ne, & L. Beſtia: Item M. Seruilio, & L. Lamia cos. in ſua
baſi flammis intacta ſtetit.

12. Aliquid admirationis ciuitati noſtræ Acilii etiam 12
*Cos. fuit* Auiolæ rogus attulit, qui & à medicis, & à domeſticis
*An. vr. 720.* mortuus creditus, cum aliquandiu humi iacuiſſet, elatus,
*Plin. lib. 7. c. 52.* poſtquam ignis corpus eius corripuit, viuere ſe proclama-
uit, auxiliumque prædagogi ſui (nam is ſolus ibi remanſe-
rat) inuocauit. Sed iam flammis circundatus, fato ſubtrahi
non potuit.

*Pr. f. 711.* L. quoque Lamiæ prætorio viro æque vocem fuiſſe ſu-
*Plin. lib. 7. c. 52.* per rogum conſtitit.

## EXTERNA.

1. Quæ minus admirabilia, Eri Pamphilii caſus facit:
*De rep. li. 10. & Macrob. in ſomnium Scipionis.* quem Plato ſcribit inter eos qui in acie ceciderant, decem
diebus iacuiſſe, biduoque poſtquam inde ſublatus eſſet,
impoſitũ rogo reuixiſſe, ac mira quædam tempore mor-
tis viſa narraſſe.

2. Et quoniam ad externa tranſgreſſi ſumus, quidam
*Plin. l. 7. c. 25* Athenis vir eruditiſſimus, cum ictum lapidis capite ex-
cepiſſet, cætera omnia tenaciſſima memoria retinens
litera-



literarum tantummodo, quibus præcipue inſeruierat,
oblitus eſt. Dirum malignumque vulnus in animo per-
13 cuſſi, quaſi de induſtria ſcrutatis ſenſibus, in eum potiſ-
ſimum, quo maxime lætabatur, acerbitate nocendi eru-
pit; ſingularem doctrinam hominis pleno inuidiæ fune-
re efferendo: Cui ſi talibus ſtudiis perfrui fas non erat, v-
tilius aliquanto fuit, ad illa aditum non impetraſſe; quam
iam percepta eorum dulcedine caruiſſe.

Miſerabilior tamen ſequentis caſus narratio. Nau- 3.
ſimenis enim Athenienſis vxor, cum filii ac filiæ
ſuæ ſtupro interueniſſet, inopinati monſtri perculſa
conſpectu; & in præſens tempus ad indignandum, &
in poſterum ad loquendum obmutuit. Illi nefarium
concubitum voluntaria morte penſarunt. Hoc modo
fortuna ſæuiens huic vocem, iis vitam ademit, illi propi-
tia donat.

Ægles Samius athleta mutus, cum ei victoriæ quam 4.
adeptus erat, titulus & præmium eriperetur, indignatio- *Gell. li. 5. c. 9.*
ne accenſus, vocalis euaſit.

14 Gorgiæ quoque Epirotæ fortis viri clara fuit o- 5.
rigo, qui in funere matris vtero elapſus, inopinato va-
gitu ſuo lectum ferentes conſiſtere coegit, nouumque
15 ſpectaculum patriæ præbuit, tantum non ex ipſo genitri-
cis rogo lucem, & cunas aſſecutus: Eodem enim momen-
to temporis, altera iam fato functa parit, alter ante elatus,
quam natus eſt.

Diuinæ fortunæ vulnus Pheræo Iaſoni quidam exitii 6.
eius cupidus intulit. nam cum inter inſidias gladio eum *Cic. de Nat.*
percuſſiſſet, vomicam, quæ à nullo medicorum ſanari po- *deor. 1.*
tuerat, ita rupit, vt hominem peſtifero malo liberaret. 7.

Æque diis immortalibus acceptus Simonides, cuius *Cic. l. 2. de*
ſalus ab imminenti exitio defenſa, ruinæ quoque ſubtra- *Orat. Suidas.*
cta eſt. Cœnanti enim apud Scopam, in Cranone (quod
eſt in Theſſalia oppidum) nuntiatum eſt duos iuuenes ad
ianuam veniſſe, magnopere rogantes vt ad eos continuo
prodiret: ad quos egreſſus, neminem reperit ibi. Cæterum *Naufragio*
eo momento temporis triclinium, in quo Scopas epulaba- *itẽ exemptus*
tur, collapſum, & ipſum & omnes conuiuas oppreſſit. *fuerat, vt c.*
Quid hac felicitate locupletius, quam nec mare, nec terra *ſuperiori.*
ſæuiens, extinguere valuit? *Cic. de fato.*
*Suidas.*

8. Non inuitus huic ſubnecto Daphidam, ne quis igno-
*Heſychius.* ret quantum interfuerit ceciniſſe deorum laudes, & nu-
*Illuſtrius.* men obtrectaſſe. Hic cum eius ſtudii eſſet, cuius profeſ-
ſores Sophiſtæ vocantur; ineptæ & mordacis opinatio-
nis Apollinem Delphis irridendi cauſa conſuluit, An equũ
inuenire poſſet, cum omnino nullum habuiſſet. Cuius
ex oraculo reddita vox eſt, inuenturum equum, ſed vt eo
perturbatus, periret. Inde cum iocabundus, quaſi delu-
ſa ſacrarũ ſortium fide reuerteretur, incidit in regem At-
talum, ſæpenumero à ſe contumelioſis dictis abſentem
laceſſitum; eiuſque iuſſu, ſaxo, cui nomen erat Equi, præ-
cipitatus, ad deos vſque cauillandos dementis animi iuſta
ſupplicia pependit.

9. Eodem oraculo Macedonum rex Philippus ad-
*Cic. de fato.* monitus, vt à quadrigæ violentia ſalutem ſuam cuſto-
*Ælian Var.* diret, toto regno diſiungi currus iuſſit, eumque locum,
*hiſtor. lib. 3.* qui in Bœotia Quadriga vocatur, ſemper vitauit: Nec
tamen denunciatum periculi genus effugit: nam Pauſa-
nias in capulo gladii, quo eum occidit, quadrigam habuit
cælatam.

10. Quæ tam pertinax neceſſitas in patre, & filio A-
*Cic. de di-* lexandro conſimilis apparuit. Siquidem Calanus In- 16
*uin. 1.* dus ſua ſponte ſe ardenti rogo ſuperiacturus, interpella-
*Arian. 7.* tus ab eo, ecquid aut mandaret, aut dicere vellet, Breui
te, inquit, videbo. Nec id ſine cauſa, quia voluntarium
eius è vita exceſſum rapida mors Alexandri ſubſecuta
eſt.

11. Regios interitus magnitudine miraculi remigis 17
caſus æquat: quem in hexere Tyriorum ſentinam hau-
rientem, cum è naui fluctus abieciſſet; altero latere re-
percuſſum, fluctus contrarius in nauem retulit. Itaque
miſeri ſimul ac felicis comploratione permiſta fuit gratu-
latio.

12. Quid illa? nonne ludibria naturæ in corporibus hu-
manis fuiſſe credenda ſunt? tolerabilia quidem, quia ſæ-
uitia caruerunt: cæterum & ipſa miraculis annumeranda.
Nam & Pruſiæ regis Bithyniæ filius eodem nomine quo
pater, pro ſuperiori ordine dentium vnum os æqualiter
extentum habuit, nec ad ſpeciem deforme, neque ad vſum
vlla ex parte incommodum.

Mithri-



Mithridatis vero regis filia Dripetine Laodice regi- 13.
na nata, duplici ordine dentium deformis admodum, co-
mes fugæ patris, à Pompeio deuicti, fuit.

Ne illius quidem paruæ admirationis oculi, quem 14.
conſtat tam certa acie luminum vſum eſſe, vt à Lily- *Plin. lib. 7.*
bæo, portu Carthaginenſium, egredientes claſſes intue- *c. 21.*
retur. *Solin. 6.*

Oculis eius admirabilius Ariſtomenis Meſſenii cor: 15.
quod Athenienſes ob eximiam calliditatem exectum, *Plin. lib. 11.*
pilis refertum inuenerunt: cum eum aliquoties captum, *cap. 37.*
& aſtutia elapſum, cepiſſent.

At poeta Antipater Sidonius, omnibus annis, vno tã- 16.
tummodo die, quo genitus erat febri implicabatur. Cũq; *Plin. lib. 7.*
ad vltimam ętatem perueniſſet, natali ſuo certo illo cir- *cap. 52.*
cuitu morbi conſumptus eſt.

Hoc loco apte referantur Polyſtratus, & Hippocli- 17.
des Philoſophi, eodem die nati, eiuſdem præceptoris Epi- *Polyſtrati*
curi ſectam ſecuti, patrimonii etiam poſſidendi adeundæ- *meminit*
18 que ſcholæ communione coniuncti, eodemque momen *Laertius in*
to temporis vltima ſenectute extincti. Tam æqualem *Epicuro.*
fortunæ pariter, atque amicitiæ ſocietatem, quis non ipſi-
us cæleſtis Concordiæ ſinu genitam, nutritam, atque fi-
nitam putet?

Quapropter hoc potiſſimum fuerit, aut in libe- 18.
19 ris potentiſſimorum regum, aut in rege clariſſimo, aut
in vate ingenii florentis, aut in viris eruditiſſimis, aut in
homine ſortis ignotæ, ne ipſa quidem, omnis bonæ ma-
læque materię fœcunda artifex Natura rationem rerum
reddiderit. Non magis quam quod ita ſylueſtres capreas, *Plin. lib. 8.*
Cretæ genitas, tantopere dilexerit, quas ſagittis confi- *cap. 27.*
xas ad ſalutare auxilium herbæ dictami, * tantum non * al. quaſi
ſuis manibus deducit: efficitque vt concepta ea, conti-
nuo & tela & vim veneni vulneribus reſpuant. Aut in Ce-
phalenia inſula, cum omnia vbique pecora hauſtu aquæ
quotidie recreentur, in ea pecudes maiore ex parte an-
ni ore aperto ex alto ventos recipientes, ſitim ſuam ſedare
inſtituerit. Aut quapropter Crotonæ in templo Iunonis *Plin. lib. 2.*
Laciniæ aram ad omnes ventos immobili cinere dona- *cap. 107.*
uerit potiſſimum. Vel quare alteram in Macedonia, al-
teram in Caleno agro aquam proprietatem vini, qua *Plin. lib. 2. c. 108.*

homines inebrientur, poſſidere voluerit. Non admiratione iſta, ſed memoria proſequi debemus: cum ſciamus recte ab ea plurimum licentiæ vindicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor conſiſtit.

19. *Gell.lib.6. cap.3. Oroſius lib. 4.c.8. Liuius 18. An.vr.497*

Quæ quia ſupra vſitatam rationem excedentia attigimus, ſerpentis quoque à T. Liuio curioſe pariter, ac facunde relata fiat mentio. Is enim ait in Africa apud Bagradam flumen, tantæ magnitudinis anguem fuiſſe, vt Atilii Reguli exercitum vſu amnis prohiberet: multiſque militibus ingenti ore correptis, complurib. caudæ voluminibus eliſis, cum telorum iactu perforari nequiret, ad vltimum baliſtarum tormentis vndique petitam, ſilicum crebris & ponderoſis verberibus procubuiſſe, omnibuſque & cohortibus & legionibus ipſa Carthagine viſam terribiliorem. Atque etiam cruore ſuo gurgitibus imbutis, corporiſque iacentis peſtifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde ſummouiſſe caſtra. Dicit belluæ etiam corium 120. pedes longum, in Vrbem miſſum.

VALE-



# VALERII MAXIMI LIBER SECVNDVS.

## CAPVT I.

## DE MATRIMONIORVM RITV & neceſſitudinum officiis.

1 *Nuptiarum auſpicia.*
2 *Epulæ ſeu conuiuia.*
3 *Matrimonia non repetentes laudata.*
4 *Primum repudium.*
5 *Matronalis libertas ac decor.*
6 *Coniugalis concordia.*
7 *Verecunda conſanguinitas.*
8 *Chariſtia.*
9 *Senectus honorata.*
10 *Iuuentus obſeruata, exempliſq; inſtructa.*

Diues & præpotens Naturæ regnum ſcrutatus, iniiciam ſtylum tam noſtræ Vrbis, quam cæterarum gentium priſcis ac memorabilibus inſtitutis. Operæ eſt enim cognoſci huius vitæ, quam ſub optimo principe felicem agimus, quænam fuerint elementa, vt eorum quoq; reſpectus præſentibus aliquid moribus proſit.

Apud antiquos non ſolum publice, ſed etiam priuatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto: quo ex more nuptiis etiamnum auſpices interponuntur. Qui quamuis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia vſurpant. 1. *Cic.diuin.1.*

Feminæ cum viris cubantibus ſedentes cœnitabant: quæ conſuetudo ex hominum conuictu ad diuina penetrauit: nam Iouis epulo ipſe in lectulum, Iuno & Minerua in ſellas ad cœnam inuitantur. Quod genus ſeueritatis ætas noſtra diligentius in Capitolio, quam in ſuis domib. ſeruat: videlicet quia magis ad rem pertinet, dearum quã mulierum, diſciplina contineri. 2.

Quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona 3.

pudicitiæ honorabantur. Exiſtimabant enim eum præ-
cipue matronæ ſincera fide incorruptum eſſe animum, 3
qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret:
multorum matrimoniorum experientiam, quaſi illegiti-
mæ cuiuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes.

*An. vrb. 522. Dionyſ. li. 2. Gell. lib. 4. c. 3.*

4. Repudium inter vxorem & virum à condita Vrbe vſ-
que ad viceſimum & quingenteſimum annum nullum
interceſſit Primus autem Sp. Caruilius vxorem ſterilita-
tis cauſſa dimiſit. Qui quanquam tolerabili ratione mo-
tus videbatur, reprehenſione tamen non caruit: quia nec
cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei præponi
debuiſſe arbitrabantur.

*Dionyſ. 2. Plin. lib. 14. cap. 13. Gell. lib. 10. cap. 23.*

5. Sed quo matronale decus, verecundiæ munimento
tutius eſſet, in ius vocanti matronam corpus eius attin-
gere non permiſerunt, vt inuiolata manus alienæ tactu
ſtola relinqueretur. Vini vſus olim Romanis feminis
ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur;
quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad
inconceſſam Venerem eſſe conſueuit Ceterum vt non
triſtis earum & horrida pudicitia, ſed honeſto comitatis
genere temperata eſſet, indulgentibus maritis & auro
abundanti, & multa purpura vſæ ſunt: & quo formam
ſuam concinniorem efficerent, ſumma cum diligentia
capillos cinere rutilarunt. Nulli enim tunc ſubſeſſores 4
alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: ſed
pariter & videre ſancte, & aſpici mutuo pudore cuſtodie-
bantur.

*P. Victor.*

6. Quoties vero inter virum & vxorem aliquid iur-
gii interceſſerat, in ſacellum deæ Viriplacæ, quod eſt in
Palatio, veniebant: & ibi inuicem locuti, quæ volue-
rant, contentione animorum depoſita concordes reuer-
tebantur. Dea nomen hoc à placandis viris fertur aſſe-
cuta: veneranda quidem, & neſcio an præcipuis, ſed ex-
quiſitis ſacrificiis colenda: vtpote quotidianæ ac dome-
ſticæ pacis cuſtos, in pari iugo charitatis ipſa ſui appella-
tione virorum maieſtati debitum ac feminis reddens ho-
norem.

*Cic offic. 2.*

7. Huiuſmodi inter coniuges verecundia, quid? in-
ter ceteras neceſſitudines, nonne apparet conſentanea?
nam vt minimo indicio maximam vim eius ſignificem,
aliquan-



aliquandiu nec pater cum filio pubere, nec ſocer cum ge-
nero lauabatur. Manifeſtum igitur eſt tantum reli-
gionis ſanguini & affinitati, quantum ipſis diis immor-
talibus tributum: quia inter iſta tam ſancta vincula, non
† magis, quam in aliquo ſacrato loco nudare ſe, nefas eſſe
credebatur.

*† al. minus*

*Ouid. Faſt. 2.*

8. Conuiuium etiam ſolenne maiores inſtituerunt,
idque Chariſtia appellauerunt, cui pręter cognatos
5 & affines nemo interponebatur: vt ſi qua inter neceſ-
ſarios querela eſſet orta, apud ſacra menſæ, & inter hi-
laritatem animorum, fautoribus concordię adhibitis tol-
leretur.

*Ouid. Faſt. 5. Gell. lib. 2. c. 15.*

9. Senectuti iuuentus ita cumulatum & circumſpectum
honorem reddebat, tanquam maiores natu adoleſcen-
tium communes patres eſſent. Quocirca iuuenes, Sena-
tus die, vtique aliquem ex patribus conſcriptis, aut pro-
pinquum, aut paternum amicum ad curiam deduce-
bant, affixique valuis expectabant, donec reducendi et-
iam officio fungerentur. Qua quidem voluntaria ſtatio-
ne, & corpora & animos ad publica officia impigre ſuſti-
6 nenda roborabant, breuique progreſſu morarum in lu-
cem virtutum verecundia & laboris meditatione, ipſi do-
ctiores eunt. Inuitati ad cœnam diligenter quærebant
quinam ei conuiuio eſſent interfuturi: ne ſenioris aduen-
tum diſcubitu præcurrerent: ſublataque menſa priores
conſurgere & abire patiebantur. Ex quibus apparet cœ-
næ quoque tempore quam parco, & quam modeſto ſer-
mone his præſentibus ſoliti ſint vti.

*Cic. Tuſc. 1. & 4. in Bruto ex Catonis orig.*

*Annotatum à Priſciano lib. 6.*

10. Maiores natu in conuiuiis ad tibias egregia ſuperio-
rum opera carmine comprehenſa pangebant, quo ad ea
imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Quid hoc
ſplendidius, quid etiam vtilius certamine? pubertas canis
ſuum honorem reddebat: defuncta virium curſu ætas in-
gredientes actuoſam vitam fauoris nutrimentis proſe-
quebatur. Quas Athenas, quam ſcholam, quæ alie-
nigena ſtudia huic domeſticæ diſciplinæ prætulerim? In-
de oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricii, Marcelli, Fa-
bii: ac ne ſingula imperii noſtri lumina percurrendo ſim
longior, inde, inquam, cæli clariſſima pars Diui fulſerunt
Cæſares.

## *CAPVT II.*

## DE MAGISTRATVVM ATQVE Ordinum officiis, & inſtitutis.

1 *Senatus Rom. fides & taciturnitas.*
2 *Auctoritas magiſtratuū & obſeruantia linguæ Latinæ.*
3 *C. Marius eloquentiam ſpernens.*
4 *Maieſtas conſularis.*
5 *Conſtantia legatorum Rom.*
6 *Vigilantia ſenatus.*
7 *Diligentia tribunorum plebis.*
8 *Abſtinētia magiſtratuū.*
9 *Equitum Rom. probatio & Lupercalia.*

1. ADeo autem magna charitate patriæ omnes tene-
bantur, vt arcana conſilia P. Conſcriptorum multis
*An. vr. 603.* ſeculis nemo ſenator enunciauerit. Q. Fabius Maximus
tantummodo, & is ipſe per imprudentiam, de tertio Pu-
nico bello indicendo quod ſecreto in curia erat actum,
P. Craſſo, rus petens, domū reuertenti in itinere narrauit,
memor eum triennio ante Quæſtorem factum, igna-
ruſque nondum à Cenſoribus in ordinem ſenatorium
allectum: quo vno modo his, qui iam honores geſſe- 1
rant, aditus in curiam dabatur. Sed quamuis honeſtus er-
ror Fabii eſſet, vehementer tamen à conſulibus obiurga-
tus eſt Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tu-
tiſſimnm adminiſtrandarum rerum vinculum, labefacta-
*An. vr. 581.* ri volebant. Ergo cum Aſię rex Eumenes, amantiſſimus
*Liuius 42.* noſtræ Vrbis, bellum à Perſe aduerſus populum Roma-
num comparari ſenatui nuntiaſſet; non ante ſciri potuit,
quid aut ille locutus eſſet, aut patres reſpondiſſent, quam
captum Perſen cognitum eſt. *Fidum erat, & altum* 2
*reip. pectus Curia, ſilentiique ſalubritate munitum, & val-
latum vndique: cuius limen intrantes, abiecta priuata
charitate publicam induebant. Itaque non dicam vnum,
ſed neminem audiſſe crederes, quod tam multorum auribus
fuerat commiſſum.*

2. Magiſtratus vero priſci quantopere ſuam populique
Ro-



Romani maieſtatem retinentes ſe geſſerint, hinc cogno-
ſci poteſt, quod inter cetera obtinendæ grauitatis indicia,
illud quoque magna cum perſeuerantia cuſtodiebant,
ne Græcis vnquam niſi Latine reſponſa darent. Quinet-
iam ipſa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excu-
ſa, per interpretem loqui cogebant; non in vrbe tantum
noſtra, ſed etiam in Græcia, & Aſia: Quo ſcilicet Latinæ
vocis honos per omnes gentes venerabilior diffundere-
tur Nec illis deerant ſtudia doctrinæ, ſed nulla non in re
pallium togæ ſubiici debere arbitrabantur: indignum eſ-
3 ſe exiſtimantes, illecebris, & ſuauitate literarum imperii
pondus & auctoritatem domari.

Quapropter non es damnandus ruſtici rigoris C. Ma- 3.
4 ri, qui gemina lauro coronatam ſenectutem tuam Nu *Salluſt. In-*
midicis & Germanicis illuſtrem trophæis, victor deuictæ *gur.*
gentis facundia politiorem fieri noluiſti credo ne alieni
gena ingenii exercitatione, patrii ritus ſeruus transfuga
exiſteres Quis ergo huic conſuetudini, qua nunc Græcis
actionibus aures curiæ exſurdantur, ianuam patefecit? vt
opinor, Molo rhetor, qui ſtudia M. Ciceronis acuit. Eum *An. vr. 672*
namque ante omnes exterarum gentium in ſenatu ſine *Cic. in Brut.*
interprete auditum conſtat. Quem honorem non imme-
rito cepit, quoniam ſummam vim Romanæ eloquentiæ
5 adiuuerat. Conſpicuę felicitatis Arpinum, ſiue vnicum li-
terarum glorioſiſſimum contemptorem, ſiue abundan-
tiſſimum fontem intueri velis.

Maxima autem diligentia maiores hunc mo- 4.
rem retinuerunt, ne quis ſe inter conſulem & proxi-
mum lictorem, quamuis officii cauſſa vna progredere-
tur, interponeret: filio dumtaxat, & ei puero, ante pa-
trem conſulem, ambulandi ius erat. Qui mos adeo per- *An. vr. 462.*
tinaciter retentus eſt, vt Q. Fabius Maximus quinquies
cos. vir etiam pridem ſummæ auctoritatis, & tunc
vltimæ ſenectutis, à filio conſule inuitatus, vt inter ſe
6 & lictorem procederet, ne hoſtium Samnitum turba
(ad quorum colloquium deſcendebant) elideretur, id
facere noluerit. Idem præſtitit ille Fabius qui à ſena- *An. vr. 540*
7 tu legatus ad filium conſulem Sueſſam miſſus: poſt- *Liuius 24.*
quam animaduertit eum ad officium ſuum extra oppi- *de Fabio*
dum proceſſiſſe, indignatus quod ex lictoribus 11. ne- *Verrucoſſo.*

mo ſe equo deſcendere iuſſiſſet plenus iræ ſedere perſe-
uerauit: Quod cum filius ſenſiſſet, proximo lictori vt ſi-
bi appareret, imperauit. cuius voci Fabius continuo ob-
ſecutus: Non ego, inquit, fili ſummum imperium tuum
contempſi, ſed experiri volui, an ſcires conſulem agere:
Nec ignoro quid patriæ venerationi debeatur: verum pu-
blica inſtituta priuata pietate potiora iudico.

*An. vrb. 471. Liu. 12. Zonaras. L. Flor. lib. 1. cap. 2.*

5. Relatis Fabiorum laudibus, offerunt ſe mirificæ 8
conſtantiæ viri: qui legati à ſenatu Tarentum ad res re-
petendas miſſi, cum grauiſſimas ibi iniurias accepiſſent,
vnus etiam vrina reſperſus eſſet, in theatrum (vt eſt con-
ſuetudo Græciæ) introducti, legationem quibus acce-
perunt verbis, peregerunt: De his, quæ paſſi erant, que-
ſti non ſunt, ne quid vltra ac mandatum eſſet, loqueren-
tur: inſituſque pectoribus eorum antiqui moris reſpe- 9
ctus dolore, qui ex contumelia grauiſſimus naſcitur & ſen- 10
titur, conuelli non potuit. Finem profecto fruendarum
opum, quibus ad inuidiam diu abundaueras Tarentina
ciuitas quæſiſti. Nam dum horridæ virtutis in ſeipſum
connexum ſtabilimentum, nitore fortunæ præſentis in-
flata faſtidioſe æſtimas, in præualidū imperii noſtri mu-
cronem cæca & amens irruiſti.

6. Sed vt à luxu perditis moribus, ad ſeueriſſima ma-
iorum inſtituta tranſgrediar, antea ſenatus aſſiduam ſta-
tionem eo loci peragebant, qui hodieque Senatulum ap-
pellatur: Nec expectabat vt edicto contraheretur, ſed
inde citatus protinus in Curiam veniebat: ambiguæ
laudis ciuem exiſtimans, qui debitis Reipub. officiis non
ſua ſponte, ſed iuſſus fungeretur: quia quicquid impe-
rio cogitur, exigenti magis, quam præſtanti acceptum
refertur.

7. Illud quoque memoria repetendum eſt, quod tri-
bunis plebis intrare Curiam non licebat: ante valuas au-
tem poſitis ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura
examinabant; vt ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non
ſinerent. Itaque veteribus Senatuſconſultis T. litera
ſubſcribi ſolebat: eaque nota ſignificabatur, ita tribunos 11
quoque cenſuiſſe: Qui quamuis pro commodis plebis
excubabant, inque imperiis compeſcendis occupati erāt;
inſtrui tamen ea argenteis vaſis, & annulis aureis publi-
ce prę-



ce præbitis patiebantur, quo talium rerum vſu auctoritas
magiſtratuum eſſet ornatior.

Quorum quemadmodum maieſtas amplificaba- 8.
tur, ita abſtinentia arctiſſime conſtringebatur. Immo-
latarum enim ab his hoſtiarum exta, ad quæſtores æra-
rii delata veniebant; ſacrificiiſque pop. Rom. tum Deo-
rum immortalium cultus, tum etiam hominum conti-
12 nentia inerat, imperatoribus noſtris quam ſanctas ma-
nus habere deberent apud iſta altaria diſcentibus: Con-
tinentiæ vero tantum tribuebatur, vt multorum æs alie-
num, quia prouincias ſincere adminiſtrauerant, à ſenatu
perſolutum ſit. Nam *quorum opera publicam auctoritatem
ſplendorem ſuum procul obtinuiſſe viderant, eorum di-
gnitatem domi collabi, indignum, ſibique deforme eſſe
arbitrabantur.*

Equeſtris vero ordinis iuuentus omnibus annis bis 9.
Vrbem ſpectaculo ſui ſub magnis auctoribus celebra-
bat, die Lupercalium, & Equitum probatione. Lupercali- *Ouid. Faſt.*
um mos à Romulo & Remo inchoatus eſt, tunc cum lęti- *2. Plutarch.*
tia exultantes, quod his auus Numitor, rex Albanorum, *Romulo.*
eo loco, vbi educati erant, vrbem condere permiſerat ſub
monte Palatino, hortatu Fauſtuli educatoris ſui, quem E-
uander Argiuus conſecrauerat: facto ſacrificio, cæſiſque
capris, epularum hilaritate, ac vino largiore prouecti, di-
uiſa paſtorali turba, cincti pellibus immolatarum hoſtia-
13 rum, * iocantes obuios petiuerunt: cuius hilaritatis me- * *al.* iocan-
moria annuo circuitu feriarum repetitur. Trabeatos ve- tes geſtie-
14 ro equites Idibus Iuliis Q. Fabius tranſuehi inſtituit. I- runt.
dem cenſor cum P. Decio ſeditionis finiendæ gratia, quū *An. vr. 449.*
comitia in humillimi cuiuſque poteſtatem redacta ac- *Liuius 9.*
cenderant, omnem forenſem turbam in quatuor tantum- *Auctor de*
modo tribus deſcripſit: eaſque Vrbanas appellauit Quo *viris Illuſt.*
tam ſalubri facto, vir alioqui bellicis operibus excellens, *cap. 32.*
Maximus cognominatus eſt.

---

## CAPVT III.
## DE MILITARIBVS INSTITVTIS.

1 *Capite cenſi milites primi.*
2 *Militaris exercitatio.*
3 *Velitum primus vſus.*

LAudanda etiam populi verecundia eſt, qui impigrè ſe laboribus & periculis militiæ offerendo, dabat operam ne imperatoribus, capite cenſos ſacramento rogare eſſet neceſſe, quorum nimia inopia ſuſpecta erat, ideoq; his publica arma non committebantur.

1. *An. vr. 646. Sall. Iugurt. Gell. lib. 16. cap. 10.*

Sed hanc diutina vſurpatione firmatam conſuetudinem C. Marius capite cenſum legendo militem, abrupit. Ciuis alioqui magnificus, ſed nouitatis ſuæ conſcientia, vetuſtati non ſane propitius: memorque ſi militaris ignauia humilitatem ſpernere perſeueraret, ſe à maligno virtutum interprete velut capite cenſum imperatorem compellari poſſe. Itaque faſtidioſum delectus genus in exercitibus Romanis obliterandum duxit, ne talis notæ contagio ad ipſius quoque gloriæ ſugillationem penetraret.

2. *An. vr. 648. bello Cimbrico. vide Annales in Scauri ædilitate.* * *al.* legionibus

Armorum tractandorum meditatio à P. Rutilio conſule Cn. Mallii collega, militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo Cn. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem * legibus ingenerauit: virtutemque arti, & rurſus artem virtuti immiſcuit, vt illa impetu huius fortior, hæc illius ſcientia cautior fieret.

3. *An. vr. 542. Liu. 26. Front. Stratag. li. 4. c. 7.*

Velitum vſus eo bello primum repertus eſt, quo Capuam Fuluius Flaccus imperator obſedit. Nam cum equitatui Campanorum crebris excurſationibus equites noſtri, quia numero pauciores erant, reſiſtere non poſſent, Q. Næuius Centurio è peditibus lectos expediti corporis, breuibus & incuruis ſeptenis armatos haſtis, paruo tegmine munitos, veloci ſaltu iungere ſe equitibus, & rurſus celeri motu dilabi inſtituit: quo faciliùs equeſtri prœlio ſubiecti pedites, viros pariter atque equos hoſtium telis inceſſerent. Eaque nouitas pugnæ vnicum Campanæ perfidiæ debilitauit auxilium. Ideoque auctori eius Næuio adhuc honos eſt habitus.

## *CAPVT IV.*
## DE SPECTACVLIS.

1 *Theatra primum ædificata.* 2 *Loca ordinibus primum attributa.*

3 *Origo*



3 *Origo ſcenicorum ludorum.* 6 *Ornamenta & luxus ludorum.*
4 *Origo ſæcularium.* 7 *Gladiatorium & athleticum primum.*
5 *Primi ſæculares.*

PROXIMVS militaribus inſtitutis ad vrbana caſtra, id eſt, theatra gradus faciendus eſt, quoniam hæc quoque ſæpenumero animoſas acies inſtruxerunt, ex- 1.
1 cogitataque cultus deorum, & hominum delectationis cauſa non ſine aliquo pacis rubore voluptatem & religionem ciuili ſanguine, ſcenicorum portentorum gratia macularunt.

2. *An. vr. 599. Velleius 2. Liuius 48.*

Quæ inchoata quidem ſunt à Meſſalla, & Caſſio cenſoribus; cæterum auctore P. Scipione Naſica omnem apparatum operis eorum ſubiectum haſtæ venire placuit. Atque etiam S. C. cautum eſt, ne quis in Vrbe propiuſue paſſus mille ſubſellia poſuiſſe, ſedenſue ludos ſpectare vellet, vt ſcilicet remiſſioni animorum iuncta ſtandi virilitas, propria Romanæ gentis nota eſſet.

3. *An. vr. 559. Liuius 34. Pedian. Cornelia.*

Per quingentos autem & quinquaginta octo annos ſenatus populo miſtus ſpectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Atilius Serranus, & L. Scribonius ædiles, ludos Matri deum facientes, ſuperioris Africani ſententiam ſecuti, diſcretis ſenatus & populi locis ſoluerunt: Eaque res auertit vulgi animum, & fauorem Scipionis magnopere quaſſauit.

4. *An. vr. 389. Liuius 7. Oroſius li. 3. cap. 4.*

Nunc cauſſam inſtituendorum ludorum ab origine ſua repetam. C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone
2 coſſ. intoleranda vis ortæ peſtilentiæ, ciuitatem noſtram à bellicis operibus reuocatam, domeſtici atque inteſtini mali cura afflixerat: Iamque plus in exquiſito & nouo cultu religionis, quam in vllo humano conſilio poſitum opis videbatur. Itaque placandi cæleſtis numinis gratia compoſitis carminibus vacuas aures præbuit vſque ad id tempus Circenſi ſpectaculo contenta, quod primus Romulus, raptis virginibus Sabinis, Conſualium nomine celebrauit. Verum, *vt eſt mos hominum, paruula initia pertinaci ſtudio proſequenti*, venerabilibus erga deos
3 verbis iuuentus, rudi atque incompoſito motu corporum iocabunda, geſtus adiecit. Eaque res Ludium ex Etruria

accerſendi cauſſam præbuit: cuius decora pernicitas ve-
tuſto ex more Curetum Lydorumque (à quibus Etruſci
originem traxerunt) nouitate grata Romanorum ocu- 4
los permulſit. Et quia Ludius apud eos Hiſtrio appella-
batur, ſcenico nomen Hiſtrionis inditum eſt. Paulatim 5
deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrepſit: à qui-
bus primus omnium poëta Liuius, ad fabularum argu-
menta ſpectantium animos tranſtulit. Iſque ſui operis a- 6
ctor, cum ſæpius à populo reuocatus vocem obtudiſſet;
adhibito pueri & tibicinis concentu, geſticulationem taci-
tus peregit. Attellani autem ab Oſcis acciti ſunt: quod ge-
nus delectationis Italica ſeueritate temperatum, ideoque
vacuum nota eſt: nam neque tribu mouetur, neque à mi-
litaribus ſtipendiis repellitur.

*An. vr. 513. Cic. in Bruto. & Tuſc. prolo. Gell. li. 17. cap. 21.*

Et quia cæteri ludi ipſis appellationibus vnde trahan-
tur, apparet; non abſurdum videtur Secularibus initium
ſuum, cuius generis minus certa notitia eſt, reddere. Cum
ingenti peſtilentia Vrbs agrique vaſtarentur, Valeſius 7
vir locuples, ruſticæ vitæ, duobus filiis & filia ad deſpera-
tionem vſque medicorum laborantibus, aquam calidam
iis à foco petens, genibus nixus, Lares familiares, vt pue-
rorum periculum in ipſius caput transferrent, orauit: Or-
ta deinde vox eſt, habiturum eos ſaluos, ſi continuo flumi-
ne Tiberis deuectos Tarentum deportaſſet, ibique ex 8
Ditis patris, & Proſerpinæ ara petita calda, recreaſſet. Eo
prædicto magnopere confuſus, quod & longa & pericu-
loſa nauigatio imperabatur: ſpe tamen dubia præſentem
metum vincente, pueros ad ripam Tiberis protinus de-
tulit (habitabat enim in villa ſua propter vicum Sabinæ 9
regionis Eretum) ac lintre Oſtiam petens, nocte con-
cubia ad Martium campum appulit. Sitientibuſque ægris
* ſuccurrere cupiens, igne in nauigio non ſuppetente; ex
gubernatore cognoſcit, haud procul apparere fumum.
Et ab eo iuſſus egredi Terentum (id ei loco nomen eſt)
cupide arrepto calice, aquam flumine hauſtam, eo vnde
fumus erat obortus, iam lætior pertulit, diuinitus dati
remedii quaſi veſtigia quædam in propinquo nactum ſe
exiſtimans: Inque ſolo magis fumante; quam vllas ignis
habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit,
contractis leuibus, & quæ fors obtulerat nutrimentis, 10
perti-

*Zoſimus lib. 2. hiſtor. nouæ.*

* *al.* ſubuenire



pertinaci ſpiritu flammam euomit, calefactamq; aquam
pueris bibendam dedit Qua pota, ſalutari quiete ſopiti,
diutina vi morbi repente ſunt liberati, patrique indicaue-
11 runt, vidiſſe ſe in ſomniis, quos neſcio deorum, ſpongia
corpora ſua pertergere, & præcipere vt ad Ditis patris &
Proſerpinæ aram, à qua fuerat potio ipſis allata, furuæ
hoſtiæ immolarentur, lectiſternia ludique nocturni fie-
rent. Is quod eo loci nullam aram viderat, deſiderari cre-
dens, vt à ſe conſtrueretur; aram empturus in Vrbem per-
rexit, relictis qui fundamentorum conſtituendorum gra-
tia terram ad ſolidum foderent. Hi domini imperium
exequentes, cum ad 20. pedum altitudinem humo ege-
ſta perueniſſent; animaduerterunt aram Diti patri, Pro-
12 ſerpinæque inſcriptam. Hoc poſtquam Valeſius nunci-
ante ſeruo accepit, omiſſo emendæ aræ propoſito, hoſtias
nigras, quæ antiquitus furuæ dicebantur, Terenti immo-
lauit, ludos & lectiſternia, continuis tribus noctibus, quia
totidem filii periculo liberati erant, fecit.

Cuius exemplum Valerius Poplicola, qui primus con-
ſul fuit, ſtudio ſuccurrendi ciuibus, ſecutus, apud eandem
aram publice nuncupatis votis, cęſiſque atris bubus, Diti
maribus, feminis Proſerpinæ, lectiſternioque, ac ludis tri-
noctio factis, aram terra, vt ante fuerat, obruit.

13 Religionem ludorum creſcentibus opibus ſecuta
lautitia eſt. Eius inſtinctu Q. Catulus Campanam imita-
tus luxuriam, primus ſpectantium conſeſſum velorum
vmbraculis texit. Cn. Pompeius ante omnes aquæ per
14 ſemitas decurſu, æſtiuum minuit feruorem. C. Pulcher
ſcenã varietate colorum adumbrauit, vacuis ante pictu-
15 ra tabulis extentam. Quam totam argento C. Anto-
nius, auro Petreius, ebore Q. Catulus prætexuit. Ver-
16 ſatilem fecerunt Luculli. Argentatis choragiis P. Lentu-
lus Spinter adornauit. Tranſlatum antea Pœniceis in-
dutum tunicis M. Scaurus exquiſito genere veſtis cultum
induxit.

Gladiatorium munus primum Romæ datum eſt in
17 foro boario, Ap. Claudio, M. Fuluio coss. dederunt M.
& D. Bruti, funebri memoria patris cineres honoran-
do. Athletarum certamen à M. Scauri tractum eſt mu-
nificentia.

*An. vr. 249. Plutarch. Cenſorinus. 6. An. vr. 675. Plin. lib. 19. c. 1. An. vr. 688. Cic. in L. Piſ. Pedianus. An. vr. 654. Plin. lib. 35. c. 4. An. vr. 684. Plin. lib. 33. cap. 3. An. vr. 674. Plin. lib. 35. cap. 4. An. vr. 690. An. vr. 695. 7. An. vr. 489. Liuius 16. An. vr. 695.*

## CAPVT V.

## DE FRVGALITATE ET INNOCENTIA.

1 *Prima aurata ſtatua in vrbe.*
2 *Ius ciuile cum faſtis promulgatum.*
3 *Veneficii prima quæſtio.*
4 *Tibicinum Quinquatria prima.*
5 *Frugalis antiquorũ victus.*
6 *Febris deæ ſacella in vrbe.*

1. STatuam auratam nec in vrbe, nec in vlla parte Italiæ
*An.vr.* 572 quiſquam prius aſpexit, quam à M. Acilio Glabrione
*Liuius* 40. equeſtris patri poneretur in æde Pietatis: Eam autem æ-
*An.vr.*562. dem P. Cornelio Lentulo, & M. Bæbio Tamphilo coss.
ipſe dedicauit, quia pater compos voti factus, rege Antiocho apud Thermopylas ſuperato.

2. Ius ciuile per multa ſecula inter ſacra ceremoniaſque
*An.vr.* 449 deorum immortalium abditum ſoliſque pontificibus no-
*Liuius* 9. tum, Cn. Flauius libertino patre genitus, & ſcriba, cum
*Gell. lib.* 6. ingenti nobilitatis indignatione factus ædilis curuſis,
*cap.*9. vulgauit, ac faſtos pene toto foro expoſuit. Qui cum ad viſendum ægrum collegam ſuum veniret, neque à nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat completum, ſedendi loco reciperetur: ſellam curulem afferri iuſſit, & in ea honorum pariter atq; contemptus ſui vindex, conſedit.

3. Veneficii quæſtio & moribus, & legibus Romanis
*An.vr.* 422 ignota, complurium matronarum patefacto ſcelere orta
*Liuius* 8. eſt: Quæ cum viros ſuos clandeſtinis inſidiis veneno
*Oroſ.lib.* 3. perimerent, vnius ancillæ indicio protractæ; pars capi-
*cap.*10. tali iudicio damnatæ, centum ſeptuaginta numerum expleuerunt.

4. Tibicinum quoque collegium ſolet in foro vulgi
*An.vr.* 442 oculos in ſe conuertere, cum inter publicas priuataſque
*Liu.*9 *Ouid.* ferias, actiones, perſonis tecto capite, variaque veſte ve-
*Faſtor.* 6. latis, concentuſque edit. Inde tracta licentia. Quondam
*Plutarch.* vetiti in æde Iouis, quod priſco more factitauerant, veſci,
*Problem.* Tibur irati ſe contulerunt. Quorum miniſterio ſenatus deſerta



deſerta ſacra non æquo animo ferens, per legatos à Tiburtibus petiit, vt eos gratia ſua Romanis templis reſtituerent. Quos illi in propoſito perſeuerantes, interpoſita feſtæ epulationis ſimulatione, mero ſomnoque ſopitos, plauſtris in Vrbem deuehendos curauerunt: quibus & honos priſtinus reſtitutus, & huiuſce luſus ius eſt datum. Perſonarum vſus, pudorem circumuentæ temulentiæ cauſam habet

Fuit etiam illa ſimplicitas antiquorum in cibo capien- 5.
do, humanitatis ſimul & continentiæ certiſſima index.
Nam maximis viris prandere & cœnare in propatulo, ve- *Iuuen. Sat.* 1
recundiæ non erat: nec ſane vllas epulas habebant, quas *Quis fercula*
populi oculis ſubiicere erubeſcerent: Erant adeo conti- *ſeptem Se-*
nentiæ attenti, vt frequentior apud eos pultis vſus quam *creto cœna-*
panis eſſet. Ideoq; in ſacrificiis mola quæ vocabatur, ex *uit auus?*
farre & ſale conſtat: exta farre ſparguntur: & pullis, qui- *Plin.lib.* 18.
bus auſpicia petuntur, puls obiicitur: Primitus enim ex *cap.* 8.
libamentis victus ſui deos eo efficacius, quo ſimplicius placabant.

Et ceteros quidem ad benefaciendum venerabantur. 6.
Febrem autem ad minus nocendum, templis colebant; *Plin.li.*2. *c.*7
quorum adhuc vnum in Palatio, alterum in area Maria-
norum monumentorum, tertium in * ſumma parte Vici ** al.* in ſummo Vico longo.
longi extat. In eaque remedia, quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant, deferebantur. Hæc ad humanæ mentis æſtus leniendos cum aliqua vſus ratione excogitata, ceterum ſalubritatem ſuam induſtriæ certiſſimo ac fideliſſimo munimento tuebantur: bonæque valetudinis eorum quaſi quędam mater erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab immoderato Veneris vſu auerſa.

## CAPVT VI.

## DE EXTERNIS INSTITVTIS.

1 *Spartanorum frugalitas.*
2 *Mos militaris eorundem.*
3 *Athenienſiũ inſtitutũ cõtra otioſos & inertes.*
4 *Areopagus eorundem.*
5 *Honos virtutis apud eoſdẽ.*
6 *Ingratitudinis actio apud eoſdem.*
7 *Maſſilienſium inſtituta varia.*

8 *Ceiorum venenum publicum.*
9 *Maſſilienſium lex de aduenis armatis.*
10 *Gallorum mos in mutuo dando.*
11 *Cimbrorum Celtiberorumq; mos in adeundis prœliis.*
12 *Thracum opinio de vita calamitate.*
13 *Lyciorum luctus.*
14 *Indarum feminarum fidus amor erga maritos.*
15 *Pœnicarum feminarum proſtitutio.*
16 *Perſarum inſtitutum in educandis liberis.*
17 *Numidarum regum mos in auctoritate ſeruanda.*

1. IDem ſenſit proxima maiorum noſtrorum grauitati
*Cic. pro Flacco.* Spartana ciuitas: quæ ſeueriſſimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu ciuium ſuorum oculos à contemplanda Aſia retraxit; ne illecebris eius capti, ad delicatius
vitæ genus prolaberentur. Audierant enim lautitiam in- 1
de, & immodicos ſumptus, & omnia non neceſſariæ voluptatis genera fluxiſſe: primoſque Ionas vnguenti, coronarumque in conuiuio dandarum, & ſecundæ menſæ ponendæ conſuetudinem, haud parua luxuriæ irritamenta reperiſſe: Ac minime mirum eſt, quod homines labore ac patientia gaudentes, tenaciſſimos patriæ neruos, externarum deliciarum contagione ſolui & hebetari noluerunt: cum *aliquando faciliorem virtutis ad luxuri-*
*Æmil. Prob.* *am, quam luxuria ad virtutem tranſitum viderent*. Quod
*Thucyd. 1.* eos non fruſtra timuiſſe dux ipſorum Pauſanias patefe-
2. cit, qui maximis operibus editis, vt primum ſe Aſiæ mori-
*Thucyd. 5.* bus permiſit, fortitudinem ſuam effeminato eius cultu,
*Gell. lib. 1.* mollire non erubuit.
*cap. 11.* Eiuſdem ciuitatis exercitus non ante ad dimicandum
*Plutarch.* deſcendere ſolebant, quam tibiæ concentu, & anapæſti
*Lycurgo.* pedis modulo cohortationis calorem animo traxiſſent,
*Plutarch. in* vegeto & crebro ictus ſono ſtrenue hoſtem inuadere ad-
*inſtitutis* moniti. Iidem ad diſſimulandum & occultandum vulne-
*Lacon.* rum ſuorum cruorem Pœniceis in prelio tunicis vteban- 2
3. tur; non, ne ipſis aſpectus eius terrorem, ſed ne hoſtibus
*Stob. ſer. 42.* fiduciæ aliquid afferret.
*ex Nico. de* Egregios virtutis bellicæ ſpiritus Lacedæmonio-
*morib. gētiū.* rum, prudentiſſimi pacis moribus Athenienſes ſubſequuntur



quuntur: apud quos inertia è latebris ſuis, languore mar- *Iſocr. Areo-*
cens, in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur, *pag. Idem de*
fitque vt facinoroſæ, ita erubeſcendæ rea culpæ. *Sardu. Æ-*
Eſt & eiuſdem vrbis ſanctiſſimum conſilium Areo- *lian. Var.*
3 pagus, vbi quid quiſque Athenienſium ageret, aut quo *hiſt. 4.*
nam quæſtu ſuſtentaretur, diligentiſſime inquiri ſolebat, 4.
4 vt homines honeſtatem (vitæ rationem memores red- *Iſocr. Areo-*
dendam eſſe) ſequerentur. *pag.*
Eadem bonos ciues corona decorandi primo con- 5.
ſuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis *Cic. de opt.*
clarum Periclis cingendo caput. Probabile inſtitutū, rem, *genere orat.*
ſiue perſonam intueri velis. Nam & *virtutis vberrimum* *περὶ στεφαν.*
*alimentum eſt honos*; & Pericles dignus à quo talis mune- *Æſch. De-*
ris dandi poſteritas potiſſimum initium caperet. *moſth. Vl-*
Age quid illud inſtitutum Athenarum, quam memo- *pian.*
rabile? quod conuictus à patrono libertus ingratus iure 6.
libertatis exuitur. Superſedeo te, inquit, habere ciuem *Donat. And.*
tanti muneris impium æſtimatorem. Nec adduci poſſum *Ter. Tac. 13.*
vt credam vrbi vtilem, quem domui ſceleſtum cerno: abi *Plutarch.*
5 igitur & eſto ſeruus, quoniam liber eſſe neſciſti. *Solone.*
Inde Maſſilienſes quoque ad hoc tempus vſurpant 7.
diſciplinæ grauitatem, priſci moris obſeruantia, charitate populi Romani præcipue conſpicui; qui tres in eodem manumiſſiones reſcindi permittunt, ſi ter ab eodem deceptum dominum cognouerint. Quarto errori ſubueniendum non putant; quia ſua iam culpa iniuriam accepit, qui ei ſe totiens obiecit. Eadem ciuitas ſeueritatis cuſtos acerrima eſt. Nullum aditum in ſcenam Mimis dando, quorum argumenta maiore ex parte ſtuprorum continent actus, ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumat. omnibus autem, qui per aliquam religionis ſimulationem alimenta inertiæ quærunt, clauſas portas habet, & mendacem & fucoſam ſuperſtitionem ſubmouendam eſſe exiſtimans. Cæterum à condita Vrbe gladius eſt ibi, quo noxii iugulantur: rubigine quidem exeſus, & vix ſufficiens miniſterio, ſed index in minimis quoque rebus omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſeruanda.

Duæ etiam ante portas eorum arcæ iacent. altera, qua liberorum, altera, qua ſeruorum corpora ad ſepul-

turæ locum plauſtro deuehuntur. ſine lamentatione, ſi-
ne planctu luctus funeris die, domeſtico ſacrificio, adie- 6
ctoque neceſſariorum conuiuio, finitur. Etenim *quid at-*
*tinet, aut humano dolori indulgeri, aut diuino numini in-* 7
*uidiam fieri; quod immortalitatem ſuam nobiſcum partiri*
*noluerit?* Venenum cicuta temperatum in ea ciuitate pu-
blice cuſtoditur, quod datur ei, qui cauſas Sexcentis (id
enim Senatus eius nomen eſt) exhibuit, propter quas
mors ſit illi expetenda: Cognitione virili beneuolentia 7
temperata, quæ nec egredi vita temere patitur, & ſapien-
ter excedere cupienti celerem fati viam præbet; vt vel
aduerſa, vel proſpera nimis vſis fortuna (vtraque enim
finiendi ſpiritus, illa ne perſeueret, hæc ne deſtituat, ra-
tionem præbet) comprobato exitu terminetur.

8. Quam conſuetudinem Maſſilienſium non in Gal-
*Ælian. var.* lia ortam, ſed è Græcia tralatam inde exiſtimo, quod il- 9
*hiſt.*, *Strabo* lam etiam in inſula Ceo ſeruari animaduerti, quo tempo-
10. *Steph.* re Aſiam cum Sex. Pompeio petens, Iulida oppidum in-
*An. vr.* 771. traui. Forte enim euenit, vt tunc ſummæ dignitatis ibi
*circiter.* femina, ſed vltimæ iam ſenectutis, reddita ratione ciui-
bus cur excedere vita deberet, veneno conſumere ſe de-
ſtinarit, mortemque ſuam Pompeii præſentia clario-
rem fieri magni æſtimarit. Nec preces eius vir ille, vt
omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus
inſtructiſſimus, aſpernari ſuſtinuit. Venit itaque ad eam,
facundiſſimoque ſermone, qui ore eius quaſi è beato
quodam eloquentiæ fonte manabat, ab incepto conſi-
lio diu nequicquam reuocare conatus, ad vltimum pro-
poſitum exequi paſſus eſt, quæ nonageſimum annum
tranſgreſſa cum ſumma & animi & corporis ſinceritate,
lectulo quantum dignoſcere erat, quotidiana conſuetu-
dine cultius ſtrato recubans, & innixa cubito, Tibi qui-
dem, inquit Sex. Pompei dii magis, quos relinquo, quam 10
quos peto gratias referant: quia nec hortator vitæ meæ,
nec mortis ſpectator eſſe faſtidiſti. Cæterum ipſa hila-
rem Fortunæ vultum ſemper experta, ne auiditate lucis
triſtem intueri cogar; reliquias ſpiritus mei proſpero 11
fine, duas filias, & ſeptem nepotum gregem ſuperſtitem
relictura, permuto. Cohortata deinde ad concordiam
ſuos, diſtributo eis patrimonio, & cultu ſuo ſacriſque do-
mesticis



meſticis maiori filiæ traditis; poculum, in quo venenum
temperatum erat, conſtanti dextra arripuit. Tum defu-
ſis Mercurio delibamentis, & inuocato numine eius, vt
ſe placido itinere in meliorem ſedis infernæ deduceret
partem; cupido hauſtu mortiferam traxit potionem.
Ac ſermone ſignificans, quaſnam ſubinde partes corpo-
ris ſui rigor occuparet, cum iam viſceribus eum, & cordi
imminere eſſet locuta; filiarum manus ad ſupremum op-
primendorum oculorum officium aduocauit. Noſtros
autem, tametſi nouo ſpectaculo obſtupefacti erant, ſuf-
fuſos tamen lacrymis dimiſit.

Sed vt ad Maſſilienſium ciuitatem, vnde in hoc diuer- 9.
ticulum exceſſi, reuertar: intrare oppidum eorum nul-
li cum telo licet: præſtoque eſt, qui id cuſtodiæ gratia ac-
ceptum, exituro reddat, vt hoſpitia ſua, quemadmodum
aduenientibus humana ſunt, ita ipſis quoque tuta ſint.

Horum mœnia egreſſo vetus ille mos Gallorum oc- 10.
currit, quos memoria proditum eſt, pecunias mutuas,
quæ his apud inferos redderentur, dare ſolitos: quia per-
12 ſuaſum habuerunt, animas hominum immortales eſſe.
Dicerem ſtultos, niſi idem bracati ſenſiſſent, quod pallia-
tus Pythagoras credidit.

Auara & fœneratoria Gallorum philoſophia: A- 11.
lacris & fortis Cimbrorum, & Celtiberorum, qui in acie *Cic. Tuſcul.*
exultabant, tanquam glorioſe & feliciter vita exceſſuri: 2.
lamentabantur in morbo, quaſi turpiter & miſerabiliter
perituri. Celtiberi etiam nefas eſſe ducebant prœlio *Plutarch.*
ſupereſſe, cum is occidiſſet, pro cuius ſalute ſpiritum *Sertorio.*
deuouerant. Laudanda vtrorumque populorum ani-
mi præſtantia, quod & patriæ incolumitatem forti-
ter tueri, & fidem amicitiæ conſtanter præſtandam arbi-
trabantur.

Thraciæ vero illa natio merito ſibi ſapientiæ laudem 12.
vendicauerit, quæ natales hominum flebiliter, exequias *Herod.* 5.
13 cum hilaritate celebrans, ſine vllis doctorum præceptis, *Solin. c.* 15.
verum conditionis noſtræ habitum peruidit. Remouea-
14 tur itaque *naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ*
*multa & facere & pati turpiter cogit*; ſi eius aliquanto feli-
cior ac beatior finis reperietur.

QVOCIRCA recte Lycii, cum iis luctus incidit, 13.

*Plutarch.* muliebrem veſtem induunt: vt deformitate cultus com-
*conſolatoria.* moti,maturius ſtultum proiicere mœrorem velint.

14. Verum quid ego fortiſſimos hoc in genere pruden-
*Cic.Tuſc.55.* tiæ viros laudem? Reſpiciantur Indorum feminæ, quæ
*Solin. cap. 5.* cum more patrio complures eidem nuptæ eſſe ſoleant, mortuo marito, in certamen iudiciumque veniunt quam ex iis maxime dilexerit: Victrix gaudio exultans, deductaque à neceſſariis lætum præferens vultum, coniugis ſe flammis ſuperiacit, & cum eo tanquam feliciſſima crematur: ſuperatæ cum triſtitia, & mærore in vita remanent. Protrahe in medium Cimbricam audaciam, adiice Celtibericam fidem, iunge animoſam Thraciæ ſapientiam, annecte Lyciorum in luctibus abiiciendis callide quæſitam rationem: Indico tamen rogo nihil eorum præferes, quem vxoris pietas in modum genialis tori propinquæ mortis ſecura conſcendit.

15. Cui gloriæ Pœnicarum feminarum, vt ex compara- 15
*Iuſtin.* 18. tione turpius appareat, dedecus ſubnectam. Siccæ enim fanum eſt Veneris, in quod ſe matronæ conferebant; atque inde procedentes ad quæſtum, dotes, corporis iniuria contrahebant, honeſta nimirum tam inhoneſto vinculo coniugia iuncturæ.

16. Iam Perſarum admodum probabile inſtitutum fuit, 16
*Herodot.* 2. quod liberos ſuos non prius aſpiciebant, quam ſeptimum impleſſent annum, quo paruulorum amiſſionem æquiore animo ſuſtinerent.

17. Ne Numidiæ quidem reges vituperandi, qui more gentis ſuæ nulli mortalium oſculum ferebant. Quicquid enim in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuum eſſe conuenit.

## *CAPVT VII.*
## DE DISCIPLINA MILITARI.

Obſeruata à Romanis.

1 *P. Scipione Æmiliano Cos.*
2 *Q. Metello Numidico Cos.*
3 *P. Rupilio Cos.*
4 *C. Aurelio Cotta Cos.*
5 *Q. Fuluio Flacco Cenſ.*
6 *A. Poſtumio Tuberto dict. & T. Manlio Torquato Coſſ.*



7 *L. Quinctio Cincinnato dict.*
8 *L. Papirio Curſore dict.*
9 *L. Calpurnio Piſone Cos.*
10 *Q. Metello Macedonico procos.*
11 *Q. Fabio Max. Seruiliano procos.*
12 *P. Africano maiore procos.*
13 *P. Africano minore procos.*
14 *L. Æmilio Paullo procos.*
15 *Senatu Romano.*

EXTERNIS.

1 *Senatu Carthaginenſi.*
2 *Clearcho Spartanorum duce.*

VEnio nunc ad *præcipuum decus*, *&* *ſtabilimentum Rom. imperii*, ſalutari perſeuerantia ad hoc tempus ſincerum, & incolume ſeruatum, *militaris diſciplinæ tenaciſſimum vinculum*; *in cuius ſinu ac tutela ſerenus tranquilluſque beatæ pacis ſtatus acquieſcit.*

P. Cornelius Scipio, cui deleta Carthago auitum co- 1.
gnomen dedit, conſul in Hiſpaniam miſſus, vt inſolentiſſi- *An.vr.* 619.
mos Numantinæ vrbis ſpiritus, ſuperiorum ducum culpa *Liu.* 57.
nutritos, contunderet, eodem temporis momento, quo *Front.Strat.*
caſtra intrauit, edixit: vt omnia ex his quæ voluptatis *lib.* 4. *cap.* 1.
cauſſa comparata eſſent, auferrentur ac ſummoueren- *L.Florus* 2.
tur. Conſtat tum maximum inde inſtitorum, & lixarum *cap.* 18.
numerum cum duobus millibus ſcortorum abiiſſe. Hac turpi atque erubeſcenda ſentina vacuefactus noſter exercitus, qui paulo ante metu mortis, deformi ſe fœderis ictu maculauerat, erecta virtute, recreataque acrem illam & animoſam Numantiam incendiis exuſtam ruiniſque proſtratam ſolo æquauit. Itaque neglectæ diſciplinæ militaris indicium, Mancini miſerabilis deditio; ſeruatæ merces, ſpecioſiſſimus Scipionis triumphus extitit.

Eam ſectam Metellus ſecutus, cum exercitum in A- 2.
frica, Iugurthino bello nimia Sp. Albini indulgentia cor- *An.vr.* 644.
ruptum conſul accepiſſet: omnibus imperii neruis ad *Salluſt. Iu-*
reuocandam priſtinæ diſciplinam militiæ connîſus eſt. *gurt. Front.*
Nec ſingulas partes apprehendit, ſed totam continuo in *lib.* 4. *cap.* 1.
ſtatum ſuum redegit. Protinus nanque lixas è caſtris ſummouit, cibumque coctum venalem proponi vetuit: In agmine neminem militum miniſterio ſeruorum iumen-

torumque vt arma ſua, & alimenta ipſi ferrent, vti paſſus
*al.& ea eſt. Caſtrorum ſubinde locum mutauit: *eadem, tan-
quam Iugurtha ſemper adeſſet, vallo foſſaque aptiſſi-
me cinxit. Quid ergo reſtituta continentia, quid repe-
tita induſtria profecit? Crebras ſcilicet victorias, &
multa trophæa peperit ex eo hoſte, cuius tergum, ſub
ambitioſo imperatore, Romano militi videre non con-
tigerat.

3. Bene etiam illi diſciplinæ militari affuerunt, qui
neceſſitudinum perruptis vinculis, vltionem vindictam- 2
que læſæ cum ignominia domuum ſuarum exigere non
*An.vr.621.* dubitauerunt. Nam P. Rupilius conſul eo bello, quod
in Sicilia cum fugitiuis geſſit, Q. Fabium generum ſuum,
quia negligentia Taurominitanam arcem miſerat, pro-
uincia iuſſit decedere.

4. Iam C. Cotta P. Aurelium Pecuniolam ſanguine ſibi
*An.vr.501.* iunctū, quem obſidioni Liparitanæ ad auſpicia repetenda
*Front. lib. 4.* Meſſanam tranſiturus præfecerat, virgis cæſum, gregalis
*cap. 1.* militiæ munere inter pedites fungi coegit; quod eius culpa 3
agger incenſus & pene caſtra fuerant capta.

5. Q. etiam Fuluius Flaccus cenſor, Fuluium fratrem
*An.vr.579.* cohortem legionis, in qua trib. militum erat iniuſſu con-
*Liuius 41.* ſulis domum dimittere auſum, ſenatu mouit. Non digna 4
*Velleius.* exempla, quæ tam breuiter, niſi maioribus vrgeret refer-
*Front. 4. c. 1.* rentur. Quid enim tam difficile factu, quam copulato ſo-
*An.vr.573.* cietate generis & imaginum, deformem in patriam redi-
*Liuius 40.* tum indicere? aut communione nominis, ac familiæ vete-
ris propinquitatis ſerie cohærenti, virgarum contumelio-
ſa verbera adhibere? aut cenſorium ſupercilium aduerſus
fraternam charitatem diſtringere? Dentur hæc ſingula
quamuis claris ciuitatibus abunde tamen gloria diſcipli-
næ militaris inſtructæ videbuntur.

6. At noſtra vrbs, quæ omni genere mirificorum ex-
emplorum totum orbem terrarum repleuit, Imperato-
rum proprio ſanguine manantes ſecures (ne turbato mi-
litiæ ordine vindicta deeſſet) è caſtris publice ſpecioſas,
priuatim lugubres duplici vultu recepit: incerta gratu- 5
landi prius, an alloquendi officio fungeretur. Igitur ego
quoq; hæſitante animo vos bellicarum rerum ſeueriſſimi
cuſtodes, Poſtumi Tuberte, & Manli Torquate, memo-
ria ac



ria ac relatione complector; quia animaduerto fore vt
pondere laudis, quam meruiſtis, obrutus, magis imbecil-
litatem ingenii mei detegam; quam veſtram virtutem, *An.vr.322.*
ſicut par eſt, repræſentem. Tu nanque Poſtumi dicta- *Diod. Sicul*
tor, A. Poſtumium, quem ad generis penetraliumque ſa- *12. Gell. 17.*
crorum ſucceſſionem propagandam genueras; cuius in *c. vlt. Liu. 4.*
fantiæ blandimenta ſinu atque oſculis foueras; quem
puerum literis, quem iuuenem armis inſtruxeras; ſanctū,
fortem, amantem tui pariter ac patriæ; quia non tuo iuſ-
ſu, ſed ſua ſponte præſidio progreſſus, hoſtes fuderat, vi-
ctorem ſecuri feriri iuſſiſti; & ad hoc peragendum impe-
rium, paternæ vocis miniſterio ſufficere valuiſti. Nam
oculos tuos, certum ſcio, clariſſima in luce tenebris offu- *An. vr. 413.*
ſos, ingens animi opus intueri nequiuiſſe. Tu item Manli *Liuius 8.*
Torquate Latino bello conſul, filium, quod prouocatus à *Gell. & alii.*
Geminio Metio duce Tuſculanorum ad dimicandum te
ignaro deſcenderat, glorioſam victoriam & ſpecioſa ſpo-
lia referentem; abripi à lictore, & in modum hoſtiæ ma-
ctari iuſſiſti: *ſatius eſſe iudicans, patrem forti filio, quam
patriam militari diſciplina carere.*

Age, quanto ſpiritu putamus vſum L. Quinctium 7.
Cincinnatum dictatorem eo tempore quo deuictis Æ- *An. vr. 295.*
quis & ſub iugum miſſis, L. Minutium conſulatum depo- *Liuius 3.*
6 nere coegit, quod caſtra eiuſdem hoſtes obſederant? In- *Dionyſ. 10.*
dignum enim maximo imperio credidit, quem non ſua *& alii.*
virtus, ſed foſſa vallumque tutum præſtiterat: cuique ve-
recundiæ non fuerat, arma Romana metu trepida clauſis
portis contineri. Ergo imperioſiſſimi 12. *faſces, penes
quos ſenatus & equeſtris ordinis, & vniuerſæ plebis ſum-
mum decus erat, quorumque nutu Latium, ac totius Italiæ
vires regebantur,* contuſi atq; fracti dictatoriæ ſe animad-
uerſioni ſubſtrauerunt. Ac ne inulta foret læſa gloria
7 militaris, conſul delicti omnis vindex punitus eſt. His
(vt ita dicam) piaculis, Mars imperii noſtri pater, vbi ali-
qua ex parte à tuis auſpiciis degeneratum erat, numen
tuum propitiabatur: affinium & cognatorum & fra-
8 trum nota, filiorumque ſtrage; ignominioſa conſulum
eiuratione. 8.

Eivsdem ordinis eſt quod ſequitur. Papirius *An.vr.429.*
dictator, cum aduerſus imperium eius Q. Fabius Rullia- *Liu. 8. pul-*
*chre.*

nus magiſter equitum exercitum in aciem eduxiſſet,
quanquam fuſis Samnitibus in caſtra redierat, tamen
neque virtute eius, neque ſucceſſu, neque nobilitate mo-
tus, virgas expediri, cumque nudari iuſſit. O ſpectaculum
admirabile, & Rullianus, & magiſter equitum, & victor, 9
ſciſſa veſte, ſpoliatoque corpore, lictorum verberibus la-
cerandus: vt in acie exceptorum vulnerum nodoſis icti-
bus cruore renouato, victoriarum, quos modo ſpecioſiſ-
ſimos erat adeptus titulos, reſpergeret. Precibus deinde 10
ſuis exercitus occaſionem Fabio confugiendi in vrbem
dedit; vbi fruſtra ſenatus auxilium implorauit. Nihilo
minus enim Papirius in exigenda pœna perſeuerauit: ita-
que coactus eſt pater eius, poſt dictaturam, tertiumque
conſulatum, rem ad populum deuocare, auxiliumque
tribunorum plebis ſupplex pro filio petere. Neque hac
re ſeueritas Papirii refrenari potuit: cæterum, cum ab v-
niuerſis ciuibus, & ipſis tribunis plebis rogaretur; teſta-
tus eſt, non pænam illam ſe Fabio, ſed populo Roman. &
tribunitiæ concedere poteſtati. 11

9. L. Quoque Calpurnius Piſo conſul, cum in Si-
*An.vr.*620. cilia bellum aduerſus fugitiuos gereret, & C. Titius
*Front.*4.c.1. equitum præfectus, fugitiuorum multitudine circum-
uentus arma cum ſuis tradidiſſet; his præfectum ignomi- 12
niæ generibus affecit. Iuſſit eum toga laciniis abſciſis
**al.* decin- amictum, * diſcinctaque tunica indutum, nudis pedibus,
ctaque à mane in noctem vſque ad principia per omne tempus
militiæ adeſſe. Interdixit etiam ei conuictum hominum,
vſumque balnearum: turmaſque equitum, quibus præ-
fuerat, ademptis equis in funditorum alas tranſcripſit.
Magnum profecto dedecus patriæ magno Piſonis deco- 13
re vindicatum eſt: quoniam quidem id egerit, vt qui cu-
piditate vitæ adducti, cruce digniſſimis fugitiuis trophæa
de ſe ſtatuere conceſſerant, libertatique ſuæ ſeruili manu
10. flagitioſum imponi iugum non erubuerant: amarum lu-
*An.vr.* 611. cis vſum experirentur, mortemque quam effeminate ti-
*Velleius.* muerant, viriliter optarent.
*Front.*4.c.1. Nec minus Piſone acriter Q. Metellus: qui cum
*Auctor de* apud Contrebiam res gereretur, collocatas à ſe in qua-
*viris Illuſt.* dam ſtatione quinque cohortes, atque ex ea viribus ho-
*cap.*61. ſtium depulſas, repetere eandem ſtationem eueſtigio
iuſſit



iuſſit: non quod ſperaret ab iis amiſſum locum recupe-
rari poſſe, ſed vt præteritæ culpam pugnę, inſequentis
certaminis manifeſto periculo puniret. Edixit etiam, vt
ſi quis ex his fugiens caſtra petiiſſet, pro hoſte interficere-
tur. Qua ſeueritate compreſſi milites, corporibus fati-
gatis, & animis deſperatione vitæ implicatis, loci tamen
iniquitatem, multitudinemq; hoſtium ſuperarunt. Hu-
manæ igitur imbecillitatis efficaciſſimum duramentum
eſt neceſſitas.

In eadem prouincia Q. Fabius Max. ferociſſimæ 11.
gentis animos contundere & debilitare cupiens, man- *An.vr.*612.
ſuetiſſimum ingenium ſuum, ad tempus depoſita cle- *Front.*4.c.1.
14 mentia, ſæuiore vti ſeueritate coegit. Omnium enim *App. Iberic.*
qui ex præſidiis Romanis ad hoſtes transfugerant, ca-
ptique erant, manus abſcidit: vt trunca præ ſe brachia
geſtantes defectionis metum reliquis inicerent: Rebel-
les itaq; manus à corporibus ſuis diſtractæ, inq; cruenta-
to ſolo ſparſæ, ceteris, ne idem committere auderent, do-
cumento fuerunt.

Nihil mitius ſuperiore Africano: is tamen ad firman- 12.
dam diſciplinam militarem, aliquid ab alieniſſima ſibi
crudelitate amaritudinis mutuandum exiſtimauit. Siqui-
dem deuicta Carthagine, cũ omnes qui ex noſtris exerci- *An.vr.*552.
tibus ad Pœnos tranſierant, in ſuam poteſtatem redegiſ- *Liu.*30.*fine.*
ſet; grauius in Romanos, quam in Latinos trãsfugas ani-
maduertit. Hos enim tanquam patrię fugitiuos crucibus
affixit, illos tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit. Non
proſequar hoc factũ vlterius, & quia Scipionis eſt, & quia
Romano ſanguini, quamuis merito perpeſſo, ſeruile ſup-
pliciũ inſultare nõ attinet: cum præſertim tranſire ad ea
liceat quæ ſine domeſtico vulnere geſta narrari poſſunt.

Nam poſterior Africanus, euerſo Punico imperio, ex- 13.
terarum gentium transfugas, in edendis populo ſpecta- *An.vr.*607
culis, feris obiecit. *Liuius* 51.

Et L. Paullus Perſe rege ſuperato, eiuſdem generis 14.
& culpæ homines elephantis proterendos ſubſtrauit: *An.vr.*586
vtiliſſimo quidem exemplo, *ſi tamen acta excellentiſſi-
morum virorum humiliter æſtimare ſine inſolentiæ re-
prehenſione permittitur. Aſpero enim & abſciſo caſti-*
15 *gationis genere militaris diſciplina indiget: quia vires*

*armis conſtant, quæ vbi à recto tenore deſciuerunt, oppreſſu-*
*ra ſunt, niſi opprimantur.*
15. Sed tempus eſt eorum quoque mentionem fieri,
quæ iam non à ſingulis, verum ab vniuerſo ſenatu pro
*An.vr.* 541. militari more obtinendo, defendendoque adminiſtrata
*Liuius* 26. ſunt. L. Marcius tribunus militum, cùm reliquias duo-
rum exercituum P. & Cn. Scipionum, quos arma Pœno-
rum in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute
collegiſſet, earumque ſuffragiis dux eſſet creatus; ſena-
tui de rebus actis à ſe ſcribens, in hunc modum orſus
eſt: L. Marcius Propr. Cuius honoris vſurpatione vti
cum Patribus conſcriptis non placuit; *quia duces à populo*
*non à militibus creari ſolerent.* Quo tempore tam angu-
ſto, tamque graui, propter immane Reipub. damnum
etiam trib. militum adulandus erat, quoniam quidem
ad ſtatum totius ciuitatis corrigendum vnus ſuffecerat.
Sed *nulla clades, nullum meritum, valentius militari diſci-* 16
*plina apud ſenatum fuit:* ſuccurrebat enim quam animoſa
ſeueritate Tarentino bello maiores eorum vſi fuiſſent:
*An.vr.* 475. In quo quaſſatis & attritis Reipub. viribus, cum magnum
*Front.* 4. *c.* 1. captiuorum ciuium ſuorum numerum à Pyrrho rege
*Io. Zonaras.* vltro miſſum recepiſſent; decreuerunt vt ex iis qui equo
meruerant, peditum numero militarent: qui pedi-
tes fuerant, in funditorum auxilia tranſcriberentur: Ne-
ve quis eorum intra caſtra tenderet, neue locum extra
aſſignatum, vallo aut foſſa cingeret, neue tentorium ex
pellibus haberet: Recurſum autem iis ad priſtinum mi-
litiæ ordinem propoſuerunt, ſiquis bina ſpolia ex hoſti-
bus tuliſſet: Quibus ſuppliciis compreſſi, ex deformibus
Pyrrhi munuſculis, acerrimi hoſtes extiterunt. Parem
iram aduerſus illos ſenatus diſtrinxit, qui apud Cannas
*An.vr.* 537. Rempublicam deſeruerant. Nam cum eos grauitate de-
*Liu.* 22. creti vltra mortuorum conditionem relegaſſet, acceptis
*&* 23. à M. Marcello literis, vt eorum ſibi opera ad expugnati- 17
*An.vr.* 541. onem Syracuſarum vti liceret; reſcripſit indignos eſſe
*Liuius* 25. qui in caſtra reciperentur. Ceterum ſe ei permittere,
*Front.* 4. *c.* 1. vt faceret quod expedire Reipub. iudicaſſet, dum nequis
ex eis munere vacaret, aut dono militiæ donaretur, aut
in Italiam, donec hoſtes in ea eſſent, accederet. Sic ener-
ues animos odiſſe virtus ſolet. Age, quam grauiter
ſena-


ſenatus tulit, quod Q. Petillium conſulem fortiſſime ad- *An.vr.* 577
uerſus Ligures pugnantem occidere milites paſſi eſſent? *Front.* 4. *c.* 1.
Legioni enim neque ſtipendium anni procedere, neque
æra dari voluit; quia pro ſalute imperatoris, hoſtium te-
lis ſe non obtulerant. Idque decretum ampliſſimi ordi-
nis, ſpecioſum & æternum Petillii monumentum extitit,
ſub quo in acie, morte, in Curia vltione clari cineres e-
ius acquieſcunt. Conſimili animo, cum ei Annibal ſex *An.vr.* 537.
millium Romanorum, quæ capta in caſtris habebat, re- *Liuius* 22.
dimendorum poteſtatem feciſſet, conditionem ſpreuit;
memor tantam multitudinem armatorum iuuenum, ſi
honeſte mori voluiſſent, turpiter capi non potuiſſe.
Quorum neſcio vtrum maius dedecus fuerit, quod pa-
tria ſpei, an quod hoſtis metus nihil in his repoſuerit:
hæc pro ſe, ille ne aduerſus ſe dimicarent, parui penden-
18 do. Sed cum aliquoties ſenatus pro militari diſciplina ſe
ſeuerum exhibuerit, neſcio an tum præcipue, cum milites
qui Rhegium iniuſto bello occupauerant mortuoque *An.vr.* 482.
duce Iubellio, M. Cæſium ſcribam eius ſua ſponte im- *Liuius* 15.
peratorem delegerant, carcere incluſit, ac M. Fuluio Flac- *Polyb.* 1.
co Trib. Pl. denuntiante, ne in ciues Romanos aduerſus *Zonaras.*
morem maiorum animaduerteret, nihilominus propoſi-
tum executus eſt. Ceterum quo minore cum inuidia id
perageretur, quinquagenos per ſingulos dies virgis cæ-
ſos, ſecuri percuti iuſſit, eorumq; corpora ſepulturæ man-
19 dari, mortemq; lugeri vetuit.

### *Externa Exempla.*

Leniter hoc patres conſcripti, ſi Carthaginenſium
ſenatus in militiæ negotiis procurandis violentiam in- *Auctor de*
tueri velimus; à quo duces bella prauo conſilio gerentes, *viris Illuſt.*
etiam ſi proſpera fortuna ſubſecuta eſſet, cruci tamen *cap.* 38.
ſuffigebantur: quod bene geſſerant deorum immortaliũ
adiutorio: quod male commiſerant, ipſorum culpæ im-
putantes.
Clearchus vero Lacedæmoniorum dux egregio di- 2.
cto diſciplinam militiæ continebat, identidem exer- *Front.* 4. *c.* 1
citus ſui auribus inculcando, à militibus imperato-
rem potius, quam hoſtem metui debere. Quo aperte
denuntiabat futurum vt ſpiritum pœnæ impenderent,

quem pugnæ acceptum ferre dubitaſſent. Idque à duce præcipi non mirabantur, maternarum blanditiarum memores, quæ exituros eos ad prœliandum monebant, *vt aut viui cum armis in conſpectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domeſticos parietes accepto ſigno, Spartanæ acies dimicabant. Sed aliena proſpexiſſe tantummodo ſatis eſt, cum propriis multoque vberioribus, & felicioribus exemplis gloriari liceat.

* ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τὰν

---

## *CAPVT VIII.*
## DE IVRE TRIVMPHANDI.

1 *Leges duæ de triumpho.*
2 *C. Lutatii Cos. & Q. Valerii pr. altercationes de triumpho.*
3 *Cn. Fuluius Flaccus triumphum ſpernens.*
4 *Q. Fuluio, & L. Opimio cur negatus triũphus.*
5 *Cur item P. Scipioni maiori & M. Marcello.*
6 *Conuiuia triumphantium.*
7 *Qui ex ciuili victoria non triumpharunt.*

DIſciplina militaris acriter retenta, principatum Italiæ Romano imperio peperit, & multarum vrbium, magnorum Regum, validiſſimarum gentium regimen largita eſt, fauces Pontici ſinus patefecit, Alpium, Taurique montis conuulſa clauſtra tradidit, ortumque è paruula Romuli caſa totius terrarum orbis fecit columen. Ex cuius ſinu quoniam omnes triumphi manarunt, ſequitur vt de triumphandi iure dicere incipiam.

1. Ob leuia prælia quidam imperatores triumphos ſibi decerni deſiderabant: quibus vt occurreretur, lege cautum eſt, ne quis triumpharet, niſi qui quinque millia hoſtium vna acie cecidiſſet. *Non enim numero, ſed gloria triumphorum excelſius vrbis noſtræ futurum decus maiores exiſtimabant.* Cæterum ne tam præclara lex cupidi-
*An. vr. 691.* tate laureę obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta eſt,



eſt, quam L. Marius, & M. Cato Tribb pl. tulerunt. Pœnã enim imperatorib. minatur, qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum ciuium falſum numerum, literis ſenatui auſi eſſent referre. Iubetq; eos, cum primum Vrbem intraſſent, apud quæſtores vrbanos iurare, de vtroq; numero vere ab his ſenatui eſſe ſcriptum.

Poſt has leges iudicii illius tempeſtiua mentio introducetur, in quo de iure triumphandi inter clariſſimas 2.
perſonas & actum & excuſſum eſt. C. Lutatius conſul & *An. V. 512.*
Qu. Valerius Prætor circa Siciliam inſignem Pœnorum claſſem deleuerant, quo nomine Lutatio conſuli triumphum ſenatus decreuit. Cum autem Valerius ſibi eum quoq; decerni deſideraret; negauit id fieri oportere Lutatius, ne in honore triumphi minor poteſtas maiori æqua-
a retur: Pertinaciuſque progreſſa contentione, Valerius ſponſione Lutatium prouocauit, Ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa. Nec dubitauit reſtipulari Lutatius. Itaque iudex inter eos conuenit Atilius Calatinus, apud quem Valerius in hunc modum egit; conſulem ea pugna in lectica claudum iacuiſſe, ſe autem omnibus imperatoriis partibus functum. Tunc Calatinus, prius quam Lutatius cauſam ſuam ordiretur, Quæro, inquit, Valeri à te ſi dimicandum necne eſſet, contrariis inter vos ſententiis diſſediſſetis; vtrum quod conſul an quod prætor imperaſſet, maius habiturum fuerit momentum? Reſpondit Valerius non facere ſe controuerſiam quin priores partes conſulis eſſent futuræ. Age deinde, inquit Calatinus, ſi diuerſa auſpicia accepiſſetis, cuius magis auſpicio ſtare-
a tur? Item reſpondit Valerius, conſulis. At iudex Iam mehercule, inquit, cum de imperio & auſpicio, inter vos diſceptationem *ſuſceperim, & tu vtroque aduerſarium tuum ** al: ſuſcepetitis.*
ſuperiorem fuiſſe fatearis; nihil eſt quod vlterius dubitem. Itaque Lutati, quamuis adhuc tacueris, ſecundum te litem do. Mirifice iudex, quod in manifeſto negotio tempus teri paſſus nõ eſt. Probabilius Lutatius, quod ius am-
3 pliſſimi honoris conſtanter defendit. Et ne Valerius quidem improbe, quia fortis & proſperæ pugnæ vt non legitimum, ita ſe dignum præmium petiit.

Quid facias Cn. Fuluio Flacco, qui tam expetendum 3.
alis triumphi honorem, decretum ſibi à ſenatu ob res *An. V. 541.*
*Liuius 25.*

bene geſtas ſpreuit, ac repudiauit? Nimirum non plura
*An. V. 542.* præcerpens, quam acciderunt. Nam vt Vrbem intrauit,
*Liuius 26.* continuo ipſe quæſtione publica afflictus, exilio multa-
tus eſt: vt ſi quid religionis inſolentia commiſiſſet, pœna
expiaret.

4\. Sapientiores igitur Q. Fuluius, qui Capua capta,
*An. vrb 542* & L. Opimius, qui Fregellanis ad deditionem compul-
*An. V. 629.* ſis, triumphandi poteſtatem à ſenatu petierunt. Vterque
editis operibus magnificus, ſed neuter petitæ rei compos.
Non quidem inuidia Patrum conſcriptorum cui nunquam
aditum in Curia eſſe voluerunt: ſed ſumma diligentia ob-
ſeruandi iuris, quo cautum erat, vt pro aucto imperio,
* *al.* ob recuperata. non * pro recuperatis, quæ populi Romani fuiſſent, tri-
umphus decerneretur. Tantum enim intereſt adiicias a-
liquid, an detractum reſtituas; quantum diſtat beneficii
initium ab iniuriæ fine.

5\. Quinetiam ius de quo loquor, ſic cuſtoditum eſt, vt
*An. V. 547.* P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, M. Marcello ob ca-
*Liuius 28.* ptas Syracuſas triumphus non decerneretur; quod ad eas
*An. V. 542* res gerendas ſine vllo miſſi erant magiſtratu. Probentur
*Liuius 26.* nunc cuiuslibet gloriæ cupidi, qui ex deſertis montibus,
myoparonumque piraticis roſtris, laudis inopes, laureæ
*Laureolam in muſtaceo quærere.* ramulos feſtinabunda manu decerpſerunt. Carthaginis 4
imperio abrupta Hiſpania, & Siciliæ caput abſciſum Sy-
racuſæ, triumphales iungere currus nequiuerunt. Et qui-
bus viris? Scipioni & Marcello: quorum ipſa nomina in-
ſtar æterni ſunt triumphi. Sed clariſſimos ſolidæ veræque
virtutis auctores, humeris ſuis ſalutem patriæ geſtantes,
etſi coronatos intueri ſenatus cupiebat, iuſtiori tamen re-
ſeruandos laureæ putauit.

6\. His illud ſubnectam. Moris erat ab imperatore tri-
*Plutarch. Problem.* umphum ducturo, Coſſ. inuitari ad cœnam, deinde roga-
ri, vt venire ſuperſedeant; nequis eo die, quo ille trium-
pharit, maioris in eodem conuiuio ſit imperii.

7\. Verum quamuis quis præclaras res, maximeque v-
tiles Reip. ciuili bello geſſiſſet, Imperator tamen eo no-
mine appellatus non eſt, nec vllæ ſupplicationes decretæ
ſunt, neque aut ouans, aut curru triumphauit; quia vt
neceſſariæ iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatæ victoriæ
ſunt, vtpote non externo, ſed domeſtico partæ cruore.
Itaq;



Itaq; & Naſica Ti. Gracchi, & Opimius C. Gracchi fa- *An. V. 620.*
ctiones mæſti trucidarunt. Q. Catulus, M. Lepido colle- *& 632.*
ga ſuo cum omnibus ſeditioſis copiis extincto, tantũ mo- *Plutarch.*
5 deratum præ ſe ferens gaudium, in Vrbem reuertitur. *An. V. 676.*
C. etiam Antonius Catilinæ victor, abſterſos gladios in *Liuius 90.*
caſtra retulit. L. Cinna, & C. Marius hauſerant quidem a- *Plutarch.*
uidi ciuilem ſanguinem: ſed non protinus ad templa deo- *Pompeio.*
rum & aras tetenderunt. Item L. Sylla, qui plurima bella *An. V. 641.*
ciuilia confecit, cuius crudeliſſimi & inſolentiſſimi ſucceſ- *Saluſt. Plu.*
6 ſus fuerunt: cum conſummata potentia ſua triumphum *Cic. Dio. lib.*
duceret, vt Græciæ & Aſiæ multas vrbes, ita ciuium Ro. *37.*
nullum oppidum vexit. *An. V. 667.*
Piget, tædetq; per vulnera Reip. vlterius procedere. lau- *Plutar. Dio.*
ream nec ſenatus cuiquam dedit, nec quiſquam ſibi dari *App. Cicer.*
deſiderauit, ciuitatis parte lacrymante. Ceterum ad *Philip. 14.*
quercum pronæ manus porriguntur, vbi ob ciues ſerua- *An. V. 672.*
tos corona danda eſt; qua poſtes Auguſtæ domus ſempi- *Plut. Appia.*
terna gloria triumphant.

## CAPVT IX.

## DE CENSORIA SEVERITATE.

1 *M. Camilli & M. Poſtu-mii in cœlibes.*
2 *M. Valerii Max. & C. Iunii Bruti in L. Antonium.*
3 *M. Catonis in L. Flamininum.*
4 *C. Fabricii in P. Rufinũ.*
5 *M. Antonii & L. Flacci in M. Duronium.*
6 *C. Neronis & M. Salinatoris in ſe mutuo & populum Romanum.*
7 *M. Meſſalæ & P. Sempronii in quadringentos equites.*
8 *M. Reguli & P. Phili in reliquias Cannenſes.*
9 *Qui notati ad cenſuram poſtea peruenerunt.*

CAſtrenſis diſciplinæ tenaciſſimum vinculum, &
militaris rationis diligens obſeruatio, admonent me,
vt ad cenſuram pacis magiſtram cuſtodemque tranſgre-
diar. Nam vt opes pop. Rom. in tantam amplitudinem
imperatorum virtutibus exceſſerunt, ita probitas & conti-
nẽtia cenſorio ſupercilio examinata eſt. Opus effectu pa-

bellicis laudibus. *Quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi*
*domi male viuitur? Expugnentur licet vrbes, corripiantur*
*gentes, regnis iniiciantur manus, niſi foro & curiæ officium*
*ac verecundia ſua conſtiterit, partarum rerum æquatus cæ-*
*lo cumulus ſedem ſtabilem non habebit.* Ad rem igitur
pertinet noſſe, atque adeo recordari acta cenſoriæ pote-
ſtatis.

1. Camillus & Poſtumius cenſores, æra pœnæ nomine
*An. V. 301.* eos qui ad ſenectutem cœlibes peruenerant, in ærarium
*Plutarch.* deferre iuſſerunt: iterum puniri dignos, ſi quo modo de tã
*Camillo.* iuſta conſtitutione queri eſſent auſi: cum in hunc mo-
dum increparentur, Natura vobis quemadmodum na-
ſcendi, ita gignendi legem ſcribit, parenteſq; vos alendo,
nepotum nutriendorum debito (ſi quis eſt pudor) alliga-
uerunt. Accedit his, quod etiam fortuna longam præſtan- 1
di huiuſce muneris aduocationem eſtis aſſecuti; cum in-
terim conſumpti ſint anni veſtri, & mariti & patris nomi-
ne vacui. Ite igitur, & nodoſam exſoluite ſtipem vtilem
poſteritati numeroſæ.

2. Horum ſeueritatem M. Valerius Max. & C. Iunius
*An. V. 646* Bubulcus Brutus cenſores in conſimili genere animad-
uerſionis imitati, L. Antonium ſenatu mouerunt: quod
quam virginem in matrimonium duxerat, repudiaſſet,
nullo amicorum in conſilium adhibito. At hoc crimen
neſcio an ſuperiore maius: illo namque coniugalia ſacra
ſpreta tantum, hoc etiam iniurioſe tractata ſunt. Optimo
ergo iudicio cenſores indignum eum aditu Curiæ exiſti-
mauerunt.

3. Sic M. Portius Cato L. Flaminium è numero ſenato- 2
*An. V. 569.* rum ſuſtulit, quia in prouincia quendam damnatum ſecu-
*Liuius 39.* ri percuſſerat, tempore ſupplicii ad arbitrium & ſpecta-
*Plutarch.* culum mulierculæ, cuius amore tenebatur, electo. Et
*Catone &* poterat inhiberi reſpectu conſulatus, quem is geſſerat, at- 3
*Quinctio.* que auctoritate fratris eius v. c. T. Flaminini: ſed & cen-
ſor, & Cato duplex ſeueritatis exemplum, eo magis il-
lum notandum ſtatuit; quod ampliſſimi honoris ma- 4
ieſtatem tam tetro facinore inquinauerat: nec penſi du-
xerat, iiſdem imaginibus adſcribi, meretricis oculos hu-
mano ſanguine delectatos, & regis Philippi ſupplices ma-
nus.

Quid



Quid de Fabricii Luſcini cenſura loquar? narrauit o- 4.
mnis ætas, & deinceps narrabit, ab eo Cornelium Rufi- *An. V. 478*
num duobus conſulatibus, & dictatura ſpecioſiſſime fun- *Liuius 14.*
ctum, quod decem pondo vaſa argentea comparaſſet; per- *Plutarch.*
inde ac malo exemplo luxurioſum, in ordine ſenatorio re- *Sylla Gellius*
tentum non eſſe. Ipſæ medius fidius mihi literæ ſeculi no- *Saluianus*
ſtri obſtupeſcere videntur, cum ad tantam ſeueritatem re- *lib. 1. de gub.*
ferendam miniſterium accommodare coguntur; ac vere- *Dei.*
ri ne non noſtræ vrbis acta commemorare exiſtimentur.
Vix enim credibile eſt intra idem pomerium decem pon-
do argenti, & inuidioſum fuiſſe cenſum & inopiam haberi
contemptiſſimam.

M. autem Antonius, & L. Flaccus cenſores Duronium 5.
ſenatu mouerunt, quod legem de coercendis conuiuio- *An. V. 656.*
rum ſumptibus latam tribunus pleb. abrogauerat, mirifi-
ca notæ cauſa. Quam enim impudenter Duronius Ro- *An. V. 654.*
ſtra conſcendit, illa dicturus, Freni ſunt iniecti vobis Qui-
rites nullo modo perpetiendi; alligati & conſtricti eſtis a-
maro vinculo ſeruitutis: Lex enim lata eſt, quæ vos eſſe
frugi iubet: abrogemus igitur iſtud horridæ vetuſtatis ru-
bigine obſitum imperium. Etenim quid opus libertate,
ſi volentibus luxu perire non licet?

Age, par proferamus æquali iugo virtutis, honorum- 6.
que ſocietate iunctum, inſtrictum autem æmulationis ha- *An. V. 549.*
5 mo diſſidens. Claudius Nero, Liuiuſque Salina or ſecun- *Liu. 2... Au-*
di Punici belli temporibus firmiſſima Reipub. latera, quã *ctor de viris*
deſtrictam ſimul egerunt cenſuram? Nam cum equi- *Illuſt. c. 50.*
tum centurias recognoſcerent & ipſi propter robur æta-
tis etiamnum eorum eſſent è numero, vt est ad Pollia-
ventum tribum, præco lecto nomine Salinatoris, citan-
6 dum necne ſibi eſſet, hæſitauit: Quod vbi intellexit Ne-
ro & citari collegam, & equum vendere iuſſit, quia popu-
li iudicio damnatus eſſet. Salinator quoque eadem anim-
aduerſione Neronem perſecutus eſt, adiecta cauſa, quod *Adulatur*
non ſincera fide ſecum in gratiam rediiſſet. Quibus viris *Tiberio: vide*
ſiquis cæleſtium ſignificaſſet futurum, vt eorum ſanguis *Suet. Tib.*
illuſtrium imaginum ſerie deductus, in ortum ſaluta-
ris principis noſtri conflueret, depoſitis inimicitiis, ar-
ctiſſimo ſe amicitiæ fœdere iunxiſſent, ſeruatam ab i-
pſis patriam communi ſtirpi ſeruandam relicturi. Sa-

linator vero quatuor & triginta tribus inter ærarios referre non dubitauit; quod cum ſe damnaſſent, poſtea conſulem atque cenſorem feciſſent: prætexuitque cauſam, quia neceſſe eſſet eas alterutro facto, crimine temeritatis vel periurii teneri. Vnam tantummodo tribum Mæciam vacuam nota reliquit; quæ eum ſuffragiis ſuis, vt nō damnatione, ita ne honore quidem dignum iudicauerat. Quā conſtantis, & prævalidi illum putamus ingenii fuiſſe; qui neque triſti iudiciorum exitu compelli, neque honorum magnitudine adduci potuit, quo ſe blandiorem in adminiſtratione Reip. gereret?

7 *An. vrb.* 501 *Front.* 4. c. 1. *Liuius* 18. * N V. vt ſit prænomen Manius.

Equeſtris quoque ordinis bona magnaq; pars quadringenti iuuenes, cenſoriam notam patiente animo ſuſtinuerunt, quos * N V. Valerius, & P. Sempronius quia in Sicilia ad munitionem opus explicandum ire iuſſi, facere id neglexerant; equis publicis ſpoliatos, in numerum ærariorum retulerunt.

8. *An vrb.* 539 *Liuius* 24.

Turpis etiam metus cenſores ſumma cum ſeueritate pœnam exegerunt. M. enim Atilius Regulus, & P. Furius Philus. L. Metellum quæſtorem, compluresque equites Romanos, qui poſt infeliciter commiſſam Cannenſem pugnam cum eo abituros ſe Italia iurauerant, direptis equis publicis, inter ærarios referendos curauerunt. Eosq; graui nota affecerunt, qui cum in poteſtatem Annibalis veniſſent, legati ab eo ad ſenatum miſſi de permutandis captiuis, neque impetraſſent quod petebant, in vrbe manſerunt: Quia & Romano ſanguini fidem præſtare conueniens erat; & M. Attilius Regulus cenſor perfidiam notabat; cuius pater per ſummos cruciatus expirare, quam fallere Carthaginienſes ſatius eſſe duxerat. Iam hæc cenſura ex foro in caſtra tranſcendit, quæ neq; timeri, neq; decipi voluit hoſtem.

9. *An. V.* 638. *Cic. pro Cluent.*

Sequuntur duo eiuſdem generis exempla, eaq; adieciſſe ſatis erit. C. Geta, cum à L. Metello, & Cn. Domitio cenſoribus ſenatu motus eſſet, poſtea cenſor factus eſt.

*An. V.* 645. *Frōt. aquæd.* *An. V.* 599. *Cic. pro Cluent.*

Item M. Valerius Meſſalla cenſoria nota perſtrictus, cenſoria poſtmodum poteſtate imperauit: Quorum ignominia virtutem acuit: rubore enim eius excitati, omnibus viribus incubuerunt, vt digni ciuibus viderentur, quibus dari potius, quam obiici cenſura deberet.

CAP.



*CAPVT X.*

## DE MAIESTATE.

Romanorum.

1 *Q. Metelli Numidici apud iudices.*
2 *P. Africani maioris apud Antiochum regem & exteros.*
3 *L. Aemilii Paulli apud Macedonas.*
4 *P. Africani minoris apud Maſſaniſam & Pœnos.*
5 *P. Rutilii exulis apud Aſiæ ciuitates.*
6 *C. Marii proſcripti apud Minturnenſes.*
7 *M. Catonis Vticenſis apud ſenatum.*
8 *Eiuſdem apud populum Rom.*

Externorum.

1 *Harmodii & Ariſtogitonis apud Xerxem regem.*
2 *Xenocratis apud Athenienſes.*

EST & illa quaſi priuata cenſura maieſtas clarorum virorum ſine tribunalium faſtigio, ſine apparitorum miniſterio, potens in ſua amplitudine obtinenda. Grato enim & iucundo introitu animis hominum illabitur admirationis prætextu velata: quam recte quis dixerit, longum & beatum honorem eſſe ſine * honore. *al. onere.

1. *An. V.* 641. *Cic. pro Balbo. & ad Attic.* 1.

Nam quid plus honoris tribui potuit conſuli quam eſt datum reo Metello? qui cum cauſam repetundarum diceret, tabulæque eius ab accuſatore expoſtulatæ; & ad nomen inſpiciendum circa iudicium ferrentur; totum concilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de aliqua re, quæ in his relata erat, videretur dubitaſſe. Non in tabulis, ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincere adminiſtratæ prouinciæ legenda ſibi iudices crediderunt: indignum rati integritatem tanti viri exigua cera, & paucis literis * perpendi. *al. perdi.

2. *An. vrb.* 563 *Liu.* 37. *Ap. Syriaca.*

Sed quid mirum, ſi debitus honos à ciuibus Metello tributus eſt, quem ſuperiori Africano etiam hoſtis præſtare non dubitauit? Siquidem rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium eius à militibus ſuis interceptum, honoratiſſime excepit, regiiſque muneribus donatum, vltro & celeriter patri remiſit: quanquam ab eo tum maxime finibus imperii pellebatur. Sed

& rex laceſſitus, maieſtatem excellentiſſimi viri venerari,
*An.V. 666.* quam dolorem ſuum vlciſci maluit. Ad Africanum eun- 1
*Plutarch.* dem in Literntina villa ſe tenentem, complures prædonũ
duces videndum eodem tempore forte confluxerãt. Quos
cum ad vim faciendam venire exiſtimaſſet, præſidium
domeſticorum in tecto collocauit, eratque in his repel-
lendis & animo & apparatu occupatus. Quod vt prædo-
nes animaduerterunt, dimiſſis militibus abiectiſq; armis,
ianuæ appropinquant, clara voce nunciantes: non vi- 2
tæ eius hoſtes, ſed virtutis admiratores veniſſe: conſpe-
ctum & congreſſum tanti viri quaſi cæleſte aliquod be-
neficium expetentes. Proinde ſecurum ſe ſpectandum 3
præbere ne grauaretur. Hæc poſtquam domeſtici Sci-
pioni retulerunt, fores reſerari, eoſque intromitti iuſſit:
qui poſtes ianuæ tanquam aliquam religioſiſſimam arã,
ſanctumque templum venerati cupide Scipionis dexte-
ram apprehenderunt; ac diu deoſculati, poſitis ante veſti-
bulum donis, quæ deorum immortalium numini conſe-
crari ſolent, læti quod Scipionem vidiſſe contigiſſet, ad la- 4
res reuerterunt. Quid hoc fructu maieſtatis excelſius?
quid etiam iucundius? Hoſtis iram admiratione ſui pla-
cauit: ſpectaculo præſentiæ ſuæ latronum geſtiẽtes oculos
*al. vidit.* * obſtupefecit. Delapſa cælo ſidera hominibus ſi ſe offe-
rant, venerationis amplius non recipient.

3. Et hæc quidem viuo Scipioni: illud autem Aemilio 5
*An. vrb. 593* Paullo exanimi contigit. Nam cum exequiæ eius cele-
*Plutarch.* brarentur, ac forte tunc principes Macedoniæ legationis
nomine Romæ morarentur funebri lecto ſponte ſua ſeſe
ſubiecerunt. Quod aliquanto maius videbitur, ſi quis co-
gnoſcat lecti illius frontem Macedonicis triumphis fuiſ-
ſe adornatam. Quantum enim Paullo tribuerunt, pro-
pter quem gentis ſuæ cladium indicia per ora vulgi ferre
non exhorruerunt? quod ſpectaculum funeri ſpeciem al-
terius triumphi adiecit. Bis enim te Paulle Macedonia vr-
bi noſtræ illuſtrem oſtendit: incolumem, ſpoliis ſuis: fato
functum, humeris.

4. Ne Filii quidem tui Scipionis Aemiliani quem in
adoptionem dando, duarum familiarum ornamentum
eſſe voluiſti, maieſtati parum honoris tributum eſt: eum 6
enim adoleſcentem admodum à Lucullo conſule peten-
di au-



di auxilii gratia ex Hiſpania in Africam miſſum, Cartha- *An.V. 602.*
ginenſes & Maſſaniſa Rex de pace diſceptatorem, velut *App. Libyca*
conſulem & imperatorem habuerunt. Ignara quidem fa-
torum ſuorum Carthago: Orientis enim illud iuuentæ
decus, deorum atq; hominum indulgentia, ad excidium
eius alebatur: vt ſuperius cognomen Africanum capta,
poſterius euerſa Corneliæ genti daret.

Quid *damnatione, quid exilio miſerius*? At P. Ruti- 5.
lio conſpiratione publicanorum perculſo, auctoritatem *An.V. 660.*
adimere non valuerunt. Cui Aſiam petenti omnes pro- *Liu. 50. Se-*
uinciæ illius ciuitates legatos ſeceſſum eius operientes *nec. epiſt. 82.*
obuiam miſerunt. Exulare aliquis hoc loco an triumpha-
re iuſtius dixerit?

C. etiam Marius in profundum vltimarum miſeria- 6.
rum abiectus, ex ipſo vitæ diſcrimine, beneficio maieſta- *An.V. 665.*
tis emerſit. Miſſus enim ad eum occidendum in priuata *Plut. App.*
domo Minturnis clauſum ſeruus publicus, natione Cim- *Ciuil.*
ber; & ſenem, & inermem, & ſqualore obſitum, ſtrictum
gladium tenens aggredi non ſuſtinuit: ſed claritate viri
occæcatus, abiecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit.
Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis perſtrin-
xit: deuictæq; ſuæ gentis interitus animum comminuit:
etiam diis immortalibus indignum ratis, ab vno eius na-
tionis interfici Marium, quam totam deleuerat. Mintur-
nenſes autem maieſtate illius capti, compreſſum iam &
7 conſtrictum dira fati neceſſitate, incolumem præſtiterũt:
nec fuit his timori aſperrima Syllæ victoria, ne in eos cõ-
ſeruationem Marii vlciſceretur, cum præſertim ipſe Ma-
rius eos à conſeruando Mario abſterrere poſſet.

M. Quoque Portium Catonem admiratio fortis & 7.
ſinceræ vitæ adeo admirabilem ſenatui fecit, vt cum inui-
to C. Cæſare conſule aduerſus publicanos dicendo in cu-
ria diem extraheret, & ob id eius iuſſu à lictore in carce- *An.V. 694.*
rem duceretur, vniuerſus ſenatus illum ſequi non dubita- *Plutarch.*
ret: quæ res diuini animi perſeuerantiam flexit. *Gell. 4. c. 10*

Eodem Ludos Florales, quos Meſſius ædilis faciebat, 8.
ſpectante, populus, vt Mimæ nudarentur, poſtulare cru- *An.V. 698.*
8 buit: quod cum ex Fauonio amiciſſimo ſibi vna ſedente *Senec. ep. 98.*
cognouiſſet, diſceſſit è theatro, ne præſentia ſua ſpectacu- *Martialis*
li conſuetudinem impediret: Quem abeuntem ingenti *lib. 1.*

plauſu populus proſecutus, priſcum morem iocorum in
ſcenam reuocauit, confeſſus plus ſe maieſtatis vni tribue-
re, quam vniuerſo ſibi vindicare. Quibus opibus, quibus
imperiis, quibus triumphis hoc datum eſt? exiguum viri
patrimonium, aſtricti continentia mores, modicæ clien-
telæ, domus ambitioni clauſa; paterni generis vna imago,
minime blanda frons; ſed omnibus numeris perfecta
virtus. Quæ quidem effecit, vt quiſquis ſanctum & egre- 2
gium ciuem ſignificare velit, ſub nomine Catonis defi-
niat.

## EXTERNA.

1. Dandum eſt aliquid loci etiam alienigenis exemplis:
*Thucyd. 6.* vt domeſticis aſperſa, varietate ipſa delectent. Harmodii,
& Ariſtogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati
ſunt, effigies æneas Xerxes ea vrbe deuicta in regnum
*Plin. 34. c. 8.* ſuum tranſtulit: longo deinde interiecto tempore, Seleu-
cus in priſtinam ſedem reportandas curauit: Rhodii quo-
que eas vrbi ſuæ appulſas, cum in hoſpitium publice in-
uitaſſent, ſacris etiam puluinaribus collocauerunt. Nihil
hac memoria felicius, quæ tantum venerationis in tam
paruulo ære poſſedit.

2. Quantum porro honoris Athenis Xenocrati ſapien-
*Cic. pro Bal-* tia pariter ac ſanctitate claro tributum eſt? Qui cum te-
*bo. Diog.* ſtimonium dicere coactus ad aram acceſſiſſet, vt more ci-
*Laert.* uitatis iuraret omnia ſe vere retuliſſe: vniuerſi iudices cō-
ſurrexerunt, proclamaruntque ne iuſiurandum diceret:
Quodq; ſibimetipſis poſtmodum dicendæ ſententię
loco remiſſuri non erant, ſinceritati eius
concedendum exiſtima-
runt.

VALE-



# VALERII MAXIMI LIBER TERTIVS.

## CAPVT I.

## DE INDOLE.

Cuius exempla ſunt Rom.
1 *Æmilii Lepidi pueri.*
2 *M. Catonis Vticenſis.*
3 *C. Caſſii Longini.*
Externum vnum.
1 *Alcibiadis Athenienſis.*

ATTINGAM nunc quaſi cunabula 1.
quædam & elementa virtutis: animi- *Simile quid*
1 que procedente tempore ad ſummum *refert Ma-*
gloriæ culmen peruenturi, certo cum *crob. Sat. 1.*
indolis experimento, datos guſtus refe- *de Tarqu.*
ram. *Priſci regis*
Aemilius Lepidus puer etiam tum progreſſus in a- *filio.*
ciem, hoſtem interemit, ciuem ſeruauit: cuius tam memo-
rabilis operis index eſt in Capitolio ſtatua bullata, & in-
cincta prætexta S.C poſita. *Iniquum enim putauit, eum
honori nondum tempeſtiuum videri qui iam virtuti matu-
rus fuiſſet.* Præcurrit igitur Lepidus ætatis ſtabilimen-
tum fortiter faciendi celeritate; duplicemque laudem è
prœlio retulit, cuius eum vix ſpectatorem anni eſſe patie-
bantur. Arma enim infeſta, & diſtricti gladii, & diſcurſus
telorum, & aduentantis equitatus fragor, & concurren-
tium exercituum impetus, iuuenibus quoq; aliquantum
terroris incutit. Inter quæ Aemiliæ gentis pueritia coro-
nam mereri, ſpolia rapere valuit. 2.
Hic ſpiritus ne M. quidem Catonis pueritiæ defuit. *An. V. 662.*
Nam cum in domo M. Druſi auunculi ſui educaretur, *Plutarch.*
& ad eum Trib. plebis Latini de ciuitate impetranda *Platone.*
conueniſſent, à Q. Poppedio Latinorum principe, Druſi

autem hoſpite rogatus, vt ſocios apud auunculum adiuuaret; conſtanti vultu non facturum ſe reſpondit. Iterum deinde, ac ſæpius interpellatus, in propoſito perſtitit. Tūc 2 Poppedius in excelſam ædium partem leuatum, abiecturum inde ſe, niſi precibus obtemperaret minatus eſt: nec hac re ab incepto moueri potuit. Expreſſa eſt itaque illa vox hominum, Gratulemur nobis Latini & ſocii, hunc eſſe tam paruum; quo ſenatore ne ſperare quidem nobis ciuitatem licuiſſet. Tenero ergo animo Cato totius Curiæ grauitatem percepit, perſeuerantiaque ſua Latinos iura noſtræ ciuitatis apprehendere cupientes repulit.

An. V. 671. Plutar.

Idem cum ſalutandi gratia prætextatus ad Syllam veniſſet, & capita proſcriptorum in atrium allata vidiſſet; atrocitate rei commotus pædagogum ſuum Sarpedonem nomine interrogauit, quapropter nemo inueniretur qui tam crudelem tyrannum occideret: Cumque is, non voluntatem hominibus, ſed facultatem deeſſe, quod * ſalus eius magno militum præſidio cuſtodiretur, reſpōdiſſet: vt ferrum ſibi daretur, obſecrauit, affirmando perfacile ſe eum interfecturum, quod in lecto illius conſidere ſoleret. Pædagogus & animum Catonis agnouit, & propoſitum exhorruit, eumque poſtea ad Syllam excuſſum ſemper adduxit. Nihil hoc admirabilius. Puer in officina crudelitatis deprehenſus, victorem non extimuit; tum maxime conſules, municipia, Legiones, Equeſtris ordinis maiorem partem trucidantem: Ipſum Marium ſi quis eo loci ſtatuiſſet, celerius aliquid de fuga ſua, quam de Syllæ nece cogitaſſet.

* al. Sylla.

3. An. vrb. 678 circiter. Plutarc. Bruto.

Cuius filium Fauſtum C. Caſſius condiſcipulum ſuum in ſchola proſcriptionem paternam laudantem ipſumque, cum per ætatem potuiſſet, idem facturum minitantem, colapho percuſſit. Dignam manum, quæ publico parricidio ſe non contaminaret.

## EXTERNA.

1. Plutarch.

Et vt à Græcis aliquid, Alcibiades ille, cuius neſcio vtrum bona, an vitia patriæ perniciosiora fuerint; illis enim ciues ſuos decepit, his afflixit: cum adhuc puer ad Periclem auunculum ſuum veniſſet, eumq; ſecreto triſtem ſeden-



ſedentem vidiſſet, interrogauit, quid ita tantam in vultu confuſionem gereret: At illo dicente mandato ſe ciuitatis Propylæa Mineruæ, quæ ſunt ianuæ arcis, ædificaſſe, conſumptaque in id opus ingenti pecunia, non inuenire quo pacto miniſterii rationem redderet, atque ideo conflictari. Ergo, inquit, quære potius quemadmodum rationem non reddas. Itaq; vir ampliſſimus atque prudentiſſimus, ſuo conſilio defectus, puerili vſus eſt, atque id egit vt Athenienſes finitimo implicati bello rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenæ vtrum Alcibiadem lamententur, an glorientur: quoniam adhuc inter execrationem hominis & admirationem, dubio mentis iudicio fluctuantur.

## CAPVT II.

## DE FORTITVDINE.

Cuius Exempla Rom. ſunt.

1 *M. Horatius Cocles.*
2 *Clœlia virgo.*
3 *Romulus.*
4 *A. Cornelius Coſſus.*
5 *M. Marcellus.*
6 *Duellorum victores T. Manlius Torquatus, M. Valerius Coruus, & P. Scipio Aemilianus.*
7 *C. Atilius.*
8 *Equites Rom. in prælio ad Vetraginem.*
9 *Iidem in prœlio contra Samnites.*
10 *Milites Ro. in retinenda claſſe Punica.*
11 *Miles Rom. in prœlio Cannenſi.*
12 *P. Licinius Craſſus procos.*
13 *Q. Metellus Scipio procos.*
14 *M. Cato Vticenſis.*
15 *Porcia M. F. M. Bruti.*
16 *M. Cato maioris Catonis filius.*
17 *P. Scipio Naſica.*
18 *M. Æmilius Scaurus.*
19 *C. Iulius Cæſar procos.*
20 *Tres milites, Vibius Accius, Valerius Flaccus, V. Pedanius.*
21 *Q. Cotius Achilles.*
22 *C. Atilius.*
23 *M. Cæſius Scæua.*
24 *L. Sicinius Dentatus.*

Externa.

1 *T. Iubellius Campanus.*
2 *Gebrias Perſa.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3 | *Leonidas Spartanus.* | 7 | *Theogenes Numãtinus.* |
| 4 | *Othryadas Spartanus.* | 8 | *Aſdrubalis Pœni uxor.* |
| 5 | *Epaminondas Thebanus.* | 9 | *Harmonia, Gelonis regis* |
| 6 | *Theramenes Athenienſis.* | | *filia.* |

NOS quia iam initia, procurſuſque virtutis patefecimus, actum ipſum perſequemur; cuius ponderoſiſſima vis, & efficaciſſimi lacerti, in fortitudine conſiſtunt. Nec præterit me conditor Vrbis noſtræ Romulæ, principatum tibi hoc in genere laudis aſſignari oportere. Sed patere, obſecro, vno te præcurri exemplo, cui & ipſe aliquantum honoris debes: quia beneficio illius effectum eſt, ne tam præclarum opus tuum Roma dilaberetur.

1. Etruſcis in vrbem ponte Sublicio irrumpentibus, Ho-
*An. V.* 245. ratius Cocles extremam eius partem occupauit: totum-
*Liuius* 2. que hoſtium agmen, donec poſt tergum ſuum pone ab-
*Dionyſ.* 5. rumperetur, infatigabili pugna ſuſtinuit. Atque, vt patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus ſe in Tiberim miſit: cuius fortitudinem dij immortales admirati, incolumitatem ſinceram ei præſtiterunt. Nam neque altitudine deiectus, quaſſatuſue, neque pondere armorum preſſus, nec vllo verticis circuitu actus, nec telis quidem, quæ vndique congerebantur, læſus, tutum natandi euentum habuit. Vnus itaque tot ciuium, tot hoſtium in ſe oculos conuertit, ſtupentes illos admiratione, hos inter lætitiam & metum hæſitantes: vnuſq; duos acerrima pugna conſertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnando, diſtraxit. Denique vnus vrbi noſtræ tantum ſcuto ſuo, quantum Tiberis alueo, munimenti attulit: Quapropter diſcedentes Etruſci dicere potuerunt: Romanos vicimus, ab Horatio victi ſumus.

2. Immemorem me propoſiti mei Clœlia pene fa-
*Ann. V.* 245 cit. ea enim enim tempeſtate, [illegible] aduerſus eundem
*Liuius* 2. hoſtem & in eodem Tiberi inclytum auſa facinus. In-
*Plutar.* *Po-* ter ceteras enim virgines obſes hoſti Porſenæ data, no-
*plic. Dio.* 5. cturno tempore cuſtodiam egreſſa, equum conſcendit,
celerique traiectu fluminis, non ſolum obſidione, ſed et 1
iam metu patriam puella ſoluit, viris lumen virtutis præ-
3. ferendo.

*An. V.* 4. Redeo nunc ad Romulum, qui ab Acrone Cæninen-
*Liuius* 1.

ſium



ſium rege ad dimicandum prouocatus, quanquam & nu- *Plutarch.*
mero, & fortitudine militum ſuperiorem ſe crederet, tu- *Dionyſ.* 2.
tiuſque erat toto cum exercitu, quam ſolum in aciem de- *Propert. li.* 4
ſcendere, ſua potiſſimum dextra omen victoriæ * rapuit: * *al.* corri-
nec incepto eius fortuna defuit. Occiſo enim Acrone, fu- puit.
ſiſq; hoſtibus, opima de eo ſpolia Ioui Feretrio retulit. Hactenus iſtud: quia *publica religione conſecrata virtus, nulla priuata laudatione indiget.*

A Romulo proximus Cornelius Coſſus, eidem deo 4.
ſpolia conſecrauit, cum magiſter equitum ducem Fidena- *An. V.* 325.
tium in acie congreſſus interemiſſet. Magnus initio hu- *Liuius* 4.
iuſce generis inchoatæ gloriæ Romulus: Coſſo quoque *Propert.* 4.
multum acquiſitum eſt, quod Romulum imitari valuit. 5.

Ne M. quidem Marcelli memoriam ab his exemplis *An. vrb.* 531
ſeparare debemus, in quo tantus animi vigor fuit, vt apud *Plutarch.*
Padum Gallorum regem ingenti exercitu ſtipatum, cum *Propert.* 4.
paucis equitibus inuaderet: quem protinus obtruncatum, armis exuit, eaq; Ioui Feretrio dicauit.

Eodem virtutis & pugnæ genere vſi ſunt T. Man- 6.
lius Torquatus, & Valerius Coruus, & Aemilianus Sci- *An vrb.* 392
pio. Hi enim vltro prouocantes hoſtium duces intere- & 404. *Liu.*
merunt: ſed qui ſub alienis auſpiciis rem geſſerant, 7 *Gell.* 9.
ſpolia Ioui Feretrio non poſuerunt conſecranda. Idem *An. V.* 602.
Scipio Aemilianus, cum in Hiſpania ſub Lucullo duce *Liu.* 48
militaret, atque Intercatia præualidum oppidum 602. *An. V.* 602.
circumſederetur, primus mœnia conſcendit: Neque erat in *Liuius* 48.
eo exercitu quiſquam aut nobilitate, aut animi indole, *App. Iberica*
aut futuris actis, cuius ſaluti magis parci & conſuli deberet: ſed tunc clariſſimus quiſque iuuenum, pro amplificanda & tuenda patria, plurimum laboris ac periculi ſuſtinebat, *deforme ſibi exiſtimans, quos dignitate præſtaret, ab his virtute ſuperari.* Ideoque Aemilianus tunc militiam aliis propter difficultatem vitantibus, ſibi depopoſcit.

Magnum inter hæc fortitudinis exemplum anti- 7.
quitas offert. Romani à Gallorum exercitu pulſi, cum *An V.* 363.
ſe in Capitolium & in arcem conferrent, inque his colli- *Liuius* 5.
bus morari omnes non poſſent; neceſſarium conſilium in *Plutarch.*
plana vrbis parte ſeniorum relinquendorum ceperunt, *Camillo.*
quo facilius iuuentus reliquias imperii tueretur. Cete-

rum ne illo quidem tam miſero, tamque luctuoſo tem-
pore, ciuitas noſtra virtutis ſuæ oblita eſt. Defuncti enim
honoribus, apertis ianuis, in curulibus ſellis, cum inſigni-
bus magiſtratuum, quos geſſerant, ſacerdotiorumq;, quæ
erant adepti, conſederunt; vt & ipſi in occaſu ſuo ſplendo-
rem & ornamenta vitæ præteritæ retinerent, & plebem ad
fortius ſuſtinendos caſus ſuo vigore prouocarent. Vene-
rabilis eorum aſpectus primo hoſtib. fuit, & nouitate rei, 5
& magnificentia cultus, & ipſo audaciæ genere commo-
tis. Sed quis dubitaret, quin & Galli & victores, illam ad-
mirationem mox in riſum, & in omne contumeliæ genus
conuerſuri eſſent? Non expectauit igitur hanc iniuriæ
*al. M. Atilius. maturitatem * C. Atilius: verum barbam ſuam permul-
centi Gallo ſcipionem vehementi ictu capiti inflixit, eique
Liuius & proptet dolorem ad ſe occidendum ruenti cupidius cor-
Plut. M. Papirium vocant pus obtulit. *Capi ergo virtus neſcit; patientia dedecus i-
gnorat. Fortuna ſuccumbere triſtius ducit omni fato noua
& ſpecioſa genera interitus excogitat, ſi quiſquam interit,
qui ſic extinguitur.*

8. Reddendus eſt nunc Romanæ iuuentuti debitus ho-
Ann. V. 330. nos, & gloriæ titulus, quæ C. Sempronio Attatino conſu- 4
Liuius 4. le cum Volſcis apud Vertuginem parum proſpere dimi-
cante, ne acies noſtra iam inclinata propelleretur, equis
delapſa, ſeipſam centuriauit, atque hoſtium exercitum ru-
pit. Quo dimoto, proximum tumulum occupauit, effe-
citque vt omnis Volſcorum in ſe conuerſus impetus, le-
gionibus noſtris ad confirmandos animos ſalutare laxa-
mentum daret. Itaq; cum iam de trophæis ſtatuendis co-
gitarent, prœlium nocte dirimente, victoreſne, an victi
abirent, incerti diſceſſerunt.

9. Strenuus ille quoque flos ordinis equeſtris, cuius mi-
An. V. 429. ra virtute Fabius Maximus Rullianus magiſter equitum
Liuius 8. bello quod aduerſus Samnites gerebatur, male commiſ-
ſi prœlii crimine leuatus eſt. Namque Papirio Curſore
propter auſpicia repetenda ad Vrbem proficiſcente, ca-
ſtris præpoſitus, ac vetitus in aciem exercitum ducere;
nihilominus manus cum hoſte, ſed non tam feliciter,
quam temere conſeruit: procul enim dubio ſuperabatur.
Ceterum optimæ indolis iuuentus detractis equorum
frenis, vehementer eos calcaribus ſtimulatos, in aduerſos

Samni-



Samnites egit, obſtinataque animi * præſtantia extortam *al. præ-
manibus hoſtium victoriam, & cum ea ſpem maximi ci- ſentia
uis Rulliani patriæ reſtituit.

Qualis demum roboris illi milites? qui vehementi ictu 10.
remorum concitatam fugæ Punicam claſſem, nantes lu- An. vr. 535.
brico pelagi, quaſi * camporum firmitate, pedites in littus circiter.
retraxerunt? *al. brachiorum

Eiuſdem temporis & notæ miles, qui Cannenſi prœ-
lio, quo Annibal magis vires Romanorum contudit, 11.
quam animos fregit, cum ad retinenda arma inutiles An. vr. 537.
vulneribus manus haberet, ſpoliare ſe conantis Numi- Liuius 22.
dæ ceruicem complexus, os, naribus & auribus corroſis,
deforme reddidit: inque plenæ vltionis morſibus expi-
rauit. Sepone iniquum pugnæ euentum, quantum inter-
fectore fortior interfectus? Pœnus enim in victoria ob-
noxius morienti, ſolatio fuit: Romanus in ipſo fine vitæ
vindex ſui extitit.

Militis huius in aduerſo caſu tam egregius tamque 12.
virilis animus, quam relaturus ſum, imperatoris. P. enim An. vr. 623.
Craſſus cum Ariſtonico bellum in Aſia gerens, à Thra- Oroſiꝰ 5. c. 10
cibus, quorum is magnum numerum in præſidio habe- L. Flor. 2. fi-
bat, inter Eleam, & Smyrnam exceptus, ne in ditionem ne.
eius perueniret; dedecus, accerſita ratione mortis, effugit.
Virgam enim, qua ad regendum equum vſus fuerat, in
vnius barbari oculum direxit, qui vi doloris accenſus, la-
tus Craſſi ſica confodit: dumque ſe vlciſcitur, Romanum
imperatorem maieſtatis amiſſæ turpitudine liberauit.
Oſtendit fortunæ Craſſus, quam indignum virum tam
graui contumelia afficere voluiſſet; quoniam quidem in-
iectos ab ea libertati ſuæ miſerabiles laqueos prudenter
pariter ac fortiter rupit, donatumque ſe iam Ariſtonico,
dignitati ſuæ reddidit.

Eodem mentis propoſito vſus eſt Scipio. namque infe- 13.
liciter Cn. Pompeii generi ſui defenſis in Africa partibus, An. vr. 707.
claſſe Hiſpaniam petens; cum animaduertiſſet nauem qua Liuius 114.
vehebatur, ab hoſtibus captam, gladio præcordia ſua tranſ- App. ciuil. 2.
uerberauit: Ac deinde proſtratus in puppi, quærentibus Dionyſ. &
Cæſarianis militibus vbinam eſſet imperator, reſpondit: a. ii.
Imperator bene ſe habet. tantumq; eloqui valuit, quantũ
ad teſtandam animi fortitudinem æternæ laudi ſatis erat.

14. Tui quoque clariſſimi exceſſus Cato Vtica monimen-
*An.vr.*707. tum eſt, in qua ex fortiſſimis vulneribus tuis plus gloriæ
*Plutarch.* quam ſanguinis manauit. Siquidem conſtantiſſime in
*App. Ciuil.* gladium incumbendo, magnum hominibus documen-
2. tum dediſti; *quanto potior eſſe debeat probis dignitas ſine*
*vita, quam vita ſine dignitate.*

15. Cuius filia minime muliebris animi: quæ cum Bruti
*An.vr.*709. viri ſui conſilium, quod de interficiendo Cæſare ceperat,
*Plut. Bruto.* ea nocte, quam dies deterrimi facti ſecutus eſt, cognouiſ-
ſet; egreſſo cubiculum Bruto, cultellum tonſorium quaſi
vnguium reſecandorum cauſa popoſcit, eoque velut forte
elapſo, ſe vulnerauit: Clamore deinde ancillarum in cubi-
culum reuocatus Brutus, obiurgare eam cœpit, quod ton-
ſoris præripuiſſet officium. Cui ſecreto Porcia, Non eſt,
inquit, hoc temerariũ factum meum, ſed in tali ſtatu no-
ſtro amoris mei erga te certiſſimum indicium. Experiri e-
nim volui, ſi tibi propoſitum ex ſententia parum ceſſiſſet,
quam æquo animo me ferro eſſem interemptura.

16. Felicior progenie ſua ſuperior Cato, à quo Porciæ
*An.vr.*585. familiæ principia manarunt. Qui cum ab hoſte in
*Plut. Paullo.* acie vehementi periculo peteretur, è vagina gladius eius
*Iuſtin.* 33. elapſus decidit: Quem ſubiectum prœliantium glo-
bo, & vndique hoſtilibus pedibus circundatum, poſt-
quam abeſſe ſibi animaduertit; adeo conſtanti animo in
ſuam poteſtatem redegit, vt illum non periculo oppreſ-
ſus rapere, ſed metu vacuus ſumere videretur. Quo ſpe-
ctaculo attoniti hoſtes, poſtero die ad eum ſupplices pa-
cem petentes venerunt.

17. Togæ quoque fortitudo militaribus operibus in-
*An.vr.*620. ferenda eſt, quia *eandem laudem foro, atque caſtris edi-*
*Plut. Grach.* *ta meretur.* Cum Ti. Gracchus in tribunatu profuſis lar-
* al. obſeſ- gitionibus fauore populi occupato rempublicam * op-
ſam preſſam teneret; palamque dictitaret, interempto ſenatu,
omnia per plebem agi debere; in ædem Fidei publice cõ-
uocati Patres conſcripti à conſule Mucio Scæuula, quidnã
in tali tempeſtate faciendũ eſſet, deliberabant. Cunctiſq;
cenſentibus vt conſul armis rempublicam tueretur, Scæ-
uula negauit ſe quidquam vi eſſe acturum. Tum Scipio
Naſica, Quoniam, inquit, conſul, dum iuris ordinem ſe-
quitur, id agit, vt cum omnibus legibus Romanum im-
perium



perium corruat; egomet priuatus voluntati veſtræ me du-
cem offero: Ac deinde læuam manum apertæ togæ cir-
cumdedit, ſublataque dextera proclamauit: Qui rempub.
ſaluam eſſe volunt, me ſequantur; eaque voce cunctatione
bonorum ciuium diſcuſſa, Gracchum cum ſcelerata fa-
ctione, quas merebatur pœnas perſoluere coegit.

Item cum tribunus plebis Saturnius, & prætor 18.
Glaucia, & Equitius deſignatus trib. plebis maximos in *An.vr.* 653.
ciuitate noſtra ſeditionum motus excitaſſent, nec quiſ- *App. Ciuil.* 1
quam ſe populo concitato opponeret; primum M. Æmi- *Cic. pro*
lius Scaurus C. Marium conſulatum ſextum gerentem *Rabir.*
hortatus eſt, vt libertatem legeſque manu defenderet; pro-
tinuſque arma ſibi afferri iuſſit: Quibus allatis, vltima ſe-
nectute confectum & pene dilapſum corpus induit, ſpicu-
loque innixus ante fores Curiæ conſtitit, ac paruulis ex-
tremi ſpiritus reliquiis, ne reſpublica expiraret, effecit: præ-
ſentia enim animi ſui ſenatum & equeſtrem ordinem ad
vindictam exigendam impulit.

Sed vt ſuperius armorum & togæ; ita nunc etiam ſi- 19.
derum clarum decus Diuum Iulium, certiſſimã veræ vir- *An.vr.* 696.
tutis effigiem repræſentemus. Cum innumerabili mul- *Cæſar de*
titudine, & feroci impetu Neruiorum inclinari aciem *bello*
ſuam videret; timidius pugnanti militi ſcutum detraxit, *Gall.* 2.
eoque tectus acerrime prœliari cœpit. Quo facto forti- *Plutarch.*
tudinem per totum exercitum diffudit, labentemque belli
fortunam diuino animi ardore reſtituit. Idem alio *Suetonius.*
prœlio legionis Martiæ aquiliferum ineundæ fugæ gra-
tia iam conuerſum, faucibus comprehenſum, in contra-
riam partem detraxit, dexteramque ad hoſtem tendens,
Quorſum tu, inquit, abis? illic ſunt cum quibus * dimica- * *al.* dimi-
mus: & manibus quidem vnum militem, adhortatione candum eſt
vero tam acri omnium legionum trepidationem correxit,
vincique paratas, vincere docuit.

Cæterum vt humanæ virtutis actum exequa- 20.
mur, cum Annibal Capuam, in qua Romanus exercitus *An.vr.* 541.
erat, obſideret, Vibius Acceus Pelignæ cohortis præfe- *Liu.* 25. *ſed*
ctus, vexillum trans Pœnicum vallum proiecit; ſeipſum, *in expugna-*
ſuoſque commilitones (ſi eo hoſtes potiti eſſent) execra- *tione caſtro-*
tus: & ad id petendum ſubſequente cohorte primus im- *rum Anno-*
petum fecit: Quod vt Valerius Flaccus tribunus tertiæ *nis contigiſſe ſcribit.*

legionis aſpexit, conuerſus ad ſuos, Spectatores, inquit, vt
video, alienæ virtutis huc venimus: ſed abſit hoc dedecus
à ſanguine noſtro, vt Romani gloria cedere Latinis veli-
mus. Ego certe aut ſpecioſam optaui mortem, aut felicem
audaciæ exitum: Vel ſolus igitur præcurrere paratus ſum.
His auditis, Pedanius Centurio conuulſum ſignum dex-
tra retinens: Iam hoc, inquit, intra hoſtile vallum mecum
erit: proinde ſequantur qui id capi nolunt. & cum eo in ca-
ſtra Pœnorum irrupit, totamque ſecum traxit legionem.
Ita trium virorum fortis temeritas, Annibalem paulo ante
ſpe ſua Capuæ potitorem, ne caſtrorum quidem ſuorum 5
potentem eſſe paſſa eſt.

21. Quorum virtuti nihil cedit Q. Cotius, qui propter
An.vr.611. fortitudinē Achilles cognominatus eſt. Nā vt reliqua eius
opera non exequar, abunde tamen duobus factis, quæ
relaturus ſum, quantus bellator fuerit cognoſcetur.
Q. Metello conſule legatus in Hiſpaniam profectus, Cel-
tibericum ſub eo bellum gerens, poſtquā cognouit à quo-
dam gentis huius iuuene, ſe ad dimicandum prouocari:
erat autem illi forte prandendi gratia menſa poſita: reli-
cta ea, arma ſua extra vallum deferri, equumque clam 6
educi iuſſit, ne à Metello impediretur: Et illum Celtibe-
rum inſolentiſſime obequitantem conſectatus interemit,
detractaſque corpori eius exuuias, ouans lætitia in caſtra
retulit. Idem Pireſium nobilitate ac virtute Celtiberos
omnes præſtantem, cum ab eo in certamen pugnæ deuo-
catus eſſet, ſuccumbere ſibi coegit. Nec erubuit flagran-
tiſſimi pectoris iuuenis gladium ei ſuum & ſagulum vtro-
que exercitu ſpectante tradere. Ille vero etiam petiit, vt
hoſpitii iure inter ſe iuncti eſſent, quando inter Romanos
& Celtiberos pax foret reſtituta.

22. Ne C. Atilium quidē præterire poſſumus, qui cū deci- 7
An.vr.704. mæ legionis miles pro C. Cęſaris partib. maritima pugna
prœliaretur, abſciſa dextra, quam Maſſilenſium naui in-
Plut. Suet. iecerat, læua puppim apprehendit: nec ante dimicare de-
C. Acilium ſtitit, quam captam profundo mergeret: Quod factum
vocant. parum iuſta notitia patet. At Cynægyrum Athenienſem
Herod. 6. ſimili pertinacia in conſectandis hoſtibus vſum, verboſa
Iuſt. 2. Suet. laudum ſuarum cantu Græcia, omnium ſeculorum me-
moriæ literarum præconio inculcat.





8 Claſſicam Atilii gloriam terreſtri laude M. Cæſius 23.
Scæua eiuſdem imperatoris centurio ſubſecutus eſt. An.vr.705.
Cum enim pro caſtello, cui præpoſitus erat, dimicaret, Cæſar de
Cneique Pompeii præfectus iuſſu eius, ſummo ſtudio & bell. ciuil. 3.
magno militum numero ad id capiendum mitteretur; Lucan. 6.
omnes qui propius acceſſerant, interemit: ac ſine vllo re- Plutarch.
greſſu pedes pugnans, ſuper ingentem ſtragem, quā ipſe Suet. Ap-
9 fecerat, corruit. Cuius capite, humero, femore ſaucii, & pian.
oculo eruto cæci, ſcutum centum & viginti ictibus per- Ciuil. 2.
foſſum apparuit. Tales in caſtris Diui Iulii diſciplina mi-
lites aluit, quorum alter dextera, alter oculo amiſſo hoſti-
bus inhæſit: ille poſt hanc iacturam victor, hic ne hac qui-
dem iactura victus.

10 Tuum vero Scæua inexuperabilem ſpiritum in vtraq;
parte rerum naturæ, qua admiratione proſequar, neſcio:
quoniam excellenti virtute dubium reliquiſti, inter vn-
daſne pugnam fortiorem edideris, an in terra vocem emi-
11 ſeris. Bello nanque, quo C. Cæſar non contentus opera An.vr.698.
ſua Oceani claudere littoribus, Britannicæ inſulæ cęle- Plutarch.
ſtes iniecit manus, cum quatuor commilitonibus rate Cæſare.
tranſuectus, in ſcopulum vicinum inſulæ, quam hoſtium
ingentes copiæ obtinebant; poſtquam æſtus regreſſu ſuo
ſpatium, quo ſcopulos & inſula diuidebantur, in vadum
12 tranſitu facilem redegit, ingenti multitudine barba-
rorum affluente, ceteris rate ad littus regreſſis; ſolus im-
mobilem ſtationis gradum retinens, vndique ruentibus
telis, & ab omni parte acri ſtudio ad te inuadendum ni-
tentibus, quinque militum diurno prœlio ſuffectura pila,
vna dextra, hoſtium corporibus adegiſti: Ad vltimum
deſtricto gladio, audaciſſimum quenque modo vmbonis
impulſu, modo mucronis ictu depellens, hinc Romanis,
illinc Britannicis oculis incredibili, niſi cernereris ſpecta-
culo fuiſti. Poſtquam deinde ira ac pudor cuncta conari
feſſos coegit, tragula femur traiectus, ſaxique pondere
ora contuſus, galea iam ictibus diſcuſſa, & ſcuto crebris
foraminibus abſumpto, profundo te crediſti, ac duabus
loricis onuſtus, inter vndas, quas hoſtili cruore infeceras,
enataſti: Viſoque imperatore armis non miſſis, ſed be-
ne impenſis, cum laudem merereris, veniam petiiſti.
Magnus prœlio, ſed maior diſciplinæ militaris memoria:

itaque ab optimo virtutis æſtimatore, cum facta, tum et-
iam verba tua, centurionatus honore donata ſunt.

24. Sed quod ad prœliatorum excellentem fortitudinem
*An. vr. 299* attinet, merito L. Sicinii Dentati commemoratio o-
*trib. pl. fuit* mnia Romana exempla finierit: cuius opera honoreſque
*occiſus anno* operum vltra fidem veri excedere iudicari poſſent; niſi ea
*304. decem-* certi auctores, inter quos M. Varro, monimentis ſuis
*uirorum* teſtata eſſe voluiſſent: Quem centies & vigeſies in aciem
*fraude.* deſcendiſſe tradunt, eo robore animi, atque corporis v-
*Dionyſ.* 10. tentem, vt maiorem ſemper victoriæ partem traxiſſe vi-
*Plin. 7. c. 27.* deretur. Sex & triginta ſpolia ex hoſte retuliſſe, quorum
in numero octo fuiſſe, cum quibus inſpectante vtro-
que exercitu ex prouocatione dimicaſſet, 14 ciues ex me-
dia morte raptos ſeruaſſe, quinque & 40. vulnera pecto-
re excepiſſe, tergo cicatricibus vacuo. Nouem triumpha-
les imperatorum currus ſecutum, totius ciuitatis oculos
in ſe numeroſa donorum pompa conuertentem. Præfe-
rebantur enim aureæ coronæ octo; ciuicæ 14. murales
*Haſtaspuras* tres: obſidionalis vna: torques 83. armillæ 160. haſtæ
*intelligit.* 18. phaleræ 25. ornamenta etiam legioni, nedum militi
ſatis multa.

*Externa.*

1. Ille quoque ex pluribus corporibus in vnum ma-
*An. vr. 542* gna cum admiratione Calibus cruor confuſus eſt: in quo
*Liuius 26.* oppido cum Fuluius Flaccus, propter Campanam perfi-
diam principes ciuitatis ante tribunal ſuum capitali ſup-
plicio afficiendos iudicaret, literiſque à ſenatu acceptis,
finem pœnæ eorum ſtatuere cogeretur, vltro ſe ei T. Iu-
bellius Taurea Campanus obtulit, & quam potuit clara
voce, Quoniam, inquit, Fului cupiditate tanta hau-
riendi ſanguinis noſtri teneris, quid ceſſas in me cruen-
tam ſecurim diſtringere, vt gloriari poſſis fortiorem ali-
quanto virum, quam ipſe es, tuo iuſſu eſſe interemptum?
Eo deinde dicente, libenter id ſe eſſe facturum, niſi ſena-
tus voluntate impediretur: At me, inquit, cui nihil Pa-
tres conſcripti præceperunt, aſpice, oculis tuis quidem
gratum, animo vero tuo maius opus edentem. Protinuſ-
que interfecta coniuge ac liberis, gladio incubuit. Quem
illum virum putemus fuiſſe, qui ſuorum ac ſua cæde te-
ſtari



ſtari voluit, ſe Fuluii crudelitatem ſugillare, quam ſenatus
miſericordia vti maluiſſe?

Age, Gobriæ quantus ardor animi? quia cum ſordida 2.
& crudeli Magorum tyrannide Perſas liberaret, vnum- *Herod.* 3.
que ex iis obſcuro loco abiectum corporis pondere vrge- *Iuſtin.* 1.
ret, præclari operis ſocio plagam ei inferre dubitanti, ne
dum Magum petit, ipſum vulneraret, Tu vero, inquit,
nihil eſt quod reſpectu mei timidius gladio vtaris: vel
per vtrunque illum agas licet, dum hic quam celerrime
pereat.

13 Hoc loci Leonidas Spartanus nobilis occurrit; cu- 3.
ius propoſito, opere, exitu, nihil fortius. Nam cum 300. *Herod.* 7.
ciuibus apud Thermopylas toti Aſiæ obiectus, grauem *Iuſtin.* 2.
illum, & mari & terræ Xerxem, nec hominibus tantum *Strabo.*
terribilem, ſed Neptuno quoque compedes, & Cælo te- *Plutarch.*
nebras minitantem, pertinacia virtutis ad vltimam de-
ſperationem redegit. Cæterum perfidia & ſcelere incola-
rum eius regionis, & loci opportunitate qua plurimum
adiuuabatur, ſpoliatus; occidere dimicans, quam aſſigna-
tam ſibi à patria ſtationem deſerere, maluit. Ideoque tam
alacri animo ſuos ad id prœlium, quo perituri erant, co-
hortatus eſt, vt diceret, Sic prandete commilitones tan-
quam apud inferos cœnaturi. Mors erat denuntiata: La-
cedæmonii perinde ac victoria eſſet promiſſa, † ductori † *al.* dicto
intrepide paruerunt. intrepidi.

Othryadæ quoque pugna pariter ac morte ſpecioſa 4.
Thyreatium laude, quam ſpatio latius ſolum cernitur. *Herod.* 1.
Qui ſanguine ſuo ſcriptis literis, direptam hoſtibus vi- *Suid. Plut.*
ctoriam, tantum non poſt fata ſua in ſinum patriæ cruen- *Parallel.*
to trophæi titulo retulit. *Florus.*

Excellentiſſimos Spartanę virtutis prouentus mi- 5.
ſerabilis lapſus ſequitur. Epaminondas maxima The- *Iuſt.* 6. *Æ-*
barum felicitas, idemque Lacedæmonis prima cla- *mil. Prob. in*
des, cum vetuſtam eius vrbis gloriam, inuictamque ad *vit. Suid.*
id tempus publicam virtutē apud Leuctra, & Mantineā,
ſecundis prœliis contudiſſet; traiectus haſta, ſanguine &
ſpiritu deficiens, recreare ſe conantes, primum, an cly-
peus ſuus ſaluus eſſet, deinde an penitus fuſi hoſtes fo-
rent, interrogauit: Quæ poſtquam ex animi ſententia
14 comperit, Non finis, inquit, commilitones, vitæ meę, ſed

melius &auctius initium aduenit. Nunc enim veſter Epaminondas naſcitur, quia ſic moritur. Thebas ductu & auſpiciis meis caput Græciæ factas video: fortis & animoſa ciuitas Spartana iacet, armis noſtris abiecta: Amara dominatione Græcia liberata eſt. Orbus quoque, non tamen ſine liberis morior: quoniam mirificas filias Leuctra, & Mantineam relinquo. E corpore deinde ſuo haſtam educi iuſſit, eoque vulnere expirauit. Quod ſi eum dii immortales victoriis ſuis perfrui paſſi eſſent, ſoſpes glorioſior patriæ mœnia non intraſſet.

6.
Cic. Tuſc. 1.

Ac nec Theramenis quidẽ Athenienſis in publica cuſtodia mori coacti, parua mentis cõſtantia, in qua triginta tyrannorum iuſſu porrectam veneni potionem non dubitanter hauſit: Quodque ex ea ſuperfuerat, iocabundus illiſum humo clarum edere ſonum coegit. Reni- 15
denſq; ſeruo publico, qui eam tradiderat, Critiæ, inquit, propino: Vide igitur vt hoc poculum ad eum continuo perferas. Erat autem is ex 30. tyrannis crudeliſſimus. *Profecto eſt ſupplicio ſe liberare, tam facile ſupplicium perpeti.* Itaque Theramenes perinde ac in domeſtico lectulo moriens, vita exceſſit: inimicorum exiſtimatione punitus, ſuo iudicio finitus.

7.
An. vr. 620
Liuius 59.

Sed Theramenes à literis & doctrina virilitatem traxit. Numantino vero Theogeni ad conſimilem virtutem capeſſendam, quaſi magiſtra gentis ſuę ferocitas extitit.
Perditis nanque & afflictis rebus Numantinorum, cum 16
omnes ciues nobilitate, pecunia, honoribuſque præſtaret; vicum ſuum, qui in ea vrbe ſpecioſiſſimus erat contractis vndique nutrimentis ignis, incendit, protinuſque ſtrictum gladium in medio poſuit, ac binos inter ſe dimi-
care iuſſit: vt victus, inciſa ceruice ardentibus tectis ſuper- 17
iaceretur: Qui cum tam forti lege mortis omnes abſumpſiſſet, ad vltimum ſeipſe flammis immerſit.

8.
An. vr. 607
Liuius 51.
App.
Libyca.

Verum vt æque populo Rom. inimicæ vrbis excidium referam: Carthagine capta, vxor Aſdrubalis exprobrata ei impietate, quod à Scipione ſoli ſibi impetrare vitam contentus fuiſſet; dextera læuaque communes filios mortem non recuſantes, trahens, incendio ſe flagrantis patriæ iniecit.

9.

Muliebris fortitudinis exemplo æque fortem duarum



An. vr. 539.
Liuius 24.

rum puellarum caſum adiiciam. Cum peſtifera ſeditione Syracuſarum, tota regis Gelonis ſtirps, euidentiſſimis exhauſta cladibus ad vnicam filiam Harmoniam virginem eſſet redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix eius, æqualem illi puellam, regio cultu ornatam, hoſtilibus gladiis obiecit. Quæ ne cum ferro quidem trucidaretur, cuius eſſet conditionis, ederet: proclamauit admirata illius animum Harmonia, & tantæ fidei ſupereſſe non ſuſtinuit: Reuocatoſque interfectores, profeſſa quænam eſſet, in cædem ſuam conuertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas aperta finis vitæ fuit.

---

## CAPVT III.

## DE PATIENTIA.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Cuius exempla Rom. ſunt duo. | 2 | *Zeno Eleates.* |
| | | 3 | *Alter Zeno.* |
| 1 | *C. Mucius Cordus primus Scæuola dictus.* | 4 | *Anaxarchus Abderita.* |
| 2 | *Pompeius legatus ad Gentium regem.* | 5 | *Theodorus Syracuſanus.* |
| | Externa. | 6 | *Indi.* |
| 1 | *Puer Macedo.* | 7 | *Seruus Afer in pœnis & morte ridens.* |

EGregiis virorum pariter ac feminarum operibus fortitudo ſe oculis hominum ſubiecit: Patientiamque in medium procedere hortata eſt, non ſane infirmioribus radicibus ſtabilitam, aut minus generoſo ſpiritu abundantem; ſed *ita ſimilitudine iunctam, vt cum ea, vel ex ea nata videri poſſit.*

1.
An. vr. 245
Liuius 2.
Dionyſ. 5.

Quid enim iis quę ſupra retuli, facto Mucii conuenientius? cum à Porſena rege Etruſcorum vrbem noſtram graui ac diutino bello vrgeri ęgre ferret, caſtra eius clam ferro cinctus intrauit: immolantemque ante altaria conatus eſt occidere. Ceterum inter molitionem pii pariter ac fortis propoſiti oppreſſus, nec cauſſam aduentus texit, & tormenta quantopere contemneret, mira
1 patientia oſtendit. Peroſus enim (credo) dexteram ſuam,

quod eius miniſterio in cæde regis vti nequiſſet, iniectam
foculo exuri paſſus eſt. Nullum profecto dii immor-
tales ad motum aris cultum attentioribus oculis vide-
runt. Ipſum quoque Porſenam oblitum periculi, vltio-
nem ſuam vertere in admirationem coegit. Nam, Re-
uertere, inquit, ad tuos Muci, & eis refer, te, cum vitam
meam petieris, à me vita donatum. Cuius clementiam
non adulatus Mucius, triſtior Porſenæ ſalute, quam ſua
lætior, vrbi ſe cum æternæ gloriæ cognomine, Scæuulam
reddidit.

2\. Pompeii etiam probabilis virtus: qui dum legationis 2
*An. vr. 584. circiter.* officio fungeretur, à Gentio rege interceptus, cum ſena-
tus conſilia prodere iuberetur, ardenti lucernæ admotum
digitum cremandum præbuit: eaque patientia regi ſimul
& deſperationem tormentis quicquam ex ſe cognoſcen-
di excuſſit, & expetendæ populi Rom. amicitiæ magnam
cupiditatem ingenerauit. Ac ne plura huiuſce generis ex-
empla domi ſcrutando, ſæpius ad ciuilium bellorum de-
teſtandam memoriam progredi cogar, duobus Rom. ex-
emplis contentus, quæ vt clariſſimarũ familiarum com-
mendationem, ita nullum publicum mœrorem continẽt,
externa ſubnectam.

*Externa.*

1\. Vetuſto Macedoniæ more regi Alexandro nobiliſſimi
pueri preſto erant ſacrificanti. E quibus vnus thuribulo
arrepto ante ipſum aſtitit, in cuius brachio carbo ardens 3
delapſus eſt: quo etſi ita vrebatur vt aduſti corporis eius
odor ad circumſtantium nares perueniret; tamen & dolo-
rem ſilentio preſſit, & brachium immobile tenuit, ne ſa-
crificium Alexandri, aut concuſſo thuribulo impediret,
aut edito gemitu regias aures exaſperaret. Rex quoque 4
patientia pueri magis delectatus, hoc certius perſeueran-
tiæ experimentum ſumere voluit: conſulto enim ſacrifi-
cauit diutius, nec hac re eum à propoſito repulit. Si huic
miraculo Darius inſeruiſſet oculos, ſciſſet eius ſtirpis mi-
lites vinci non poſſe, cuius infirmam ætatem tanto robo-
re præditam animaduertiſſet.

Eſt *& illa vehemens & conſtans animi militia,
literis pollens venerabilium doctrina ſacrorum antiſtes
philo-*



*philoſophia, quæ vbi pectore recepta eſt hominum, inhoneſto*
5 *atque inutili affectu diſpulſo, totos in ſolido virtutis muni-
mento confirmat, potentiores metu ac dolore faciens.*

Incipiam autem à Zenone Eleate: qui cum eſſet in di- 2.
ſpicienda rerum natura maximæ prudentiæ, inque exci- *Suid. Diogenes Laert.*
tandis ad vigorem iuuenum animis promptiſſimus, præ *Cic. Tuſc. 2.*
ceptorum fidem exemplo virtutis ſuæ publicauit. Patriã
enim egreſſus, in qua frui ſecura libertate poterat, Agri-
gentum miſerabili ſeruitute obrutum petiit, tanta fidu-
cia ingenii ac morum ſuorum fretus, vt ſperauerit & ty-
ranno & Phalari veſanæ mentis feritatem à ſe diripi poſſe.
Poſtquam deinde apud illum plus conſuetudinem domi-
nationis, quam conſilii ſalubritatẽ valere animaduertit;
nobiliſſimos eius ciuitatis adoleſcentes cupiditate libe-
randæ patriæ inflammauit. Cuius rei cum indicium ad
tyrannum manaſſet, cõuocato in forum populo, torquere
eum vario cruciatus genere cœpit: ſubinde quærẽs quoſ-
nam conſilii participes haberet: At ille nec eorum quem-
piam nominauit, ſed proximum quemque ac fidiſſimum
tyranno ſuſpectum reddidit: Increpitanſque Agrigentinis
ignauiam ac timiditatem, effecit vt ſubito mentis impulſu *De eius morte variant*
concitati, Phalarim lapidibus proſternerent. Senis ergo *auctores, vt*
vnius eculeo impoſiti, non ſupplex vox, nec miſerabilis *Cic. Off. 2.*
eiulatus; ſed fortis cohortatio totius vrbis animum, for- *Ouid. Ibide.*
tunamque mutauit.

Eiuſdem nominis philoſophus, cum à Nearcho tyran- 3.
no, de cuius nece conſilium inierat, torqueretur, ſupplicii *Idem cum*
pariter atque indicandorum conſciorum gratia; doloris *ſuperiore, vt*
victor, ſed vltionis cupidus, eſſe dixit quod eum ſecreto *alii auctores*
audire admodum expediret: laxatoq; eculeo poſtquam *iam dicti*
inſidiis opportunum tempus animaduertit, aurem eius *tradunt.*
morſu corripuit, nec ante dimiſit quam & ipſe vita, & ille
corporis parte priuaretur.

Talis patientiæ æmulus Anaxarchus, cum à tyran- 4.
no Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec vlla vi *Diogenes.*
inhiberi poſſet, quo minus amariſſimorum eum male- *Cic. Tuſc. 2.*
dictorum verberibus inuicem ipſe torqueret: ad vltimum *Ouid. Ibide.*
amputationem linguæ minitanti, Non erit, inquit, ef-
feminate adoleſcens, hæc quoque pars corporis mei tuæ
ditionis: protinuſque dentibus abſciſam, & commandu-

Plutarch. catam linguam, in os eius ira patens expuit. Multorum
Alexand. aures illa lingua, & in primis Alexandri regis admiratio-
ne ſui attonitas habuerat, dum terræ conditionem, ha- 6
bitum maris, ſiderum motus, totiuſque denique mundi
naturam prudentiſſime & facundiſſime exprompſit. Pe-
ne tamen occidit glorioſius, quam viguit; quia tam forti
fine illuſtrem profeſſionis actum comprobauit, Anaxar- 7
chuſque vitam non modo non deſeruit, ſed mortem red-
didit clariorem.

5. In Theodoro quoq; viro grauiſſimo Hieronymus ty-
*An. vr.* 538. rannus fruſtra tortorum manus fatigauit. Rupit enim
*Liuius* 24. verbera, fidiculas laxauit, ſoluit eculeum, laminas extin-
xit prius, quam efficere potuit, vt tyrannicidii conſcios 8
indicaret. Quinetiam ſatellitem, in quo totius domina-
tionis ſumma, quaſi quodam cardine, verſabatur, falſa
criminatione inquinando, fidum lateri eius cuſtodem eri-
puit; beneficioque patientiæ, non ſolum quæ occulta fue-
runt, texit, ſed etiam tormenta ſua vltus eſt quibus Hie-
ronymus dum inimicum cupide lacerat amicum temere
perdidit.

6. Apud Indos vero patientiæ meditatio tam obſtinate
*Plin.* 7. *cap.* vſurpari creditur, vt ſint qui omne vitæ tempus nudi exi-
2. gant, modo Caucaſi montis glaciali rigore corpora ſua
*Cic. Tuſc.* 5. durantes, modo flammis ſine vllo gemitu obiicietes: At-
*Philoſt. A-* que haud parua his gloria contemptu doloris acquiritur,
*pol. de Brach* titulus nanq; ſapientię datur.
*mannis.* Hæc è pectoribus altis & eruditis orta ſunt: Illud ta-
7. men non minus admirabile, quod ſeruilis animus cepit.
*An. vrb.* 32. Seruus barbarus Aſdrubalem, quod dominum ſuum
*Iuſtin.* 44. occidiſſet, grauiter ferens, ſubito aggreſſus interemit.
*Liuius* 21. Cumq; comprehenſus omni modo cruciaretur, lætitiam
tamen quam ex vindicta ceperat, in ore conſtantiſſime
retinuit. *Non ergo faſtidioſo aditu virtus excitata, ingenia
viuida ad ſe penetrare patitur, neque hauſtum ſui cum ali-
quo perſonarum diſcrimine largum, malignumve præbet;
ſed omnibus æqualiter expoſita, quid cupiditatis potius,
quam quid dignitatis attuleris, æſtimat: Inque captu
bonorum ſuorum tibiipſi pondus examinandum relinquit,
vt quantum ſubire animo ſuſtinueris tantum tecum
auferas.*

C A-



## *CAPVT IV.*
## DE HVMILI LOCO NATIS
### qui clari euaſerunt.

Apud Romanos.
1 *Tullus Hoſtilius rex.*
2 *L. Tarquinius Priſcus rex.*
3 *Ser. Tullius rex.*
4 *C. Terentius Varro.*
5 *M. Perperna.*
6 *M. Porcius Cato.*
Apud exteros.
1 *Socrates Athenienſis.*
2 *Euripides & Demoſthenes.*

1 QVo ſæpe euenit, vt & humili loco nati ad ſummam
dignitatem conſurgant, & generoſiſſimarum ima-
ginum fœtus, in aliquod deuoluti dedecus acceptam à
2 maioribus lucem, in tenebras conuertant. Quæ quidem
planiora ſuis exemplis reddentur: vt primum de iis or-
diar, quorum in meliorem ſtatum facta mutatio ſplendi-
dam relatu præbet materiam.
Incunabula Tullii Hoſtilii agreſte tugurium ce- 1.
pit: eiuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupa- *Liuius* 1.
ta: validior ætas imperium Romanum rexit, & duplicauit: *Dionyſ.* 3.
3 ſenectus excellentiſſimis ornamentis decorata, in altiſſi- *à Valerio diſ-*
mo maieſtatis faſtigio fulſit. *ſentiunt.*
Verum Tullus etſi magnus, & admirabilis incremen- *An. vr.* 82.
ti; domeſticum tamen exemplum eſt. Tarquinium autem *circiter.*
Priſcum ad Romanum imperium occupandum fortuna 2.
4 in vrbem noſtram aduexit: alienum, quod ortum Corin- *An. vr.* 138.
5 tho: faſtidiendum, quod mercatore Damarato genitum: *Liuius* 1.
erubeſcendum, quod etiam exule. Cæterum tam proſpero *Dionyſ.* 3.
conditionis ſuæ euentu, induſtrioſum pro ignominioſo, *Florus lib.* 1.
6 pro inuiſo glorioſum reddidit: Dilatauit enim imperii
fineis, cultum deorum nouis ſacerdotiis auxit, numerum
ſenatus amplificauit, equeſtrem ordinem vberiorem re-
liquit: Quæque laudum eius conſummatio eſt, præclaris
7 virtutibus effecit, ne hæc ciuitas pœnitentiā ageret, quod
regem à finitimis potius mutuaſſet, quam de ſuis legiſſet.
In Ser. autem Tullio fortuna præcipue vires ſuas 3.
oſtendit: vernam huic vrbi natum, regem dando: Cui

*An.vr.* 175. quidem diutiſſime imperium obtinere, quater luſtrum
*Liuius* 1. condere, ter triumphare contigit: Ad ſummam aut vn-
*Dionyſ.* 4. de proceſſerit, aut quo peruenerit; ſtatuæ ipſius titulus 8
abunde teſtatur, ſeruili cognomine, & regia appellatio-
ne perplexus.

4. Miro quoque gradu Varro ad conſulatum ex ma-
*Liuius* 22. cellaria patris taberna conſcendit: Et quidem fortuna 9
parum duxit ſordidiſſimæ mercis capturis alito, 12. fa-
*An.vr.* 537. ſces largiri; niſi etiam L. Æmilium Paullum dediſſet
*Liuius & alii.* collegam: Atque ita ſe in eius ſinum infudit, vt cum a-
pud Cannas culpa ſua vires populi Rom. exhauſiſſet,
Paullum, qui prœlium committere noluerat, occidere
pateretur; illum in vrbem incolumem reduceret. Quin-
etiam ſenatum gratias ei agentem quod redire voluiſſet,
ante portas eduxit: extuditque vt grauiſſimæ cladis au- 10
ctori etiam Dictatura deferretur.

5. Non paruus conſulatus rubor M. Perperna, vtpote
*An.vr.* 623. qui conſul ante quam ciuis; ſed in bello gerendo vtilior
*Vell.* 2. *Iuſti.* aliquanto reipub. Varrone imperatore. Regem enim
36. *Strab.* Ariſtonicum cepit, Craſſianæque ſtragis punitor extitit.
14. Cum interim cuius vita triumphauit, mors Papia lege
*De triūpho* damnata eſt. Nanque patrem illius, nihil ad ſe pertinen- 11
*nihil alii, nā* tia ciuis Romani iura complexum, Sabelli iudicio peti-
*in prouincia* tum, redire in priſtinas ſedes coegerunt. Ita M. Perper-
*mortuum* næ nomen adumbratum, falſus conſulatus, caliginis ſi-
*ſcribunt.* mile imperium, caducus triumphus, aliena in vrbe im-
probe peregrinatus eſt.

6. M. vero Porcii Catonis incrementa publicis votis
*An.vr.* 549. expetenda fuerunt: qui nomen ſuum Tuſculi ignobile,
*circiter Plut.* Romæ nobiliſſimum reddidit. Ornata ſunt enim ab eo
*Cic. in Ca-* literarum Latinarum monimenta, adiuta diſciplina mili-
*tone.* taris, aucta maieſtas ſenatus, prorogata familia, in qua
maximum decus poſterior eſt ortus Cato.

## EXTERNA.

1. Sed vt Romanis externa iungamus: Socrates non ſo-
*Diog. Laert.* lum hominum conſenſu, verumetiam Apollinis oraculo
*Plato in* ſapientiſſimus iudicatus, Phanarete matre obſtetrice, &
*Theat. &* Sophroniſco patre marmorario genitus, ad clariſſimum
*Euthydem.* lumen gloriæ exceſſit, neque immerito. Nam cum eru-
ditiſſi-



ditiſſimorum virorum ingenia in diſputatione cæca va- *Plat. Phædo-*
garentur, menſuraſque Solis & Lunæ, & ceterorum ſide- *ne, Cic. Tuſ-*
rum loquacibus magis quam certis argumentis explica- *cul.* 5.
re conarentur, totius etiam mundi * ambitum complecti ** al.* habitū
auderent; primus ab his doctis erroribus abductum ani-
12 mum, intima conditionis humanæ, ac in receſſu pectoris
repoſitos affectus ſcrutari coegit: *ſi virtus per ſeipſam a-
ſtimetur, vitæ magiſter optimus.*

Quam matrem Euripides, aut quem patrem Demo- 2. *Gell.* 15. *c.* 20.
ſthenes habuerit, ipſorum quoque ſeculo ignotum fuit: *vide Suid. de*
alterius autem matrem olera; alterius patrem cultellos *Euripide.*
venditaſſe omnium pene doctorum literæ loquuntur: Sed *Plut. De-*
quid aut illius tragica, aut huius oratoria vi clarius? *moſth.*

---

## CAPVT V.

## QVI A PRÆCLARIS PARENTIBUS degenerarunt.

1 *Cn. Scipio Africani maioris filius.*
2 *Q. Fabius Allobrogici F.*
3 *P. Clodii & Fuluiæ F.*
4 *M. Hortenſius Corbio.*

SEquitur duplicis promiſſi pars adopertis illuſtrium vi-
rorum imaginibus reddenda: quoniam quidem ſunt
referenda, quæ ab earum ſplendore degenerauerunt, te-
terrimis ignauiæ ac nequitiæ ſordibus imbuta nobilia
portenta.

Quid enim monſtro ſimilius, quam ſuperioris Afri- 1.
cani filius Scipio? Qui in tanta domeſtica gloria ortus, à *An.vr.* 563.
paruulo admodum regis Antiochi præſidio capi ſuſtinuit; *Liu.* 37. *Ap.*
cum ei voluntaria morte abſumi ſatius fuerit, quam in- *Syriaca.*
ter duo fulgentiſſima cognomina patris & patrui, altero *An. vr.* 552.
oppreſſa Africa iam parto, altero iam maiore ex parte re- *Liuius* 30.
cuperata Aſia, ſurgere incipiente, manus vinciendas ho- *Polyb.* 16.
ſti tradere, eiuſque beneficio precarium ſpiritum obtine- *An.vr.* 578.
re; de quo mox L. Scipio ſpecioſiſſimum deorum homi- *Liu.* 2 *de eius*
numque oculis ſubiecturus erat triumphum. *pratura quā*

Idem præturæ petitor candidam togam adeo turpitu- *anno ſequēti*
dinis maculis obſolefactam in campum detulit, vt niſi *geſſit, vide*
gratia Cicerei, qui patris eius ſcriba fuerat, adiutus eſ *Val.* 4. *c.* 5.

ſet,honorem à populo impetraturus nõ videretur. Quan-
quam quid interfuit vtrum repulſam,an ſic adeptam præ-
turam domum referret? quam cum propinqui ab eo pol-
lui animaduerterent, id egerunt ne aut ſellam ponere,
aut ius dicere auderet. Inſuperque è manu eius annulum
in quo caput Africani ſculptum erat, detraxerunt. Di boni
quas tenebras ex quo fulmine naſci paſſi eſtis!

*Acẽſoribus notatus ac ſenatu motus. Liuius.*

2.
*An.vr.662.*

Age Q. Fabii Max. Allobrogici & ciuis, & impera-
toris clariſſimi filius Q. Fabius Max. quam perditam lu-
xuria vitam egit? cuius vt cætera flagitia obliterentur, ta-
men abunde illo dedecore mores nudari poſſunt, quod
ei Q. Pompeius prætor vrbanus paternis bonis interdixit:
neque in tanta ciuitate, qui illud decretum reprehende-
ret, inuentus eſt: Dolenter enim homines ferebant, pecu-
niam quæ Fabiæ gentis ſplendori ſeruire debebat, flagi-
tiis diſici. Quem ergo nimia patris indulgentia hæredem 1
reliquerat, publica ſeueritas exhæredauit.

3.
*An.vr. 695. trib.pl. Ciceronem expulit plebeia factione ſtipatus.*
*An. vr. 712. Fuluia M. Antonio poſt Clodiũ nupta gladio accincta bellum Cæſari Octauiano intulit. Dio. 44.*

Poſſedit fauorem plebis Clodius Pulcher, adhæ-
renſque Fuluianæ ſtolæ pugio, militare decus muliebri
imperio ſubiectum habuit: quorum filius Pulcher, præ-
terquam quod eneruem & frigidam iuuentam egit, per-
dito etiam amore vulgatiſſimæ meretricis infamis fuit,
mortiſque erubeſcendo genere conſumptus eſt: Abdo-
mine enim auide deuorato, fœdæ ac ſordidæ intempe-
rantiæ ſpiritum reddidit.

Iam Q. quidem Hortenſii, qui in maximo & inge-
nuorum ciuium, & ampliſſimorum prouentu, ſummum
auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos
Hortenſius Corbio omnibus ſcortis abiectiorem & ob-
ſcœniorem vitam exegit: ad vltimumque lingua eius tam
libidini cunctorum inter lupanaria proſtitit, quam aui pro
ſalute ciuium in foro excubuerat.

---

4.
*Tacit. 2. Sue. Tib.*

## CAPVT VI.

## DE ILLVSTRIBVS QVI IN VESTE AVT CETERO CVLTV LICENTIVS SIBI INDVLSERVNT.





| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | *P. Scipio maior.* | 5 | *C. Papirius Maſo.* |
| 2 | *L. Scipio Aſiaticus.* | 6 | *C. Marius.* |
| 3 | *L. Cornelius Sylla.* | 7 | *M. Cato Vticenſis.* |
| 4 | *C. Duilius.* | | |

ANimaduerto in quam periculoſum iter proceſſerim.
Itaque meipſe reuocabo, ne ſi reliqua eiuſdemge-
neris naufragia conſectari perſeuerauero, aliqua inutili
relatione implicer. Referam igitur pedem, deformeſq;
vmbras in imo gurgite turpitudinis ſuæ iacere patiar. Sa
tius eſt enim narrare qui illuſtres viri in cultu, ceteroq; ri-
tu, aliqua ex parte nouando, ſibi indulſerint.

1.
*An. V. 548. Liuius 39.*

1 P. Scipio, cum in Sicilia augendo, traiiciendoque in
Africam exercitu opportunum quærendo gradum, Car-
thaginis ruinam animo volueret: inter conſilia ac moli-
tiones huius tantæ rei operam gymnaſio dedit, pallioque
& crepidis vſus eſt. Nec hac re ſegniores Pœnicis exerci-
tibus manus intulit: ſed neſcio an ideo alacriores, *quia ve-
geta & ſtrenua ingenia quo plus receſſus ſumunt, hoc vehe-
mentiores impetus edunt.* Crediderim etiam fauorem eum
ſociorum vberiorem ſe adepturum exiſtimaſſe, ſi vi-
ctum eorum & ſolennes exercitationes comprobaſſet: Ad
quas tum veniebat, cum multum ac diu fatigaſſet hume-
2 ros, & cætera membra militari agitatione firmitatem
ſuam probare coegiſſet: conſiſtebatq; in his labor eius, in
illis remiſſio laboris.

2.
*Cic. pro C. Rabirio.*

L. vero Scipionis ſtatuam chlamydatam, & crepi-
datam in Capitolio cernimus: Quo habitu videlicet,
quia aliquando vſus erat; effigiem ſuam formatam poni
voluit.

3.
*An. V. 674. Cic. Rabiriana.*

L. Quoque Sylla, cum imperator eſſet, chlamy
dato ſibi & crepidato Neapoli ambulare deforme non
duxit.

4.
*Ann. V. 493. Cic. in Cat. Liu. 17. L. Florus c. 2.*

C. autem Duilius, qui primus naualem triumphum ex
Pœnis retulit, quotieſcunq; epulaturus erat, ad funalem
cereum præeunte tibicine, & fidicine, à cœna domum re
uerti ſolitus eſt, inſignem bellicæ rei ſucceſſum nocturna
celebratione teſtando.

5.
*An. vrb. 522. Plin. 15. c. 28*

Papirius quidem Maſo, cum bene geſta Republica
triumphum à Senatu non impetraſſet, in Albano mon-

te triumphandi & ipſe initium fecit, & ceteris poſtea ex-
emplum præbuit: præq; laurea corona, cum alicui ſpecta-
culo intereſſet, myrtea ſemper vſus eſt. 3
6. Iam C. Marii pene inſoleas factum, nam poſt Iugur-
*An. V. 652.* thinum, Cimbricumque & Teutonicum triumphum
*Plin. 33. c. 11.* cantharo ſemper potauit: quod Liber Pater inclytum ex
Aſia ducens triumphum, hoc vſus poculi genere fereba- 4
tur; vt inter ipſum hauſtum vini, victoriæ eius ſuas victo-
rias compararet.
7. M. autem Cato Prætor, M. Scauri, ceterorumque reo-
*An. V. 699.* rum iudicia, nulla indutus tunica, ſed tantummodo præ-
*Plut. Pæd. in* texta amictus egit.
*Scaurianam*

## *CAPVT VII.*

## DE FIDVCIA SVI.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Quæ in Romanis. | 11 | *L. Accio poeta.* |
| 1 | *P. Scipione maiore.* | | Quæ in exter-nis. |
| 2 | *P. Scipione Æmiliano Cos. 2.* | 1 | *Euripide poeta.* |
| 3 | *P. Naſica Serapione cos.* | 2 | *Antigenida tibicine.* |
| 4 | *M. Liuio Salinatore Cos.* | 3 | *Zeuxe pictore.* |
| | | 4 | *Phidia ſculptore.* |
| 5 | *P. Furio Philo Cos.* | 5 | *Epaminonda Thebano.* |
| 6 | *L. Licinio Craſſo procos.* | 6 | *Annibale Pœno.* |
| 7 | *M. Catone maiore reo.* | 7 | *Cotye Thracum rege.* |
| 8 | *M. Æmilio Scauro reo.* | 8 | *Antroclida, Leonida, & Agide Spartanis.* |
| 9 | *M. Antonio oratore.* | | |
| 10 | *Senatu Romano.* | | |

SED hæc, atque his ſimilia, virtutis aliquid ſibi in con-
ſuetudine nouanda licentiæ ſumentis indicia ſunt. Illis
autem quæ deinceps ſubnectam, quantum ſui fiduciam
habere ſoleat, cognoſcetur.
*An. vrb. 541* P. & Cn. Scipionibus in Hiſpania cum maiore par-
*Liu. 25. Ap.* te exercitus ab acie Punica oppreſſis, omnibuſque pro-
*Iberic. Poly.* uinciæ eius nationibus Carthaginenſium amicitiam
ſecutis, nullo ducum noſtrorum illuc ad corrigendam
rem proficiſci audente, P. Scipio quartum & vigeſimum
annum agens iturum ſe pollicitus eſt. Quæ quidē fiduciā
popu-



populo Romano ſalutis ac victoriæ ſpem dedit. Eadem- 1
que in ipſa Hiſpania vſus eſt. Nam cum oppidum Badiam *An V. 542.*
circumſederet, tribunal ſuum adeuntes, in ædem, quæ *Liu. 26. Ap.*
intra mœnia hoſtium erat, vadimonia in poſterum diem *Polyb. 10.*
facere iuſſit: continuoque vrbe potitus, & tempore & lo- *Ann. V. 544*
co, quo prædixerat, ſella poſita, ius eis dixit. Nihil hac fi- *Zonaras ob-*
ducia generoſius, nihil prædictione verius, nihil celeritate *ſcure, Plut.*
2 efficacius, nihil etiam dignitate dignius. Nec minus a- *Apoph.*
nimoſus, minuſue proſperus illius in Africam tranſitus, in *An V. 549.*
quam ex Sicilia exercitum ſenatu vetante traduxit; quia *Liu. 29. Ap.*
niſi plus in ea re ſuo, quam patrum conſcriptorum con- *Africana.*
ſilio credidiſſet; ſecundi Punici belli finis inuentus non eſ-
ſet. Cui facto par illa fiducia, quod poſtquam Africam *An. V. 551.*
attigit, ſpeculatores Annibalis in caſtris deprehenſos, & *Liuius 30.*
ad ſe perductos, nec ſupplicio affecit, nec de conſiliis ac *Zonaras.*
viribus Pœnorum percunctatus eſt. Sed circa omnes
manipulos diligentiſſime deducendos curauit. Interro-
gatoſque an ſatis ea conſideraſſent, quæ ſpeculari iuſſi
erant, prandio dato ipſis, iumentiſque eorum incolumes
dimiſit: Quo tam pleno fiduciæ ſpiritu prius animos *An. V. 568.*
hoſtium, quam arma contudit. Verum vt ad domeſtica *Liuius 38.*
eximiæ eius fiduciæ acta veniamus: cum à L. Scipione ex *Auct. de vi-*
Antiochenſi pecunia H-S. quadragies ratio in curia re- *ris Illuſtr.*
2 poſceretur, prolatum ab eo librum, quo acceptæ & expen-
ſæ ſummæ continebantur, & refelli inimicorum accuſa-
tio poterat, diſcerpſit: indignatus de ea re dubitari, quæ
ſub ipſo legato adminiſtrata fuerat. Quinetiam in hunc
modum egit: Non reddo patres conſcripti ærario veſtro
H-S. quadragies rationem, alieni imperii miniſter, quod
meo ductu, meiſq; auſpiciis bis millies H-S. vberius feci.
Neque enim huc puto malignitatis ventum, vt de mea
3 innocentia quærendum ſit. Nam cum Africam totam
poteſtati veſtræ ſubiecerim, nihil ex ea quod meum dice-
retur, præter cognomen, retuli. Non igitur me Punicæ,
non fratrem meum Aſiaticæ gazæ auarum reddiderunt:
ſed vterq; noſtrum magis inuidia, quam pecunia locuple-
tior eſt. Tam conſtantem defenſionem Scipionis vniuer-
ſus ſenatus comprobauit.
Sicut & illud factum: quod cū ad neceſſarium Reip. v- *Liuius 38.*
ſum pecuniam ex ærario promi opus eſſet; idq; Quæſto-

res, quia lex obſtare videretur, aperire non auderent, pri-
uatus claues popoſcit, patefactoque ærario, legem vtili-
tati cedere coegit. Quam quidem ei fiduciam conſcientia 4
illa dedit, quia meminerat omnes leges à ſe eſſe ſeruatas.
Non fatigabor eiuſdem facta identidem referendo, quo-
An. V. 565. niam nec ille quidem in conſimili genere virtutis edendo
Liuius 38. fatigatus eſt. Diem illi ad populum M. Næuius tribu- 5
Gell. 4. c. 18. nus pleb. aut (vt quidam memorant) duo Petilii dixerant:
quo ingenti frequentia in forum deductus, roſtra con-
ſcendit, capitiq; ſuo corona triumphali impoſita, Hac, in-
quit, Quirites, die, Carthaginem magna ſperantem, le-
ges veſtras accipere iuſſi: proinde æquum eſt vos mecum
ire in Capitolium ſupplicatum. Speciosiſſimam eius de-
inde vocem æque clarus euentus ſecutus eſt: ſiquidem &
ſenatum totum, & vniuerſum equeſtrem ordinem & cun-
ctam plebem Iouis Optimi Maximi puluinaria petens,
comitem habuit. Reſtabat vt tribunus apud populum
ſine populo ageret, deſertuſque in foro cum magno calu-
mniæ ſuæ ludibrio, ſolus moraretur: Cuius deuitandi ru-
boris cauſa, in Capitolium proceſſit, deq; accuſatore Sci-
pionis venerator eſt factus.

2. Auiti ſpiritus egregius ſucceſſor Scipio Aemilianus,
An. V. 629. cum vrbem præualidam obſideret, ſuadentibus quibuſ-
dam vt circa mœnia eius ferreos murices ſpargeret, o-
mniaq; vada tabulis plumbatis conſterneret, habentibus
clauorum cacumina, ne ſubita eruptione hoſtes in præſi-
dia noſtra impetum facere poſſent: reſpondit, non eſſe e-
iuſdem, & capere aliquos velle & timere.

3. In quamcunque memorabilium partem exemplo-
rum conuertar, velim nolim, in cognomine Scipionum
hæream neceſſe eſt. Qui enim licet hoc loci Naſicam præ-
terire fidentis animi, dictique clariſſimum auctorem?
An. vrb. 615 Annonæ caritate increbreſcente, C. Curatius Tribunus
pleb. productos in concionem Coſſ. compellebat, vt de
frumento emendo, atque ad id negotium explicandum
mittendis legatis in curiam referrent. Cuius inſtituti
minime vtilis interpellandi gratia Naſica contrariam
actionem ordiri cœpit. Obſtrepente deinde plebe, Tace-
te quæſo Quirites, inquit: plus enim ego, quam vos quid
reipubl. expediat, intelligo. Qua voce audita, omnes ple- 6
no vene-



no venerationis ſilentio, maiorem eius auctoritatis, quam
ſuorum alimentorum reſpectum egerunt.
7 Liuii quoq; Salinatoris æternæ memoriæ tradendus 4.
animus: qui cum Aſdrubalem, exercitumque Pœnorum
in Vmbria deleſſet, & ei diceretur, Galios ac Ligures ex An. V. 546.
acie ſine ducibus & ſignis, ſparſos ac palantes parua manu Liuius 27.
opprimi poſſe: reſpondit, Parci eis oportere ne hoſtibus
tantæ cladis domeſtici nuntii deeſſent.
Bellica hæc præſentia animi: togata illa, ſed non minus 5.
laudabilis, quam P. Furius Philus conſul in ſenatu exhi-
buit. Q. enim Metellum, Q. que Pompeium conſulares An. V. 617.
viros vehementes inimicos ſuos, cupitam ſibi profectio-
nem in prouinciam Hiſpaniam, quam ſortitus erat, iden-
8 tidem exprobrantes, legatos ſecum illuc ire coegit. O fi-
duciam non ſolum fortem, ſed pene etiam temerariam;
qua duobus acerrimis odiis latera ſua cingere eſt auſus,
vſumq; miniſterii vix tutum in amicis, è ſinu inimicorum
petere ſuſtinuit.
Huius factum, ſi cui placet: neceſſe eſt L. etiam Craſſi, 6.
9 qui apud maiores eloquentia clariſſimus fuit, propoſitum
non diſpliceat: nam cum ex conſulatu prouinciam Gal- An. V. 659.
liam obtineret atque in eam C. Carbo, cuius patrem da- Cic. Verr. 5.
mnauerat, ad ſpeculanda acta ſua veniſſet; non ſolum
eum inde non ſummouit, ſed inſuper locum ei in tribuna-
li aſſignauit, nec vlla de re, niſi eo in conſilium adhibito,
cognouit. Itaq; acer & vehemens Carbo nihil aliud
Gallica peregrinatione conſecutus eſt, quam vt animad-
uerteret ſontem patrem ſuum ab integerrimo viro in exi-
lium miſſum.
Cato vero ſuperior ſæpenumero ab inimicis ad cauſſæ 7.
dictionem vocatus, nec vllo vnquam crimine conuictus: An. vrb. 575
ad vltimum tantum fiduciæ in ſua innocentia repoſuit, vt circiter.
ab his in quæſtionem publicam deductus, Ti. Gracchum,
à quo in adminiſtratione reipub. ad * multum odium diſſi- * al. vltimũ.
debat, iudicem depoſceret. Qua quidem animi præſtantia
pertinaciam eorum inſectandi ſe inhibuit. 8.
Eadem M. Scauri fortuna, æque ſenectus longa, An. V. 662.
ac robuſta, idem animus. Qui cum pro roſtris accuſare- Ped. in Scau
tur, quod à rege Mithridate ob rempublicam prodendam riana. Auct.
pecuniam accepiſſet, cauſam ſuam ita egit: Eſt quidem de viris Illu.
G 3 Quint. 5. c. 12

iniquum Quirites, cum inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos, quorum maior pars honoribus & actis meis intereſſe non potuit, interrogare: Varius Sucronenſis Aemilium Scaurum regia mercede corruptum imperium populi Rom. prodidiſſe ait: Aemilius Scaurus huic ſe affinem eſſe culpæ negat: Vtri creditis? Cuius dicti admiratione populus commotus, Varium ab illa dementiſſima actione pertinaci clamore depulit.

9 Contra M. Antonius ille diſertus. non enim reſpuendo, ſed amplectendo cauſæ dictionem, quam innocens

*An. V. 639.* eſſet, teſtatus eſt. Quæſtor proficiſcens in Aſiam, Brun-

*Val. 6. c. 8.* duſium iam peruenerat: vbi literis certior factus inceſti ſe poſtulatum apud L. Caſſium Prætorem, cuius tribunal propter nimiam ſeueritatem ſcopulus reorum dicebatur: cum id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui reip. cauſſa abeſſent, recipi nomina vetabat: in Vrbem tamen recurrit: Quo tam pleno fiduciæ bonę conſilio, cum abſolutionem celerem tum profectionem honeſtiorem conſecutus eſt.

10. Sunt & illa ſpecioſæ fiduciæ publica exempla. Nam

*An. V. 472.* eo bello, quod aduerſus Pyrrhum gerebatur, Carthagi-

*Iuſtin. 18.* nenſes 100. ac 30. nauium claſſem in præſidium Romanis Oſtiam vltro cum miſiſſent; ſenatui placuit legatos ad ducem eorum ire, qui dicerent populum Rom. bella ſuſcipere ſolere, quæ ſuo milite gerere poſſet: proinde claſſem Carthaginem reducerent. Idem poſt aliquot an-

*An. vr. 542.* nos Cannenſi clade exhauſtis Romani imperii viribus,

*Liu. 26. Zonar Collinam ſcribit Liuius.* ſupplementum exercitus in Hiſpaniam mittere auſus, fecit ne hoſtilium locus caſtrorum, tum maxime Capenam portam armis Annibale pulſante, minoris veniret, quam ſi Pœni illum non obtinerent Ita ſe gerere in aduerſis rebus quid aliud eſt, quam ſæuientem fortunam, in adiutorium ſui, pudore victam conuertere?

11. Magno ſpacio diuiſus eſt à ſenatu ad poetam Ac-

*C. Cæſarem Strabonem intelligit, qui bello Mariano periit.* cium tranſitus. Ceterum vt ab eo decentius ad externa tranſeamus, producatur in medium. Is Iulio Cæſari ampliſſimo & florentiſſimo viro in collegium poetarum venienti nunquam aſſurrexit: non maieſtatis eius immemor, ſed quod in comparatione communium ſtudiorum,



rum, aliquanto ſuperiorem ſe eſſe confideret: Quapropter inſolentiæ crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur.

## EXTERNA.

Nec Euripides quidem Athenis arrogans viſus eſt, cum poſtulante populo, vt ex tragœdia quandam ſententiam tolleret, progreſſus in ſcenam dixit: Se vt eum doceret, non vt ab eo diſceret, fabulas componere ſole- * al. *exiſti-*

re. *Laudanda profecto fiducia eſt; quæ * æſtimationem ſui* *mationem.*

*certo pondere examinat, tantum ſibi arrogans, quantum à contemptu & inſolentia diſtare ſatis eſt.*

Itaque etiam quod Alceſtidi tragico poetæ reſpondit, probabile: apud quem cum quereretur, quod eo triduo * *al.* produ-

non vltra tres verſus maximo impenſo labore * deduce- cere.

re potuiſſet, atque is ſe centum perfacile ſcripſiſſe gloriaretur: Sed hoc, inquit, intereſt, quod tui in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus ſufficient. Alterius enim fœcundi curſus ſcripta intra primas memoriæ metas corruerunt, alterius cunctante ſtylo elucubratum opus per omne æui tempus plenis gloriæ velis feretur.

Adiiciam ſcenæ eiuſdem exemplum: Antigenidas 2.

tibicen diſcipulo ſuo magni profectus, ſed parum feliciter populo ſe approbanti, cunctis audientibus, dixit: Mihi cane, & Muſis. Quia videlicet perfecta ars fortunæ leno-

10 cinio defecta, fiducia iuſta non exuitur: quamque ſcit ſe laudem mereri, eam etſi ab aliis non impetrat, domeſtico tamen acceptam iudicio refert.

Zeuxis autem cum Helenam pinxiſſet, quid de eo o- 3.

11 pere homines cenſuri eſſent, expectandum non putauit; ſed protinus hos verſus adiecit: *Iliad. γ.*

Οὐ νέμεσις Τρῶας τε, καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς
Τοιῇδ᾽ ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Adeone dextræ ſuę multum pictor arrogauit, vt eo tantum forma comprehenſum crederet, quantum aut Læda cæleſti partu edere, aut Homerus diuino ingenio exprimere potuit?

Phidias quoque Homeri verſibus egregio dicto 4.

alluſit. Simulacro enim Iouis Olympii perfecto, quo

* *al.* fabrefecere.

nullum præſtantius, aut admirabilius humanæ * fabricatæ ſunt manus; interrogatus ab amico, quonam mentem ſuam dirigens, vultum Iouis propemodum ex ipſo cœlo petitum eboris lineamentis eſſet amplexus: illis ſe 12
verſibus quaſi magiſtris vſum reſpondit:

*Iliad.* α.

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

5. *Plut. Polit. Patientē iniuriarum à ſuis ciuibus illatarum fuiſſe tradit Probus.* δείκνυσι καὶ ἀρχὴν ἀνήρ.

Non patiuntur me tenuioribus exemplis diutius inſi 13
ſtere fortiſſimi duces. Siquidem Epaminondas, cum ei ciues irati, ſternendarum in oppido viarū contumeliæ cauſa curam mandarent (erat enim illud miniſterium apud eos ſordidiſſimum) ſine vlla cunctatione id recepit, daturumque ſe operam vt breui ſpecioſiſſimum fieret, aſſeuerauit: Mirifica deinde procuratione, abiectiſſimum negocium pro ampliſſimo ornamento expetendum Thebis reddidit.

6. *An. vrb. 568 circiter. Cic. diu. 2. Plut. de exilio.*

Annibal vero cum apud regem Pruſiam exularet, auctorque ei committendi prælii eſſet, atque is non idem ſibi extis portendi diceret; An tu, inquit, vitulinæ caruncu-
læ, quam imperatori veteri mauis credere? Si verba 14
numeres, breuiter, & abſciſe. ſi ſenſum æſtimes, copioſe
& valenter. Hiſpanias enim ereptas populo Rom. Gal- 15
liarum ac Liguriæ vires in ſuam redactas poteſtatem, & nouo tranſitu Alpium iuga patefacta, & Traſimenum lacum dira inuſtum memoria, & Cannas Pœnicæ victoriæ clariſſimum monimentum, & Capuam poſſeſſam, & Italiam laceratam, ante pedes hominis effudit; vniuſq; hoſtiæ iocinori, longo experimento teſtatam gloriam ſuam, poſtponi æquo animo non tulit: & ſane quod ad exploranda bellica ſacrificia, æſtimandoſq; militares ductus attinebat; omnes foculos omnes aras Bithyniæ, Marte ipſo iudice, pectus Annibalis prægrauaſſet.

7. *Athen. 2.*

Capax generoſi ſpiritus illud quoque dictum regis Cotys: vt enim ab Athenienſibus ciuitatem ſibi datam cognouit, Et ego, inquit, illis meæ gentis ius dabo. Aequauit Athenis Thraciam ne viciſſitudine talis beneficii imparem ſe iudicando, humilius de origine ſua ſentire exiſtimaretur.

8

Nobiliter etiam vterque Spartanus, & qui increpitus



pitus à quodam, quod in aciem claudus deſcenderet; pugnare, non fugere propoſitum ſibi eſſe reſpondit. Et qui referēre quodam, ſagittis Perſarum ſolem obſcurari ſolere: Bene narras, inquit, in vmbra enim me ius prœliabimur. Eiuſdem vir vrbis atq; animi hoſpiti ſuo patriæ muros excelſos latoſq; oſtendenti, dixit: Si mulieribus iſtos comparaſtis, recte: ſi viris, turpiter.

*Plutarch. in Apoph. Laconic.*

---

## *CAPVT VIII.*

## DE CONSTANTIA.


| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | *Q. Fuluii Flacci procos.* | 7 | *Pontii centurionis.* |
| 2 | *Q. Fabii Max. Verrucoſſi.* | 8 | *C. Meuii centurionis.* |
| | | | Externorum. |
| 3 | *C. Calpurnii Piſonis Cos.* | 1 | *Blaſſii Salapini.* |
| | | 2 | *Phocionis Athenienſis.* |
| 4 | *Q. Metelli* Numidici. | 3 | *Socratis Athenienſis.* |
| 5 | *Q. Scæuolæ Auguris.* | 4 | *Ephialtis Athenienſis.* |
| 6 | *Semproniæ Gracchorum ſororis.* | 5 | *Dionis Syracuſani.* |
| | | 6 | *Alexandri Magni.* |


1 APertum & animoſum bonæ fiduciæ pectus emen-
2 ſo quaſi debitum ſupereſt opus conſtantiæ. *Natura* enim *comparatum eſt, vt quiſquis ſe aliquid ordine, ac recte mente complexum confidit; vel iam geſtum, ſi obtrectetur, acriter tueatur: vel nondum editum, ſi interpelletur, ſine vlla cunctatione ad effectum perducat.*

Sed dum exemplar propoſitæ rei perſequor, latius mihi circumſpicienti ante omnia ſe Fuluii Flacci conſtantia offert. Capuam fallacibus Annibalis promiſſis
3 Italiæ regnum nefaria defectione paciſci perſuaſam, armis occupauerat: Tam deinde culpæ hoſtium iuſtus æſtimator, quam ſpecioſus victor, Campanum ſenatum impii decreti auctorem funditus delere conſtituit. Itaque catenis onuſtum in duas cuſtodias Theanam, Calenamque diuiſit; conſilium executurus, cum ea pergiſſet, quorum adminiſtrandorum celerior eſſe neceſſitas videbatur. Rumore autem de mitiore ſenatus ſententia orto, ne debitam pœnam ſcelerati effugerent, nocte admiſſo

1 *An. V. 542. Liuius 26.*

equo, Theanam contendit; interfectiſque qui ibi aſſerua-
bantur, eueſtigio Cales tranſgreſſus, perſeuerantiæ ſuæ
opus executus eſt: Etiam deligatis ad palum hoſtibus, 4
literas à P. C. ne quicquam Campanis ſalutares accepit.
In ſiniſtra enim eas manu, ſicut erant traditæ, retinuit:
ac iuſſo lictore lege agere, tum demum aperuit, poſt- 5
quam illis obtemperari non poterat. Qua conſtantia
* al. anteceſſit. victoriæ quoq; gloriam * antecellit: quia ſi eum intra ſe-
ipſum partita laude æſtimes; maiorem punita Capua,
quam capta reperies.

2. An. V. 536. Liu. 22. Plut
Atque iſta quidem ſeueritatis, illa vero pietatis con-
ſtantia admirabilis, quam Qu. Fabius Maximus infa-
tigabilem patriæ præſtitit: Pecuniam pro captiuis An-
nibali numerauit, fraudatus ea publice, tacuit. Dictato-
ri ei magiſtrum equitum Minucium iure imperii ſena-
tus æquauerat, ſilentium egit. Compluribus præterea in-
iuriis laceſſitus, in eodem animi habitu permanſit, nec
An. vrb. 537 Liu. Plut. vnquam ſibi reipublicæ permiſit iraſci, tam perſeuerans
in amore ciuium fuit. Quid in bello gerendo; nonne
par eius conſtantia? Imperium Romanum Cannenſi
prœlio pene deſtructum vix ſufficere ad exercitus com-
parandos videbat. Itaq; fruſtrari & eludere Pœnorum im-
petus, quam manum cum his tota acie conſerere melius
ratus, pluribus comminationibus Annibalis irritatus. ſæ-
pe etiam ſpecie bene gerendæ rei oblata; nunquam à con- 6
ſilii ſalubritate, ne parui quidem certaminis diſcrimine, re-
ceſſit. *Quodque eſt difficilimum, vbiq; ira ac ſpe ſuperior ap-
paruit.* Ergo vt Scipio pugnando, ita hic non dimicando,
maxime ciuitati noſtræ ſuccurrit. Alter enim celeritate ſua 7
Carthaginem oppreſſit: alter cunctatione id egit, ne Ro-
ma opprimi poſſet.

3. An. V. 686. * al. conſulatum.
C. etiam Piſonem mirifice & conſtanter turbu-
lento reipublicæ ſtatu egiſſe * conſulem narratione in-
ſequenti patebit. M. Palicani ſeditioſiſſimi hominis pe-
ſtiferis blanditiis præreptus populi fauor, conſularibus co-
mitiis ſummum dedecus admittere conabatur, ampliſſi-
mum ei imperium deferre cupiens, cuius teterrimis actis
exquiſitum potius ſupplicium, quam vllus honos debe-
batur. Nec deerat conſternatæ multitudini ſurialis fax
tribunitia, quæ temeritatem eius & ruentem comitare-
tur, &



tur, & languentem actionibus ſuis inflammaret. In hoc
8 miſerando pariter & erubeſcendo ſtatu ciuitatis, tantum
non manibus tribunorum pro Roſtris Piſo collocatus,
cum hinc atque illinc eum ambiſſent, & an Palicanum
ſuffragiis populi conſulem creatum, renuntiaturus eſſet,
interrogaretur: primo reſpondit, Non exiſtimare ſe tan-
tis tenebris offuſam eſſe rempublicam vt huc indignita-
tis veniretur. Deinde cum perſeueranter inſtarent, ac di-
9 cerent: Age, ſi ventum fuerit; Non renuntiabo, inquit.
Quo quidem tam abſciſo reſponſo conſulatum Palicano,
prius quam illum adipiſceretur. eripuit Multa & terribi-
lia Piſo contempſit, dum ſpecioſum mentis ſuæ flecti non
vult rigorem.

Metellus autem Numidicus, propter conſimile per- 4.
ſeuerantiæ genus, excepit quoque indignam maieſtate
ac moribus ſuis procellam. Cum enim animaduerte- An. vrb 65.
ret, quo tenderent Saturnini tribuni plebis funeſti cona- Liu. 69. Ap.
tus, quantoque malo Reipublicæ niſi his occurreretur, Ciuil. Cic.
erupturi eſſent, in exilium, quam in legem eius ire maluit. pro Balbo.
Poteſt aliquis hoc viro dici conſtantior? qui ne ſententia
ſua pelleretur, patria, in qua ſummum dignitatis gradum
obtinebat, carere ſuſtinuit.

Ceterum vt neminem ei prætulerim, ita Qu. Scæ- 5.
uolam Augurem merito comparauerim. Depulſis pro- An. V. 665.
ſtratiſque inimicorum partibus, Sylla occupata vrbe ſe-
natum armatus coegerat, ac ſumma cupiditate fereba-
10 tur, vt C. Marius quam celerrime hoſtis iudicaretur:
Cuius voluntati nullo obuiam ire audente, ſolus Scæuo-
la interrogatus de hac re, ſententiam dicere noluit. Quin-
etiam truculentius ſibi minitanti Syllæ. licet, inquit, mi-
hi agmina militum, quibus Curiam circumſediſti, oſten-
tes: licet mortem identidem miniteris, nunquam tamen
efficies, vt propter exiguum ſenilemq; ſanguinem meũ,
Marium, à quo Vrbs & Italia conſeruata eſt, hoſtem iu-
dicem.

Quid feminæ cum concione? ſi patrius mos ſerue- 6.
tur, nihil. *Sed vbi domeſtica quies ſeditionum agitata flu-
ctibus eſt, priſca conſuetudinis auctoritas conuellitur: pluſ-*
*que valet quod violentia cogit, quam quod ſuadet & præ-* An. V. 650.
*cipit verecundia.* Itaque & Sempronia Ti. & C. Grac- Ap. ciuil. 1.

chorum ſoror, vxor Scipionis Aemiliani, non vt abſurde
grauiſſimis virorum operibus inſerens, maligna relatione
comprehendam; ſed quia à tribuno plebis producta ad
populum, in maxima confuſione nihil à tuorum ampli-
tudine degeneraſti, honorata memoria proſequar. Coa-
cta es eo loci conſiſtere, vbi principum ciuitatis perturba-
ri frons ſolebat: Inſtabat tibi toruo vultu minas profun- 11
*Valerius itẽ lib. 9. c. 6.*
dens ampliſſima poteſtas, clamore imperitæ multitudi-
nis obſtrepens, totum forum acerrimo ſtudio nitebatur,
vt Equitio cui Semproniæ gentis falſum ius quærebatur,
tanquam filio Tiberii fratris tui oſculum dares: tu tamẽ
illum, neſcio quib: tenebris protractum, portentum, exe-
crabili audacia, ad vſurpandam alienam propinquitatem
tendentem, repuliſti.

7. Non indignabuntur Vrbis noſtræ lumina, ſi inter
eorum eximium fulgorem, centurionum quoque virtus
ſpectandam ſe obtulerit. Nam *vt humilitas amplitudi-*
*An. V. 707. Hirtius, de bell. Afric.*
*nem venerari debet, ita nobilitati fouenda magis, quam*
*ſpernenda bonæ indolis nouitas eſt.* An abigi debet T. Pon-
tius ab horum exemplorum contextu? qui pro Cæſaris
partibus excubans, Scipionis præſidio interceptus, cum
vno modo ſalus ab eo daretur, ſi ſe futurum Cn. Pompeii
generi ipſius militem affirmaſſet, ita reſpondere non du-
bitauit: Tibi quidem Scipio gratias ago: ſed mihi vti iſta
conditione vitæ non eſt opus.

8. Sine vllis imaginibus nobilem animum, & idem
*An. V. 723.*
conſtantiæ propoſitum ſecutus C. Meuius centurio diui
Auguſti, cum Antoniano bello ſæpenumero excellentes
pugnas edidiſſet, improuiſis hoſtium inſidiis circumuen-
tus, & ad Antonium Alexandriam perductus, interroga-
tuſq; quid nam de eo ſtatui deberet: Iugulari me, inquit,
iube: quia nec ſalutis beneficio, neque mortis ſupplicio ad-
duci poſſum, vt Cæſaris miles eſſe deſinam, & tuus eſſe in- 12
cipiam. Ceterum quo conſtantius vitam contempſit, eo
facilius impetrauit. Antonius enim virtuti eius incolumi-
tatem * tribuit.

* *al.* præſtitit.

## EXTERNA.

1. Complura huius notæ Romana exempla ſu-
perant, ſed ſatietas modo vitanda eſt. Itaque ſtylum
meum



meum ad externa iam delabi permittam, quorum princi-
*An. V. 543. Liuius 26. Blattium vocat.*
patum teneat Blaſſius, cuius conſtantia nihil pertina-
cius. Salapiam enim patriam ſuam præſidio Punico oc-
cupatam, Romanis cupiens reſtituere, Daſium acerrimo
ſtudio ſecum in adminiſtratione reipublicæ diſſidentem,
& animo toto Annibalis amicitiæ vacantem, ſine quo
propoſitum conſilium peragi non poterat, ad idem
opus aggrediendum maiore cupiditate, quam ſpe cer-
tiore, tentare auſus eſt: qui protinus ſermonem eius,
adiectis quæ ſe commendatiorem, & inimicum inui-
ſiorem factura videbantur, Annibali retulit: A quo ad-
eſſe iuſſi ſunt, vt alter crimen probaret, alter defenderet.
13 Ceterum pro tribunali cum res gereretur, & quæſtioni
illi omnium oculi eſſent intenti, dum aliud forte citio-
ris curæ negotium tractatur, Blaſſius vultu diſſimulante,
& voce ſummiſſa, monere Daſium cœpit, vt Romano-
rum potius quam Carthaginenſium partes foueret. E-
nimuero tunc ille proclamat, ſe in conſpectu ducis aduer-
ſus eum ſolicitari: quod quia & incredibile videbatur,
14 & ad vnius tantum aures penetrauerat, & dictabatur ab
inimico, veritas fide caruit. Sed non ita multo poſt Blaſ-
ſii mira conſtantia Daſium ad ſe traxit, Marcelloque Sa-
lapiam, & quingentos Numidas, qui in ea cuſtodiæ cauſſa
erant, tradidit.

2. *Plutarch. in vita.*
Phocion vero, cum Athenienſes rem aliter at-
15 que ipſe ſuaſerat, proſpere adminiſtraſſent, adeo perſe-
uerans ſententiæ ſuæ propugnator extitit, vt in concio-
ne lætari quidem ſe ſucceſſu eorum, ſed conſilium ta-
men ſuum aliquanto melius fuiſſe diceret. Non enim
16 damnauit, quod recte viderat: quia quod alius male
conſuluerat, bene ceſſerat: felicius hoc exiſtimans, illud
17 etiam ſapientius. *Blandum animum ſane temeritati*
*caſus facit, vbi prauo conſilio propitius aſpirat: & quo*
*vehementius noceat, inſperatius prodeſt.* Placidi & mi-
*Phocion bonus appellatus.*
ſericordes, & liberales, omnique ſuauitate temperati
mores Phocionis, quos optime profecto conſenſus o-
*Aem. Probu. in vita.*
mnium bonitatis cognomine decorandos cenſuit. Itaque
conſtantia, quæ natura rigidior videbatur; lenis è man-
ſueto pectore fluxit.

Socratis autem virilitatis robore palliatus ani-

*Plato in apologia Socr. Xenoph. 4.*

mus aliquanto præfractius perſeuerantiæ exemplum edi- 18
dit. Vniuerſa ciuitas Athenienſium iniquiſſimo ac tru-
culentiſſimo errore inſtincta, de capite decem Præto-
rum, qui apud Arginuſas Lacedæmoniam claſſem dele-
uerant, triſtem ſententiam tulerat. Forte tunc eius pote-
ſtatis Socrates, cuius arbitrio plebiſcita ordinarentur, indi-
gnum iudicans tot, & tam bene meritos ex indigna cauſſa
impetu inuidiæ abripi, temeritati multitudinis conſtan-
tiam ſuam obiecit, maximoque concionis fragore, &
incitatiſſimis minis compulſus non eſt, vt ſe publicæ de-
mentiæ auctorem adſcriberet: Quæ oppoſitu eius legi-
tima graſſari via prohibita, iniuſto prætorum cruore ma-
nus ſuas contaminare perſeuerauit: nec timuit Socrates,
ne conſternatæ patriæ, vndecimus furor mors ipſius exi-
ſteret.

4. Proximum, etſi non eiuſdem ſplendoris eſt, tamen 19
adeo certum conſtantiæ haberi poteſt experimentum,
cum efficacis operæ forenſis tum fidei non latentis. Athe-
nis Ephialtes accuſare publice iuſſus, & inter ceteros,
Demoſtrati nomen deferre coactus eſt, cuius filius erat
Demochares, excellentis formæ puer, animo eius fla-
grantiſſimo inhærens amore. Itaque communis officii
ſorte truculentus accuſator, priuati affectus conditione
miſerabilis reus, puerum ad ſe exorandum, quo parcius
patris criminibus inſiſteret, venientem, neque repellere,
neque ſupplicem genibus ſuis aduolutum intueri ſuſtinu-
it. Sed operto capite flens & gemens, preces expromere
paſſus eſt. Nihiloq; minus ſincera fide accuſatum Demo-
ſtratum damnauit: victoriam neſcio laude, an tormento 20
maiore conſecutus: quoniam prius quam ſontem oppri-
meret, ſeipſum vicit.

5. Quem Syracuſanus Dion diuerſitate exempli præ-
*Plutarch. in vita.*
grauat, qui quibuſdam monentibus vt aduerſus Heracli-
dem, & Calippum, quorum fidei plurimum credebat,
tanquam inſidias ei nectentes cautior eſſet; reſpondit, ſe
vita malle excedere, quam metu violentæ mortis amicos
inimicoſq; iuxta ponere.

6. Quod ſequitur, & rei ipſius admiratione, & cla-
*Plut. Curt. lib. 3. Arria. 2. Iuſt. 11.*
ritate auctoris illuſtre. Alexander Macedonum rex in-
clyta iam pugna, excellentiſſimis opibus Darii contuſis,
æſtu &



æſtu & itineris feruore in Cilicia percalefactus, Cydno,
qui aquæ liquore conſpicuus, Tarſum interfluit, corpus
21 ſuum immerſit: Subito deinde ex nimio hauſtu rigoris
obſtupefactis neruis, ac torpore hebetatis artubus, in a-
xima cum exanimatione totius exercitus, in oppidum
caſtris propinquum defertur. Iacebat æger Tarſi, inque
valetudine eius aduerſa, inſtantis victoriæ ſpes fluctua-
bat. Itaque conuocati medici, attentiſſimo conſilio ſalu-
tis remedia circumſpiciebant. Qui cum ad vnam potio-
nem ſententiam direxiſſent, atque eam Philippus medi-
cus ſuis manibus temperatam Alexandro (erat autem i-
pſius amicus & comes) porrexiſſet, à Parmenione miſſæ
literæ ſuperueniunt, admonentes, vt rex inſidias Philip-
pi, perinde ac pecunia corrupti à Dario, caueret. Quas
cum legiſſet, ſine vlla cunctatione medicamentum hau-
ſit, ac tunc legendas Philippo tradidit: Pro quo tam con-
ſtanti erga amicum iudicio, digniſſimam à diis immorta-
libus mercedem recepit: qui incolumitatis eius
præſidium falſo interpellari indicio
noluerunt.

# VALERII MAXIMI
## LIBER QVARTVS.
### CAPVT I.
### DE ANIMI MODERATIONE.

Quæ in Romanis.

1 P. Valerio Poplicola Cos.
2 M. Furio Camillo exule.
3 C. Marcio Rutilo cens. 2.
4 L. Quinctio Cincinnato Cos.
5 Q. Fabio Max. Rulliano.
6 P. Africano maiore.
7 M. Claudio Marcello Cos. 4.
8 Ti. Sempronio Graccho trib. pl.
9 C. Claudio Nerone Cos.
10 P. Scipione Aemiliano cens.
11 Q. Mucio Scæuola.
12 Q. Metello Macedonico.
13 Q. Metello Numidico exule.
14 M. Catone Vticenſi.
15 M. Calpurnio Bibulo procos.

Quæ in externis.

1 Archita Tarentino.
2 Platone Athenienſi.
3 Dione Syracuſano.
4 Thraſybulo Athenienſi.
5 Staſippo Tegeate.
6 Pittaco Mitylenæo.
7 Septem ſapientibus.
8 Theopompo Spartanorum rege.
9 Antiocho rege Syriæ.

TRANSGREDIAR ad ſaluberrimam partem *animi moderationem, quæ mentes noſtras impotenti temeritatis incurſu tranſuerſas ferri non patitur.* Quo euenit, vt reprehenſionis morſu ſit vacua, & laudis quæſtu opulentiſſima: itaque effectus ſuos in claris viris recognoſcat.

1. Atque vt ab incunabulis ſummi honoris incipiam, i
P. Valerius, qui populi maieſtatem venerando, Poplico-
*Ann. V.* 244. læ nomen aſſecutus eſt, cum, exactis regibus, imperii eo-
*Liuius* 2. rum vim vniuerſam, omniaque inſignia ſub titulo conſu-
*Plutarch.* latus in ſe translata cerneret, inuidioſum magiſtratus fa-
*Dionyſ.* 5.



ſtigium moderatione ad tolerabilem habitum deduxit: faſces ſecuribus vacuefaciendo, & in concione populo ſummittendo; numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit, vltro Sp. Lucretio collega aſſumpto: ad quem, quia maior natu erat, priores faſces transferri iuſſit. Legem etiam comitiis centuriatis tulit, nequis magiſtratus ciuem Romanum aduerſus prouocationem verberare, aut necare vellet. Ita quo ciuitatis conditio liberior eſſet, imperium ſuum paulatim deſtruxit. Quid, quod ædes ſuas diruit, quia excelſiore loco poſitæ, inſtar arcis habere videbantur: nonne quantum domo inferior tantum gloria ſuperior euaſit?

Vix iuuat abire à Poplicola, ſed venire ad Furium Ca- 2.
millum libet, cuius tam moderatus ex magna ignominia
ad ſummum imperium tranſitus fuit; vt cum præſidium
eius ciues capta à Gallis vrbe Ardeæ exulantis petiiſſent, *An. vr.* 363.
non prius Veios ad accipiendum exercitum iret, quam *Liuius* 5.
de Dictura ſua omnia ſolẽni * iure acta comperiſſet. Ma- *Plut.*
gnificus Camilli Veientanus triumphus, egregia Gallica * *al.* more.
victoria; ſed iſta cunctatio longe admirabilior. *Multo enim multoq; ſe ipſum quam hoſtem ſuperare operoſius eſt:* nec aduerſa præpropera feſtinatione fugientem, nec ſecunda effuſo gaudio apprehendentem.

Par Furio moderatione Marcius Rutilus Cenſori- 3.
nus. Iterum enim cenſor creatus, ad concionem populum *An. vr.* 488.
vocatum quã potuit grauiſſima oratione corripuit, quod *Plutarch.*
eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet; cuius maiores, quia *Coriolano.*
nimis magna videretur, tempus coarctandum iudicaſ-
ſent. Vterque recte, & Cenſorinus, & populus: alter enim *An. vr.* 319.
vt moderate honores crederent, præcepit, alter ſe mode- *Liuius* 4 & 9.
rato credidit.

Age, L. Quintius Cincinnatus qualẽ conſulem egit? 4.
cum honorem eius Patres conſcripti continuare vellent, *An. vr.* 293.
non ſolum propter illius egregia opera, ſed etiam quod *Liuius lib.* 3.
populus eoſdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum iure fieri poterat: vtrumq; diſcuſſit, ſenatus ſimul ſtudium inhibendo, & tribunos verecundiæ ſuæ exemplum ſequi cogendo. Ita vnus in cauſa fuit, vt ampliſſimus ordo, populuſque tutus eſſet ab iniuſti facti reprehenſione.

5. Fabius vero Maximus cum à ſe quinquies, & à patre,
auo, proauo, maioribusq; ſuis ſæpenumero conſulatum
An.vr.461. geſtum animaduerteret:comitiis,quibus filius eius ſum-
mo conſenſu conſul creabatur, quam potuit conſtanter
cum populo egit,vt vacationem aliquando huius honoris
Fabiæ genti daret:non quod filii virtutibus diffideret (e-
rat enim illuſtris) ſed ne maximum imperium in vna fa-
milia continuaretur. Quid hac moderatione valentius,
aut efficaciusq; quæ etiam patrios affectus,qui potentiſſimi
habentur,ſuperauit?

6. Non defuit maioribus grata mens ad præmia ſuperio-
An.vr.551. ri Africano exoluenda;ſiquidem maxima eius merita pa-
Ipſe Val. 8. ribus ornamentis decorare conati ſunt. Voluerunt illi
cap. 15. ſtatuas in comitio,in roſtris,in curia, in ipſa deniq; Iouis
Liuius 38. Opt.Max.cella ponere:voluerunt imaginem eius trium-
phali ornatu indutam,Capitolinis puluinaribus applica-
re:voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos con-
ſulatum,perpetuamque dictaturam tribuere. Quorum
ſibi nullum,neque plebiſcito dari, neque ſenatuſconſulto
decerni patiēdo,pene tantum in recuſandis honoribus ſe
geſſit,quantum geſſerat in emerendis.

An.vr.558. Eodem robore mentis cauſſam Annibalis in ſenatu
Liuius 33. protexit, cum eum ciues ſui miſſis legatis tanquam ſedi-
tiones apud eos mouentem accuſarent: Adiecit quoque
non oportere Patres conſcriptos ſe reip. Carthaginenſiū
interponere: altiſſimaque moderatione alterius ſaluti
conſuluit,alterius dignitati;victoria tenus, vtriuſque ho-
ſtem egiſſe contentus.

7. At M. Marcellus, qui primus & Annibalem vinci,
& Syracuſas capi poſſe docuit:cum in conſulatu eius Si-
An.vr.543. culi de eo queſtum in vrbem veniſſent, nec ſenatum vlla
Liu. 26. de re habuit,quia collega Valerius Læuinus forte aberat,
Plutarch. ne ob id Siculi in querendo timidiores eſſent. At vt is
rediit vltro de his admittendis retulit, querenteſque de
ſe patienter ſuſtinuit. Iuſſos etiam à Læuino diſcedere;
remanere,vt ſuæ defenſioni intereſſent,coegit: Ac dein-
de vtraque parte perorata,etiam excedentes curia, ſub-
ſecutus eſt:quo liberius ſenatus ſententiam ferret. Im-
probatis quoque eorum querelis, ſupplices & orantes vt
ab eo in clientelam reciperentur, clementer excepit: Su-
per hæc



per hæc Siciliam ſortitus,eam prouinciam collegæ ceſſit.
Toties laudatio Marcelli variari poteſt,quoties nouis ipſe
gradibus moderationis aduerſus ſocios vſus eſt.

Quam Ti. etiam Gracchus admirabilem ſe exhi- 8.
buit! Tribunus enim plebis, cum ex profeſſo inimicitias
cum Africano,& Aſiatico,Scipionibus gereret,& Aſiati- An. vr. 566
cus iudicatæ pecuniæ ſatiſdare non poſſet, atque ideo à Liuius 38.
1 conſule in vincula publica duci iuſſus eſſet, appellaſſetque Gell. 7. c. 19.
collegium tribunorum,nullo volente intercedere, ſeceſ-
ſit à collegis, decretumque compoſuit: Nec quiſquam
dubitauit,quin eo ſcribendo,* irati hoſtis aduerſus Aſia- * al. iracun-
ticum verbis vſurus eſſet. At is primum iurauit ſe cum dis.
Scipionibus in gratiam non rediiſſe: deinde tale decretū
recitauit: Cum L. Cornelius Scipio die triumphi ſui ante
currum actos hoſtium duces in carcerem coniecerit; in-
3 dignum & alienum à maieſtate populi Rom. videri eo-
dem ipſum duci. Itaque id non ſe paſſurum fieri. Libenter
tunc opinionē ſuam populus Rom. à Graccho deceptam
cognouit,moderationemque eius debita laude proſecu-
tus eſt.

C.quoque Claudius Nero inter cetera præcipue mo- 9.
derationis exempla numerandus eſt. Liuii Salinatoris in
Aſdrubale opprimendo gloriæ particeps fuerat: attamen An vr. 546
eum triumphantem equo ſequi, quam triumpho quem Liuius 28.
ei ſenatus æque decreuerat,vti maluit;quia res in prouin-
cia Salinatoris geſta fuerat. Sine curru ergo triumphauit,
eo quidem clarius, quod illius victoria tantummodo lau-
dabatur,huius etiam moderatio.

Ne Africanus quidem poſterior nos de ſe tacere pati- 10.
tur: Qui cenſor,cum luſtrum conderet, inque Solitaurili
4 ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſolenne ei precationis An. vr. 611.
carmen preiret, quo dii immortales vt populi Romani
res meliores ampliorerſque facerent, rogabantur: Satis,
inquit,bonæ ac magnæ ſunt.itaque precor vt eas perpe-
tuo incolumes ſeruent. Ac protinus in publicis tabulis ad
hunc modum carmen emendari iuſſit. Qua votorum
verecundia deinceps cenſores in cōdendis luſtris vſi ſunt.
Prudenter enim ſenſit tunc incrementum Romano im-
perio petendum fuiſſe, cum intra ſeptimum lapidem
triumphi quærebantur: Maiorem autem totius terra-

H 4

ruma orbis partem poſſidenti, vt auidum eſſet quicquam
vltra appetere;ita abunde felix, ſi nihil ex eo quod obti-
*Cic.pro Cluent.* nebat,amitteret. Neque alia eius in cenſura moderatio
pro tribunali apparuit. Centurias recognoſcens equitum,
*Plutarch. Apoph.* poſtquam C. Licinium Sacerdotem citatum proceſſiſ-
ſe animaduertit: dixit ſe ſcire illum verbis conceptis pe-
ieraſſe. Proinde ſi quis eum accuſare vellet,vſurum teſti-
monio ſuo;ſed nullo ad id negotium accedente, Traduc
equum, inquit Sacerdos, ac lucrifac cenſoriam notam:
ne ego in tuam perſonam,& accuſatoris, & teſtis, & iudi- 5
cis partes egiſſe videar.

11. Quod animi temperamentũ etiã in Q. Scæuola excel-
lentiſſimo viro adnotatum eſt. Teſtis nanque in reum
productus, cum id reſpondiſſet, quod ſalutem periclitan-
tis magnopere læſurum videbatur, diſcedens adiecit, ita
ſibi credi oportere,ſi & alii idem aſſueueraſſent: quoniam
vnius *teſtimonio aliquem credere peſſimi* eſſet exempli:
Et religioni igitur ſuæ debitam fidem & communi vtili-
tati ſalubre conſilium reddidit.

12. Sentio quos ciues, quæve facta eorum ac dicta
quam incongruo ambitu orationis amplectar. Sed cum 6
magna & multa breuiter dicenda ſint de claritate excel-
lentibus viris: ſermo infinitis perſonis, rebuſq; circumfu-
ſus, vtrumque præſtare non poteſt. Itaque propoſiti quo-
que noſtri ratio non laudanda ſibi omnia,ſed recordanda
ſumpſit. Quapropter bona cum venia duo Metelli, Mace-
donicus,& Numidicus, maxima patriæ ornamenta ſtri-
ctim ſe narrari patiẽtur: Acerrime cum Scipione Africano
Macedonicus diſſenſerat,eorumque ab æmulatione vir-
tutis profecta contentio, ad graues teſtataſq; inimicitias
*An.vr. 624* progreſſa fuerat. Sed cum interemptum Scipionem
conclamari audiſſet, in publicum ſe proripuit, mœſto-
que vultu & voce confuſa, Concurrite, concurrite, in-
quit, ciues, mœnia Vrbis noſtræ euerſa ſunt: Scipioni
enim Africano intra ſuos penates quieſcenti nefaria vis
illata eſt. O Rempub. pariter Africani morte miſeram,&
Macedonici tam humana, tamque ciuili lamentatione
felicem! eodem enim tempore, & quantum amiſiſſet
*Plin.7.c.44* principem,& qualem haberet, recognouit. Idem filios
ſuos monuit vt funebri eius lecto humeros ſubiicerent,
atque



atque huic exequiarum,illum honorem vocis adiecit, Nõ
fore, vt poſtea id officium ab illis viro maiori præſtari
poſſet. Vbi illa tot in curia iurgia? vbi tam multæ pro ro-
ſtris altercationes? vbi maximorum ducum & ciuium
tantum non togata prœlia? Omnia nimirum iſta præci-
pua veneratione proſequenda deleuit moderatio.

Numidicus autem Metellus populari factione pa- 13.
tria pulſus in Aſiam ſeceſſit: in qua, cum ei forte ludos *An.vr. 654.*
7 Trallibus ſpectanti literæ redditæ eſſent, quibus ſcriptum *Liu.69. Auctor de viris*
erat, maximo ſenatus & populi conſenſu reditum illi in *Illuſt.c.62.*
Vrbem datum: non è theatro prius abiit, quam ſpecta-
culum ederetur: non lætitiam ſuam proxime ſedentibus
vlla ex parte patefecit, ſed ſummum gaudium intra ſe
continuit. Eundem conſtat pari vultu, & exulem fuiſſe,
& reſtitutum. adeo moderationis beneficio, medius ſem-
per inter ſecundas & aduerſas res animi firmitate verſa-
tus eſt.

8 Tot familiis in vno genere laudis enumeratis, Por- 14.
tium nomen velut expers huiuſce gloriæ ſilentione præ-
tereundum? Negat fieri debere poſterior Cato, nõ paruo *An. vr. 617.*
ſummæ moderationis fiſus indicio. Cypriacam pecuniam *Plut. Dion.*
maxima cum diligentia & ſanctitate in vrbem deporta- *39.*
uerat: cuius miniſterii gratia, ſenatus relationem interpo-
ni iubebat, vt Prætoriis comitiis extra ordinem ratio eius
haberetur. Sed ipſe id fieri paſſus non eſt. iniquum eſſe af-
firmans, quod nulli alii tribueretur, ſibi decerni. Ac nequid
in perſona ſua nouaretur, campeſtrem experiri temerita-
tem, quam curiæ beneficio vti, ſatius eſſe duxit.

Ad externa iam mihi exempla tranſire conanti, M. 15.
Bibulus vir ampliſſimæ dignitatis, & ſummis hono-
ribus functus, manus iniicit: Qui cum in prouincia Sy- *An.vr. 703.*
ria moraretur, duos egregiæ indolis filios ſuos à Gabi- *Cæſar de*
nianis militibus occiſos eſſe cognouit. Quorum inter- *bello Ciuil.*
9 fectores ad eum vinctos, regina Cleopatra miſit, vt gra- *3. Seneca ad*
uiſſimæ cladis vltionem arbitrio ſuo exigeret: At ille ob- *Marciam.*
lato beneficio, quo nullum maius lugenti tribui potue-
rat, dolorem moderationi cedere coegit; carnificeſque
ſanguinis ſui, intactos eueſtigio ad Cleopatram reduci
iuſſit: dicendo, poteſtatem huius vindictæ non ſuam, ſed
ſenatus eſſe debere.

*Externa.*

1. Tarentinus Archytas, dum ſe Pythagoræ præce-
*Cic. Tuſcul.* ptis Metaponti penitus immergit, magno labore, longo-
*4.* que tempore ſolidum opus doctrinæ complexus; poſt-
quam in patriam reuertitur, ac rura ſua reuiſere cœpit, animaduertit negligentia villici corrupta & perdita: intuenſque male meritum; Sumpſiſſem, inquit, à te ſupplicium, niſi tibi iratus eſſem; Maluit enim impunitum dimittere, quam propter iram grauius iuſto punire.

2. Nimis liberalis Architę moderatio, Platonis tem-
*Plutarch. de* perатior: nam cum aduerſus delictum ſerui vehemen-
*lib. ed. Diog.* tius exarſiſſet, veritus ne ipſe modum vindictæ diſpicere
*Laert.* non poſſet, Speuſippo amico caſtigationis arbitrium mandauit; deforme ſibi futurum exiſtimans, ſi commiſiſſet, vt parem reprehenſionem culpa ſerui, & animaduerſio Platonis mereretur. Quo minus miror, quod in Xenocrate diſcipulo ſuo tam conſtanter moderatus fuit. Audierat eum de ſe multa impie locutum: ſine vlla cunctatione criminationem reſpuit. Inſtabat certo vultu index, cauſſam quærens cur ſibi fides non haberetur: adiecit, non eſſe credibile, vt quem tantopere amaret, ab eo inuicem non diligeretur. Poſtremo cum ad iuſiurandum
inimicitias ſerentis malignitas confugiſſet; ne de periu- 10
rio eius diſputaret, affirmauit nunquam Xenocratem illa dicturum fuiſſe, niſi ea dici expedire ſibi iudicaſſet. Non in corpore mortali, ſed in arce cœleſti, & quidem armatum animum eius, vitæ ſtationem putes peregiſſe, humanorum vitiorum incurſus à ſe inuicta pugna repellentem, cunctoſque virtutis numeros altitudinis ſuæ ſinu clauſos cuſtodientem.

3. Nequaquam Platoni literarum commendatione
*Plut. in vita.* par Syracuſanus Dion: ſed quod ad * præſtandam mo-
**al. præſtantem* derationem attinet, vehementioris experimenti. Patria pulſus à Dionyſio tyranno, Megaram petierat: vbi cum Theodorum principem eius vrbis domi conuenire vellet, neque admitteretur, multum diuque ante fores retentus, comiti ſuo, Patienter hoc ferendum eſt, ait: forſitan enim & nos cum in gradu dignitatis noſtræ eſſemus, aliquid tale fecimus. Qua tranquillitate conſilii, ipſe ſibi conditionem exilii placidiorem reddidit.

Thra-



Thraſybulus etiam hoc loci apprehendendus 4.
eſt; qui populum Athenienſem 30. tyrannorum ſæuitia *Æm. Pro-*
ſedes ſuas relinquere coactum, diſperſamque & vagam *bus in vita.*
vitam miſerabiliter exigentem, animis pariter atque ar- *Iuſt. 5.*
mis confirmatum, in patriam reduxit. Inſignem deinde reſtitutione libertatis victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebei enim ſcitum interpoſuit, nequa præteritarum rerum mentio fieret: hæc obliuio, quam Athenienſes ἀμνηστίαν vocant, concuſſum & labentem ciuitatis ſtatum, in priſtinum habitum reuocauit.

Non minoris admirationis illud: Staſippus Tegea- 5.
tes, hortantibus amicis vt grauem in adminiſtratione reipublicæ æmulum, ſed alioqui probum & ornatum virum, qualibet ratione vel tolleret vel ſummoueret, negauit ſe facturum, ne quem in tutela patriæ bonus ciuis
11 locum obtineret, malus & improbus occuparet: ſeque potius vehementi aduerſario vrgeri, quam patriam egregio aduocato carere præoptauit.

Pittaci quoque moderatione pectus inſtructum, 6. *Diog. Laert.*
qui Alcæum poetam, & amaritudine odii, & viribus in- *in vita.*
12 genii aduerſus ſe pertinaciſſime vſum, tyrannidem à ciuibus delatam adeptus, tantummodo quid in opprimendo poſſet admonuit.

Huius viri mentio ſubiicit vt de ſeptem ſapientium 7.
moderatione referam. A piſcatoribus in Mileſia regione *Plut. Solone*
verriculum trahentibus, quidam iactum emerat: Extra- *Laert in*
cta deinde magni ponderis aurea menſa Delphica, or- *Thalete.*
ta controuerſia eſt: illis piſcium ſe capturam vendidiſſe affirmantibus, hoc fortunam tractus ſe emiſſe dicente;
13 Qua conditione propter nouitatem rei, & magnitudinem pecuniæ: ad vniuerſum eius ciuitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum conſuli, cuinam adiudicari menſa deberet. Deus reſpondit illi eſſe dandam,
14 qui ſapientia cæteros præſtaret, his verbis:

ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ᾽ αὐδῶ.

15 Tum Mileſii conſenſu Taleti menſam dederunt; il- **al. ca*
le ceſſit * eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alii; deincepſque per omnium ſeptem ſapientium orbem, ad vltimum, ad Solonem peruenit: Qui & titulum ampliſ-

ſimæ ſapientiæ, & præmium ad ipſum Apollinem tranſ-
tulit.

8. Atquin Theopompo quoque Spartanorum regi
*Plutarch.* moderationis teſtimonium reddamus: cum primus in-
*Lycurgo.* ſtituiſſet vt Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri
regiæ poteſtati oppoſiti, quemadmodum Romæ conſu-
lari imperio trib. pl. ſunt obiecti: atque illi vxor dixiſſet,
id egiſſe illum, vt filiis minorem poteſtatem relinqueret:
Relinquam, inquit, ſed diuturniorem. Optime quidem:
ea enim demum tuta eſt potentia, quæ viribus ſuis mo-
dum imponit. Theopompus igitur legitimis regnum
vinculis conſtringendo, quo longius à licentia retraxit,
hoc propius ad beneuolentiam ciuium admouit.

9. Antiochus autem à L. Scipione vltra Taurum
*An. vr. 564.* montem imperii finibus ſummotus, cum Aſiam prouin-
*Cic. pro* ciam, vicinaſque ei gentes amiſiſſet: gratias agere pop.
*Deiot.* Rom. non diſſimulanter tulit, quod nimis magna procu-
ratione liberatus, modicis regni terminis vteretur. Et *ſa-
ne nihil eſt tam præclarum, aut tam magnificum, quod non
moderatione temperari deſideret.*

## CAPVT II.
## DE RECONCILIATIONE.

1 *M. Æmilii Lepidi, & M. Fuluii Flacci cenſorum.*
2 *M. Liuii Salinatoris, & C. Claudii Neronis conſulum.*
3 *P. Africani maioris, & Ti. Sempronii Gracchi.*
4 *M. Tullii Ciceronis & A. Gabinii.*
5 *P. Clodii Pulchri & L. Cornelii Lentuli.*
6 *L. Caninii Galli, & C. Antonii.*
7 *M. Cœlii Rufi, & Q. Pompeii.*

QVæ quoniam multis & claris auctoribus illu-
ſtrata eſt, tranſgrediamur ad egregium humani a-
nimi ab odio ad gratiam deflexum; & quidem eum læto
ſtylo proſequamur. Nam ſi placidum mare ex aſpero, cœ-
lumque ex nubilo ſerenum hilari aſpectu ſentitur, ſi bel-
lum



lum pace mutatum, plurimum gaudii affert: offenſarum
etiam acerbitas depoſita candida relatione celebranda eſt.
M. Æmilius Lepidus bis conſul, & Pontifex Max. 1.
ſplendorique honorum par grauitate vitæ, diutinas ac
vehementes inimicitias cum Fuluio Flacco eiuſdem am-
plitudinis viro geſſit. Quas, vt ſimul cenſores renuntiati *An. vr. 574.*
ſunt, in campo depoſuit: exiſtimans *non oportere eos pri-* *Liuius 40.*
*uatis odiis diſſidere, qui publice ſumma iuncti eſſent pote-* *Gell. 12. c. 8.*
*ſtate.* Id iudicium animi eius & præſens ætas compro- *Cic. de pro-*
bauit, & nobis veteres Annalium ſcriptores laudandum *uinc. Cos.*
tradiderunt.

Sicuti Liuii quoque Salinatoris finiendarum ſimul- 2.
tatum illuſtre conſilium ignotum poſteritati eſſe nolue-
runt. Is namque etſi Neronis odio ardens in exilium pro-
fectus fuerat, teſtimonio eius præcipue afflictus; tamen
poſtquam eum inde reuocatum ciues collegam illi in
conſulatu dederunt, & ingenii ſui, quod erat acerrimum, *An. vr. 546.*
& iniuriæ, quam grauiſſimam acceperat, obliuiſci ſibi *Liuius 27.*
imperauit: Ne ſi diſſidente animo conſortionem im-
perii vſurpare voluiſſet, pertinacem ſe exhibendo inimi-
cum, malum conſulem ageret: Quæ quidem mentis ad
tranquilliorem habitum inclinatio, in aſpero ac difficili
temporum articulo plurimum ſalutis Vrbi, atque Italiæ
attulit: quia pari virtutis impetu conniſi, terribiles Pœni-
cas vires contuderunt.

Clarum etiam in Africano ſuperiore ac Ti. Grac- 3.
cho depoſitarum inimicitiarum exemplum. Siquidem *An. vr. 566.*
ad cuius menſæ ſacra, odio diſſidentes venerant, ab ea & *Liuius 38.*
amicitia & affinitate iuncti diſceſſerunt: Non contentus *Gell. 12. c. 8.*
enim Scipio auctore ſenatu, in Capitolio, Iouis epulo 4.
cum Graccho concordiam communicaſſe; filiam quoque *An. vr. 699.*
ei Corneliam protinus ibi deſpondit. *Cic. Rabiri-*
Sed huiuſce generis humanitas etiam in M. Cicerone *ana. Dionyſ.*
præcipua apparuit: A. nanque Gabinium repetunda- *39.*
rum reum ſummo ſtudio defendit, qui eum in conſulatu *An. vr. 697.*
ſuo Vrbe expulerat. Idemque P. Vatinium dignitati ſuæ *& 699.*
ſemper infeſtum, duobus publicis iudiciis tutatus eſt, vt *Cic. ad Q.*
ſine vllo crimine leuitatis, ita cum aliqua laude. Quia *fratrem 2. &*
*ſpecioſius aliquanto iniuriæ beneficiis vincuntur, quam* *famil. 1.*
*mutui odii pertinacia penſantur.* *Quinctil. 6.*
*cap. 5.*

5. Ciceronis autem factum adeo viſum eſt proba-
bile, vt imitari id ne inimiciſſimus quidem illi P. Pulcher
*An.vr.692.* dubitauerit: qui inceſti crimine à tribus Lentulis accuſa-
*Cic. ad At-* tus, vnum ex his ambitus reum patrocinio ſuo protexit.
*tic.1.Senec.* Atque in animum induxit, & iudicem & Prætorem, & 2
*epiſt.98.* Veſtæ ædem intuens, amicum Lentulo agere; inter quæ
*An.vr.700.* ille ſalutem eius fœdo crimine obruere cupiens, hoſtili
voce perorauerat.

6. Caninius autem Gallus reum pariter atque accu-
*An.vr.694.* ſatorem admirabilem egit, & C. Antonii, quem damna-
uerat, filiam in matrimonium ducendo, & M. Colonium
à quo damnatus fuerat, rerum ſuarum procuratorem ha-
bendo.

7. Cælii vero Rufi vt vita inquinata, ita miſericor-
dia, quam Q. Pompeio præſtitit, probanda: cui à ſe pu-
*An.vr.702.* blica quęſtione proſtrato, cum mater Cornelia fidei com-
*Cælius ad* miſſa prædia non redderet, atque iſte auxilium ſuum li-
*Cic.1.Dio.* teris imploraſſet; pertinaciſſime abſenti adfuit. Recitauit
*40.* & eius epiſtolam iudicio vltimæ neceſſitatis indicem, qua
impiam Corneliæ auaritiam ſubuertit; factum propter
eximiam humanitatem, ne ſub Cælio quidem auctore
repudiandum.

---

*CAPVT III.*

## DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA.

Cuius exempla Rom. ſunt.

1 *P. Scipio Africanus maior procos.*
2 *M. Maro Vticẽſis propr.*
3 *Nero Claudius Druſus & Antonia.*
4 *Cn. Marcius Coriolan⁹.*
5 *NV. Curi⁹ Dẽtat.* Cos.
6 *C. Fabrici. Luſcin. Cos.*
7 *Q. Ælius Tubero Catus Cos.*
8 *L. Æmili. Paull. procos.*
9 *Legati Rom. Q. Fabius Gurges, & Cn. Fabii Pictores, & Q. Ogulnius.*
10 *L. Calpurnius Piſo Frugi Cos.*
11 *M. Cato ſenior Cos.*
12 *M. Cato Vticenſis.*
13 *P. Scipio Æmilianus.*
14 *P. Romanus.*

Externa ſunt.

1 *Pericles Athenienſis.*
2 *Sophocles Athenienſis.*
3 *Xenocrates Academicus.*
4 *Diogenes Cynicus.*

Magna



MAgna cura, præcipuoque ſtudio referendum eſt,
quantopere libidinis & auaritię furori ſimiles impe-
tus ab illuſtriũ virorũ pectoribus, conſilio ac ratione ſum-
moti ſunt. *Quia demum ii penates, ea ciuitas, id regnum æ-*
*terno in gradu facile ſteterit, vbi minimum virium Veneris,*
1 *pecuniæque cupido ſibi vendicauerit. Nam quo iſtæ generis*
*humani certiſſimæ peſtes penetrauerint, ibi iniuria domi*
*natur, infamia flagrat.* Quibus longius relictis contrarios
tam diris vitiis mores commemoremus.

Quartum & viceſimum annum agens Scipio, 1.
cum in Hiſpania Carthagine oppreſſa, maioris Cartha- *An.vr.543.*
ginis capiendæ ſumpſiſſet auſpicia, multoſq; obſides, quos *Liuius 26.*
in ea vrbe Pœni clauſos habuerant, in ſuam poteſtatem *Gell.6.c.8.*
redegiſſet, eximiæ inter eos formæ virginem, ætatis adul-
tæ, & iuuenis, & celebs, & victor, poſtquam comperit il-
luſtri loco inter Celtiberos natam, nobiliſſimoque gen-
tis eius Indibili deſponſam, accerſitis parentibus, & ſpon-
ſo inuiolatam tradidit. Aurum quoque quod pro redem-
ptione puellæ allatum erat, ſummæ dotis adiecit. Qua
continentia ac munificentia Indibilis obligatus, Celtibe-
rorum animos Romanis applicando, meritis eius gratiam
debitam retulit.

Verum vt huius viri abſtinentiæ teſtis Hiſpania, ita, 2.
M. Catonis Epiros, Achaia, Cyclades inſulæ, maritima *An.vr.695.*
pars Aſiæ, prouincia Cypros. Vnde cum pecuniæ depor- *Plutarch. in*
tandæ miniſterium ſuſtineret, tam auerſum animum ab *vita.*
omni Venere, quam à lucro habuit, in maxima vtriuſque
intemperantiæ verſatus materia: Nam & regiæ diuitiæ
2 poteſtate ipſius continebantur, & fertiliſſimæ delitiarum
tot egregiæ vrbes, neceſſaria totius nauigationis diuer-
ticula erant. Atque id Minatius Rufus, Cypriacæ expedi-
tionis fidus comes, ſcriptis ſuis ſignificat: Cuius teſtimo-
nium non amplector: proprio enim argumento laus iſta
nititur, quoniam ex eodem naturæ vtero & continentia
nata eſt, & Cato.

Druſum etiam Germanicum eximiam Clau- 3.
3 diæ familiæ gloriam, patriæque rarum ornamentum, & *An.vr.744.*
quod ſuper omnia eſt, operum ſuorum pro habitu, æta- *Cos. mortuus*
tis magnitudine, vitrico pariter ac fratri Auguſtis duo- *in Germa-*
bus reipub. diuinis oculis mirifice reſpondentem, conſti- *nia.*

tit vſum Veneris intra coniugis charitatem clauſum tenuiſſe. Antonia quoque femina laudibus virilem familiæ ſuæ claritatem ſupergreſſa, amorem mariti egregia fide penſauit: quæ poſt eius exceſſum, forma & ætate florens, cubiculum ſocrus pro coniugio habuit: in eodemque toro alterius adoleſcentiæ vigor extinctus eſt, alterius viduitatis experientia conſenuit. Hoc cubiculum talibus experimentis ſummam imponat.

4. Deinceps ex iis vocemus, quorum animus aliquo
An.vr.260. in momento ponendi pecuniam nunquam vacauit. Cn.
Dionyſ. li. 6. Marcius Patritiæ gentis adoleſcens, Anci regis clara pro-
Plutarch. genies, cui Corioli Volſcorum oppidum captum cognomen adiecit, cum editis conſpicuæ fortitudinis operibus à Poſtumo Cominio conſule, accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, & agri C iugeribus, & decem captiuorum electione, & totidem ornatis equis, centenario boum grege, argentoque, quantum ſuſtinere valuiſſet, donaretur: nihil ex his, præter vnius hoſpitis captiui ſalutē, equumq; quo in acie vteretur accipere voluit. Qua tam circumſpecta animi moderatione,
*al. elegerit neſcias vtrum maiore cum laude præmia * meruerit, an reiecerit.

5. M' V. autem Curius exactiſſima norma Romanæ
An.vr.463. frugalitatis, idemque fortitudinis perfectiſſimum ſpeci- 4
Plut. Apoph. men, Samnitium legatis agreſti ſe in ſcamno aſſidentem
Cic. Catone. foco, atque ligneo catillo cœnantem (quales epulas, ap- 5
Athen.li.10. paratus indicio eſt) ſpectandum præbuit. Ille enim Samnitium diuitias contemſit, Samnites eius paupertatem mirati ſunt. Nam cum ad eum magnum auri pondus publice miſſum attuliſſent, benignis verbis inuitatus, vt eo vti vellet, vultum riſu ſoluit, protinuſque, Superuacuæ, inquit, ne dicam ineptæ legationis miniſtri, narrate Samnitibus M' V. Curium malle locupletibus imperare, quam ipſum fieri locupletem: atque iſtud vt precioſum, ita malo hominum excogitatum munus refertote, & mementote me nec acie vinci nec pecunia corrumpi poſſe.

An.vr.478. Idem cum Italia Pyrrhū regem exegiſſet, nihil omnino
Auct. de viris illuſt. ex præda regia, quæ exercitum Vrbemque ditauerat, attigit. Decretis etiam à ſenatu ſeptenis iugeribus agri po-
Plin.16.c.38. pulo, ſibi autē quinquaginta, popularis aſſignationis modum



dum non exceſſit: *parum idoneum reip. ciuem exiſtimans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus non eſſet.*

Idem ſenſit Fabricius Luſcinus, honoribus & auctori- 6.
tate omni ciue temporibus ſuis maior, cenſu par vnicui- An.vr. 480
6 que pauperrimo: qui à Samnitibus, quos vniuerſos in cli- circiter.
entela habebat, decem æris, &, quinque pondo argenti, Gell.1.c.14.
totidemque ſeruos ſibi miſſos, in Samnium remiſit, con- ex Hygino de
tinentiæ ſuę beneficio ſine pecunia prædiues, ſine vſu fa- viris illuſt.
miliæ abunde comitatus: quia *locupletem illum faciebat, non multa poſſidere, ſed modica deſiderare.* Ergo domus eius, quemadmodum ęre & argento & mancipiis Samnitium vacua; ita gloria ex his contemptis parta, referta fuit. Conſentanea repudiatis donis Fabricii vota ex-
titerunt: legatus enim ad Pyrrhum profectus, cum a- An.vr.474
pud eum Cyneam Theſſalum narrantem audiſſet, quen- Plutarch.
dam Athenienſem clarum ſapientia, ſuadere, nequid Pyrrho. Cic.
aliud homines quam voluptatis cauſſa facere vellent: pro Catone.
monſtro eam vocem accepit, continuoque Pyrrho & Samnitibus iſtam ſapientiam deprecatus eſt. Licet Athenæ doctrina ſua glorientur, vir tamen prudens, Fabricii deteſtationem, quam Epicuri maluit præcepta: quod euentus quoque indicauit. Nam *quæ vrbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amiſit: quæ labore delectata eſt, occupauit: Et illa libertatem tueri non valuit, hæc etiam donare potuit.*

Curii & Fabricii Q. Ælium Tuberonem cogno- 7.
mine Catum diſcipulum fuiſſe merito quis exiſtimaue-
rit: cui conſulatum gerenti, cum Ætolorum gens omnis An.vr. 586
vſus vaſa argentea, magno pondere, & exquiſita arte fa- Plin.33.c.11.
bricata, per legatos miſiſſet, qui ſuperiori tempore gratulandi cauſa ad eum profecti retulerant, fictilia ſe in eius menſa vaſa vidiſſe; monitos ne continentiæ quaſi paupertati ſuccurrendum putarent, cum ſuis ſarcinis abire iuſſit. Quam bene Ætolicis domeſtica prætulerat, ſi frugalitatis eius exemplum poſterior ætas ſequi voluiſſet!
7 Nunc quo ventum eſt? à ſeruis vix impetrari poteſt, ne
eam ſupellectilem faſtidiant, qua tunc conſul vti non 8.
erubuit. An.vr. 587

At Perſe rege deuicto Paullus, cum Macedonicis opi- Plutarch.
bus veterem atque hæreditariam vrbis noſtræ paupe- Cic.offic 2.

tatem eo vſque ſatiaſſet, vt illo tempore primum populus
Rom. tributi præſtandi onere ſe liberaret; penates ſuos
nulla ex parte locupletiores fecit: Præclare ſecum actum
exiſtimans, quod ex illa victoria alii pecuniam, ipſe glo-
riam occupaſſet.

9. Atque huic animi eius iudicio Q. Fabius Gurges, Cn.
*An. vr. 480* Fabii Pictores, Q. Ogulnius ſubſcripſerunt: qui legati ad
*Zonaras 2.* Ptolemæum regem miſſi, munera quæ ab eo priuatim
acceperant, in ærarium & quidem prius, quam ad ſenatum
legationem referrent, detulerunt: de publico ſcilicet mi-
niſterio nihil cuiquam, præter laudem bene adminiſtrati
officii, accedere debere iudicantes. Iam illud humanita-
tis ſenatus, & attentæ maiorum diſciplinæ indicium eſt:
data ſunt enim legatis, quæ in ærarium repoſuerant, non
ſolum patrum conſcriptorum decreto, ſed etiam populi
permiſſu, eaque legatis quæſtores prompte vnicuiq; diſ-
tribuerunt. Ita in iiſdem Ptolemęi liberalitas, legatorum
abſtinentia, Senatus ac populi Romani æquitas debitam
probabilis facti portionem obtinuit.

10. Fabiorum & Ogulnii continentiæ Calpurnium Piſo-
nem in conſimili genere laudis ęmulum fuiſſe res ipſa do-
*An. vr. 620* cumento eſt. Conſul graui fugitiuorum bello à ſe libera-
ta Sicilia, eos, quorum præcipua opera vſus fuerat, impe-
ratorio more donis proſequebatur: Inter quos filium
ſuum locis aliquot prœliatum fortiſſime, titulo trium li-
brarum aureæ coronæ decorauit; præfatus non oportere
à magiſtratu è publica pecunia erogari, quod in ipſius
domum rediturum eſſet: tantumque ponderis ſe teſta-
mento adoleſcenti legaturum promiſit: vt honorem pu-
blice à duce, precium à patre priuatim acciperet.

11. Age, ſi quis hoc ſeculo vir illuſtris pellibus hædinis pro
ſtragulis vtatur, tribuſque ſeruis comitatus Hiſpaniam
*An. vr. 558* regat, & quingentorum aſſium ſumptu tranſmarinam
*Liu. 32 Plut.* prouinciam petat, eodem cibo eodemque vino, quo nau-
*Plin. 14. c. 13* tæ, vti contentus ſit, nonne miſerabilis exiſtimetur? Atqui
iſta patientiſſime ſuperior Cato tolerauit, quia illum
grata frugalitatis conſuetudo, in hoc genere vitæ, cum
ſumma dulcedine continebat.

12. Multum à priſca continentia ſpatio annorum po-
ſterior Cato diſcedit, vtpote in ciuitate iam diuite & lau-
titia



titia gaudente natus. Is tamen cum bellis ciuilibus in- *An. vr. 704*
tereſſet, filium ſecum trahens,* duodecim ſeruos habuit *Plut. in vita*
numero plures, quam ſuperior: temporum diuerſis mo- ** al. ſeptem.*
ribus, pauciores.

Exultat animus maximorum virorum memoriam 13.
percurrens Scipio Æmilianus poſt duos inclytos conſu- *An. vr. 623.*
latus, totidemque ſuę præcipuæ gloriæ triumphos, ſeptem *Iuſtin. 38.*
ſeruis ſequentibus officio legationis functus eſt: Et puto *Plutarch.*
Carthaginis ac Numantiæ ſpoliis comparare plures po- *Apoph.*
tuerat; niſi operum ſuorum ad ſe laudem, manubias ad *Athen. li. 6.*
patriam redundare maluiſſet. Itaque cum per ſocios & ex- *Auct. de vi-*
teras gentes iter faceret, non mancipia eius, ſed victoriæ *ris illuſtr.*
numerabantur: nec quantum auri & argenti, ſed quantũ *cap. 58.*
amplitudinis pondus ſecum ferret, ęſtimabatur.

Continentia vero etiam in vniuerſæ plebis animis ſæ-
9 penumero cognita eſt, ſed abunde erit, longe inter ſe di-
ſtantium ſeculorum, duo ex his exempla retuliſſe. Pyr- 14.
rhus impetus ſui terrore ſoluto, ac iam Epiroticis armis *An. vr. 473*
languentibus, beneuolentiam populi Romani mercari, *Plut. Pyrrho*
quia virtutem debilitare nequiuerat, cupiens; pene to- *Zonaras.*
tum regiarum opum apparatum in vrbem noſtram *Liu. 34. in*
tranſtulerat. Ceterum cum & magni pretii, & varii ge- *orat. M. Ca-*
neris à legatis eius, tam virorum quam feminarum apta *tonis pro lege*
vſui munera circa domos ferrentur, nulla cuiquam do- *Oppia.*
mo ianua patuit. Tarentinæque petulantiæ animoſus ma-
10 gis quam efficax defenſor, haud ſcio maiore cum gloria
huius vrbis moribus, quam armis repulſus ſit. In illa
quoque procella, quam C. Marius & L. Cinna reipub. *An. vr. 666*
inflixerant, abſtinentia populi Romani mirifica conſpe- *Velleius.*
11 cta eſt. Nam cum à ſe proſcriptorum penates vulgi ma-
12 nibus diripiendos obieciſſent; inueniri potuit nemo qui
è ciuili iactura prædam peteret. Vnus enim quiſq; ſe ab
his perinde ac à ſacris ædibus abſtinuit. Quæ quidem tam
miſericors continentia plebis, tacitum crudelium victo-
rum conuitium fuit.

*Externa.* 1.

*Plut. in vita.*
Ac ne eiuſdem laudis commemorationem externis *Cic. offic. 1.*
inuideamus: Pericles Athenienſium princeps, cum tra- *Stob. ſer. 13.*

gœdiarum ſcriptorem Sophoclem in Pretura collegam
haberet, atque is publico officio vna diſtrictus, prætere-
untis ingenui pueri formam impenſioribus verbis lau-
daſſet: intemperantiam eius increpans, dixit: Prætori non
ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidi-
noſo aſpectu continentes eſſe debere.

2. Sophocles autem ætate iam ſenior, cum ab eo quidam
*Cic. Catone.* quæreret, an etiamnum rebus Venereis vteretur: Dii
*Plato de rep.* meliora, inquit. Libenter enim iſtinc tanquam ex aliqua
*1.* furioſa profugi dominatione.

3. Æque abſtinentis ſenectæ Xenocratem fuiſſe acce-
*Diog. Laert.* pimus; cuius opinionis non parua fides erit narratio quæ
ſequitur. Phryne nobile Athenis ſcortum iuxta eum vi- 13
no grauem in peruigilio accubuit, pignore cum quibuſ-
dam iuuenibus poſito; an temperantiam eius corrumpe-
re poſſet: Quam nec tactu, nec ſermone aſpernatus, quo
ad voluerat in ſinu ſuo morari, irritam propoſiti dimiſit: 14
Factum ſapientia imbuti animi abſtinens; ſed meretricu-
læ quoque dictum perquam facetum: Deridẽtibus enim
ſe adoleſcentibus, quia tam formoſa, tamque elegans po-
ti ſenis animum illecebris pellicere non potuiſſet, pactũ-
que victoriæ pretium flagitantibus, de homine ſe cum iis,
non de ſtatua pignus poſuiſſe, reſpondit. Poteſtne hæc
Xenocratis continentia à quoquam magis vere, magiſq;
proprie demonſtrari; quam ab ipſa meretricula expreſſa
eſt? Phryne pulchritudine ſua, nulla ex parte conſtantiſſi-
*Plut. de for-* mam eius abſtinentiam labefecit. Quid rex Alexander? 15
*tun.* an diuitiis eum quatere potuit? ab illo quoque ſtatuam &
*Alexand.* quidem æque fruſtra tentatam putes. Legatos ad eum
*Cic. Tuſc. 5.* cum aliquot talentis miſerat, quos in Academiam perdu-
*Diog. Laert.* ctos, ſolito ſibi, id eſt, modico apparatu, & admodum
paruulis copiis excepit Poſtero die interrogantibus, cui-
nam adnumerari pecuniam vellet: Quid vos, inquit, he-
ſterna cœna non intellexiſtis ea me non indigere: Ita rex
philoſophi amicitiã emere voluit: philoſophus regi ſuam
vendere noluit.

4. Alexander vero cognomen inuicti aſſecutus conti-
*Plut. de exi-* nentiam Diogenis Cynici vincere non potuit: Ad quem,
*lio.* cum in ſole ſedentem acceſſiſſet, hortareturque vt ſi qua
*Cic. Tuſc. 5.* ſibi vellet præſtari, indicaret: quemadmodum erat in cre-
pidine



pidine collocatus, ſordidæ appellationis, ſed robuſtæ vir
præſtantiæ: mox, inquit, de cæteris: interim à ſole mihi ve-
lim non obſtes. Quibus verbis illa nimirum inhæſit ſen-
16 tentia: Alexander Diogenem gradu ſuo diuitiis pellere
tentat; celerius Darium armis. Idem Syracuſis, cum ole-
ra ei lauanti Ariſtippus dixiſſet; Si Dionyſium adulare *Diog. Laert.*
velles, iſta non eſſes. Imo, inquit, ſi tu iſta eſſe velles, non *Ariſtippo.*
adulares Dionyſium.

---

## CAPVT IV.

## DE PAVPERTATE LAVDATA.



| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | *P. Valerii Poplicolæ.* | 6 | *M. Atilii Reguli procos.* |
| 2 | *Agrippæ Menenii Lanati.* | 7 | *L. Quintii Cincinnati dict.* |
| 3 | *C. Fabricii Luſcini, & Q. Æmilii Papi.* | 8 | *Æliæ familia.* |
| 4 | *Ducum ex agris ad magiſtratus accerſitorũ.* | 9 | *Q. Ælii Tuberonis, & L. Æmilii Paulli.* |
| 5 | *C. Atilii Reguli Serrani cos.* | 10 | *Cn. Cornelii Scipionis.* |
| | | 11 | *M. Æmilii Scauri.* |



Maxima ornamenta eſſe matronis liberos, apud
Pomponium Rufum Collectorum libro ſic inue-
1 nimus: Cornelia Gracchorũ mater, cum Campana ma-
trona apud illam hoſpita, ornamenta ſua illo ſeculo pul-
cherrima oſtenderet: traxit eam ſermone, quouſque è
ſchola redirent liberi: Et hęc, inquit, ornamenta mea ſunt.
*Omnia nimirum habet, qui nihil concupiſcit: eo quidem
certius, quam qui cuncta poſſidet: quia dominium rerum col-
labi ſolet, bonæ mentis vſurpatio nullum triſtioris fortunæ
recipit incurſum. Itaque quorſum attinet, aut diuitias in
prima felicitatis parte, aut paupertatem in vltimo miſeria-
rum ſtatu ponere? cum & illarum frons hilaris multis intus
amaritudinibus ſit referta: & huius horridior aſpectus ſoli-
dis & certis bonis abundet. Quod melius perſonis, quam ver-
bis repræſentabitur.*

Regio imperio propter nimiam Tarquinii ſuper- 1.
biam finito, conſulatus initium Valerius Poplicola cum

*An.vr.*244. Iunio Bruto auſpicatus eſt. Idemque poſtea tres conſula-
*Liuius* 2. tus acceptiſſimos populo Rom. geſſit: & plurimorum ac
*Plut.in vita.* maximorum operum * prætextu, titulum imaginum ſua-
*Dionyſ.* 5. rum amplificauit: cum interim factorum illud columen
* *al.* præ- patrimonio ne ad exequiarum quidem impenſam ſuffi-
texto ciente deceſſit; ideoque publica pecunia ductæ ſunt. Non
*An.vr.* 250. attinet vlteriore diſputatione tanti viri paupertatem ſcru-
tari; abunde enim patet, quid viuus poſſederit, cui mortuo
lectus funebris & rogus defuit.

2. Quantæ amplitudinis Agrippam Menenium fuiſſe
*An.vr.*260. arbitremur, quem ſenatus & plebs pacis inter ſe faciendæ
*Liuius* 2. auctorem legit? Quantus ſcilicet eſſe debuit arbiter pu-
blicæ ſalutis. Hic niſi à populo collatis in capita ſextanti-
bus funeratus eſſet, ita pecuniæ inops deceſſit, vt ſepultu-
*An.vr.* 260. ræ honore caruiſſet. Verum idcirco pernicioſa ſeditione
*Liuius* 2. diuidua ciuitas, manibus Agrippæ in vnum contrahi vo-
*Dion.* 1. & luit: quia eas pauperes quidem, ſed ſanctas animaduerte-
*alii.* rat: Cuius vt ſuperſtitis nullum fuit, quod in cenſum de- 2
ferretur, ita & extincti, *hodieque ampliſſimum eſt patrimo-
nium Romana concordia.*

3. In C. vero Fabricii, & Q. Æmilii Papi principum ſe-
*An.vr.*478. culi ſui domibus argentum fuiſſe confitear oportet: vter-
*Plin.*33.*c.*12 que enim patellam eorum, & ſalinum habuit. Sed eo lau-
*Cic. Lælio.* tior Fabricius, quod patellam ſuam corneo pediculo ſuſti- 3
neri voluit. Papus quoque ſatis animoſe, qui cum hæredi-
tatis nomine ea accepiſſet, religionis cauſa abalienanda
non putauit.

4. Illi etiam prædiuites, qui ab aratro accerſebantur
vt coſſ. fierent, voluptatis cauſa ſterile atque æſtuoſiſ-
ſimum Pupiniæ ſolum verſabant: delitiarumque ignari,
vaſtiſſimas glebas plurimo cum ſudore diſſipabant: Imo
vero quos pericula reip. imperatores aſſerebant, anguſtiæ 4
rei familiaris (quid ceſſo proprium nomen veritati redde-
re?) bubulcos fieri cogebant.

5. Atilium autem, qui ad eum accerſendum à ſenatu
*An.vr* 496. miſſi erant ad imperium populi Rom. ſuſcipiendum, ſe-
*Cic.pro Roſc.* mina ſpargentem viderunt: ſed illæ ruſtico opere attritæ
*Amer. Plin.* manus, ſalutem publicam ſtabilierunt; ingentes hoſtium
18.*c.*111. copias peſſundederunt. Quæque modo arantium boum
iugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt;
nec fu-



nec fuit iis rubori eburneo ſcipione depoſito, agreſtem
ſtiuam aratri repetere. Poteſt pauperes conſolari Ati-
lius, ſed multo magis docere locupletes, *quam non ſit*
5 *neceſſaria ſolida laudis cupidini nimis anxia diuitiarum
comparatio.*

Eiuſdem hominis & ſanguinis Atilius Regulus pri 6.
mi Punici belli gloria, cladeſque maxima: cum in Africa *An.vr.* 495.
inſolentiſſimæ Carthaginis opes crebris victoriis con- *Liu.*18.*Se-*
tunderet, ac prorogatum ſibi ob bene geſtas res in proxi- *nec.ad Al-*
mum annum imperium cognoſſet; conſulibus ſcripſit: *bin.c.*12.
villicum in agello, quem ſeptem iugerum in Pupinia ha-
bebat, mortuum eſſe, occaſionemque nactum mercena-
rium, amoto inde ruſtico inſtrumento diſceſſiſſe. Ideoque
6 petere vt ſibi ſucceſſor mitteretur, ne deſerto agro non
eſſet vnde vxor ac liberi ſui alerentur. Quæ poſtquam ſe-
natus à coſſ. accepit, & agrum Atilii ilico colendum
locari, & alimenta coniugi eius ac liberis præberi, reſque
quas amiſerat, redimi publice iuſſit. Tanti ærario noſtro
virtutis Atilianæ exemplum, quo omnis ætas Romana
gloriabitur, ſtetit.

Æque magna latifundia L. Quintii Cincinnati fue- 7.
runt: ſeptem enim iugera agri poſſedit; ex hiſque tria, quæ *An.vr.* 292.
pro amico ad ærarium obſignauerat, multæ nomine ami- *Liuius* 3.
ſit. Pœnam quoque pro filio Cæſone, quod ad cauſſam *Dionyſ.* 10.
dicendam non occurriſſet, huius agelli reditu ſoluit. Et *An.vr.* 295.
tamen ei quatuor iugera aranti, non ſolum dignitas pa- *Liuius* 3.
trisfamiliæ conſtitit, ſed etiam dictatura delata eſt. An- *Dionyſ.*10.
guſte ſe habitare nunc putat, cuius domus tantum patet,
quantum Cincinnati rura patuerunt.

Quid Ælia familia, quam locuples? ſexdecim eodem 8.
tempore Ælii fuerunt, quibus vna domuncula erat eodē *An.vr.* 534.
loci, quo nunc ſunt Mariana monimenta: & vnus in agro *circiter. Plut.*
7 Veiente fundus, minus multo cultores deſiderans, quam *in Paullo.*
dominos habebat. Inque Maximo & Flaminio ſpectaculi
locus: quæ quidem loca ob virtutem publice donata poſ-
ſidebant.

Eadem gens nullum ante ſcrupulum argenti ha- 9.
8 buit, quam Paullus Perſe rege diuicto Q. Ælio Tube- *An.vr.* 586.
roni genero ſuo quinque pondo argenti ex præda dona- *Plutarch.*
ret. Taceo enim quod princeps ciuitatis filiam ei nu- *Plin.* 33.*c.*11

ptum dedit, cuius penates tam ieiunos pecunia videbat:
*An.vr.* 593. Quin ipſe quoque adeo inops deceſſit, vt niſi fundus, quẽ
*Plut.Liu.* vnum reliquerat, veniſſet; vxor eius dotem vnde recipe-
46. *Auct. de* ret,non extitiſſet. Animi virorum & feminarum vigebant
*viris illuſtr.* in ciuitate: eorumque bonis, dignitatis æſtimatio cun-
ctis in rebus ponderabatur: Hæc imperia conciliabant,
hæc iungebant affinitates: hæc in foro, hæc in curia,hæc
intra priuatos parietes plurimum poterant. Patriæ enim
rem vnuſquiſque, non ſuam augere properabat: pauper-
que in diuite, quam diues in paupere imperio verſari ma-
lebat. Atque huic tam præclaro propoſito illa merces
reddebatur, quod nihil eorum quę virtuti debentur, eme-
re pecunia licebar, inopiæque illuſtrium virorum publice
ſuccurrebatur.

10. Itaque cum ſecundo Punico bello Cn. Scipio ex
*An. vr.* 539. Hiſpania ſenatui ſcripſiſſet, petens vt ſibi ſucceſſor mit-
*Zonar.* 2. *Se* teretur, quia filiam virginem adultæ iam ætatis haberet,
*nec.ad Albi-* neque ei ſine ſe dos expediri poſſet: ſenatus ne reſpublica
*nam c.* 12. bono duce careret, patris ſibi partes deſumpſit; conſilio-
que vxoris, ac propinquorum Scipionis conſtituta dote
ſummam eius ex ærario erogauit, ac puellam nuptum 9
dedit. Dotis modus 11. millia æris fuit: In quo non ſo-
lum humanitas Patrum conſcriptorum, ſed etiam ha-
bitus veterum patrimoniorum cognoſci poteſt. Nam- 10
que adeo fuerunt arcta, vt Tatia Cæſonis filia maximam 11
dotem ad virum 10. millia æris attuliſſe viſa ſit: & Me-
gullia, quia cum quinquaginta millibus æris mariti do-
mum intrauit, Dotatæ cognomen inuenerit. Ideo ſe-
natus Fabricii Luſcini, Scipioniſque filias ab indotatis
nuptiis liberalitate ſua vindicauit: quoniam paternæ hæ-
reditati præter opimam gloriam nihil erat quod acce-
ptum referrent.

11. M.autem Scaurus quantulam à patre hæreditatem
acceperit, in primo libro eorum, quos de vita ſua ſcripſit
* *al.* ſex refert: Ait enim ſibi * decem ſola mancipia, totumque
cenſum quinque atque triginta millium numum relictũ.
In hac penuria ille futurus ſenatus princeps nutritus eſt 12
*Epilogus* ſpiritus.
*capitu cum* Hæc igitur exempla reſpicere, his acquieſcere ſo-
*cohor-* latiis debemus, qui paruulos cenſus noſtros nunquam 13
quere-



querelis vacuos eſſe ſinimus. Nullum aut admodum par- *tatione ad*
ui ponderis argentum, paucos ſeruos, ſeptem iugera ari- *contemptum*
dæ terræ, indigentia domi, publice impenſa funera, ino- *auaritiæ.*
14 pes dotum filias; ſed egregios conſulatus, mirificas dicta-
15 turas, innumerabiles triumphos cernimus. Quid ergo
mediam fortunam, quaſi præcipuum generis humani
malum, diuturnis conuitiis laceramus? quæ vt non abun-
dantibus, ita fidis vberibus Poplicolas, Ælios, Fabrici-
os, Curios, Scipiones, Scauros, hiſque paria robora vir-
tutis aluit. Exurgamus potius animis, pecuniæque aſpe-
ctu debilitatos ſpiritus priſtini temporis memoria recre-
emus: Namque per Romuli caſam, perque veteris Capi-
tolii humilia tecta, & æternos Veſtæ focos, fictilibus et-
iamnum vaſis contentos iuro; nullas diuitias talium vi-
rorum paupertati poſſe præferri.

---

## *CAPVT V.*

## DE VERECVNDIA.

1 *Populi Romani.*
2 *C. Terẽtii Varronis Cos.*
3 *C. Cicereii candidati.*
4 *L. Licinii Craſſi candidati.*
5 *C. Põpeii Magni procos.*
6 *C. Iulii Cæſaris dictatoris*

Externorum.

1 *Spurinæ Etruſci.*
2 *Legatorum Spartanorum.*

A Qua tempeſtiuus ad verecundiam tranſitus videtur. Hæc enim iuſtiſſimis viris præcepit vt priuatas facultates negligerent, publicas quam ampliſſimas eſſe cuperent Digna cui perinde atque cæleſti numini extruantur templa aræque conſecrentur: quia *parens eſt omnis honeſti conſilii, tutela ſolennium officiorum, magiſtra innocentiæ, chara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore fauorabilem præ ſe ferens vultum.*

Sed vt à laudibus eius ad facta veniamus, A con- 1.
dita Vrbe vſque ad Africanum, & Ti. Longum coss. *An.vr.* 550.
promiſcuus ſenatui & populo ſpectandorum ludorum *Liu.* 34. *Cic.*
locus erat: nunquam tamen quiſquam ex plebe ante Pa- *Corneliana.*
tres conſcriptos in theatro ſpectare ſuſtinuit: Adeo cir- *Ped. Valer.*
cumſpecta noſtræ ciuitatis verecundia fuit. Quæ qui- *item* 2. *cap.* 1

dem certiſſimum ſui documentum etiam illo die exhibuit, quo L. Flamininus extrema in parte theatri cõſtitit, Quia à M. Catone & L. Flacco cenſoribus ſenatu motus fuerat, conſulatus iam honore defunctus, frater etiam T. Flaminini Macedoniæ, Philippique victoris: Omnes enim eum tranſire in locum dignitati ſuę debitum coegerunt.

*An. vr. 669 Cic. in Catone. Plut. Catone & Flaminino.*

2\. Confregit rempublicam Terentius Varro Cannenſis pugnæ temerario ingreſſu: idem delatam ſibi ab vniuerſo ſenatu & populo dictaturam recipere non ſuſtinendo, pudore culpam maximæ cladis redemit. Effecitq; vt clades deorum iræ, modeſtia ipſius moribus imputaretur: Itaque titulo imaginis eius ſpecioſius non recepta dictatura, quam aliorum geſta adſcribi poteſt.

*An. vr. 537. Liuius 24. Val. Max. 3. cap. 4.*

3\. Nos autem ad pręclarius verecundiæ opus tranſgrediamur. Magna cum inuidia fortuna Prætoriis comitiis Africani ſuperioris filium Cn. Scipionem, & ſcribam Cicereium in campum deduxerat; vtque nimis impotens ſermone vulgi carpebatur, quod tanti viri ſanguinem clientelamque comitiali certamine confuderat. Ceterum crimen eius in ſuam laudem Cicereius conuertit. Nam vt vidit omnibus ſe centuriis Scipioni anteferri, templo deſcendit, abiectaque candida toga competitoris ſui ſuffragatorem agere cœpit; vt ſcilicet Præturam melius Africani memoriæ concederet, quam ſibi vendicaret. Nec minimum eſt verecundiæ pretium. Scipio tunc honorem adeptus eſt: Cicereio tamen magis gratulati ſunt.

*An. vr. 579 Liu. 41. ſed intercidit hiſtor. Vide annales noſtros.*

4\. Ac ne protinus comitiis abeamus, conſulatum petens L. Craſſus, cum omnium candidatorum more circum forum ſupplex populo ire cogeretur, nunquam adduci potuit, vt id præſente Q. Scæuola grauiſſimo & ſapientiſſimo viro ſocero ſuo faceret. Itaque rogabat eum vt à ſe dum ineptæ rei deſeruiret, diſcederet: maiorem verecundiam dignitatis eius, quam candidæ togæ ſuæ reſpectum agens.

*An. vr. 658 Cic. de Orat. 1.*

5\. Pompeius autem Magnus Pharſalica acie victus à Cæſare, cum poſtero die Lariſſam intraret, oppidique illius vniuerſus populus obuiam ei proceſſiſſet: Ite, inquit, & iſtud officium præſtate victori. Dicerem, non dignus

*An. vr. 705. Dion. 42. Plut. in vita. Pun. 7.*



dignus qui vinceretur, niſi à Cæſare ſuperatus eſſet: certe modeſtus in calamitate. Nam quia dignitate ſua vti iam non poterat, vſus eſt verecundia.

6\. Quam præcipuam in C. quoque Cæſare fuiſſe & ſæpenumero apparuit, & vltimus eius dies ſignificauit. Cõpluribus enim parricidarum violatus mucronibus, inter ipſum illud tempus, quo diuinus ſpiritus mortali diſcernebatur à corpore, ne tribus quidẽ & viginti vulneribus, quin verecundiæ obſequeretur, abſterreri potuit: Siquidem vtraque togam manu demiſit, vt inferiori parte corporis tecta collaberetur. In hunc modum non homines expirant, ſed dii immortales ſedes ſuas repetunt.

*An. vr. 709 Suet. Plut. in vita.*

### *Externa.*

1\. Quod ſequitur externis adnectam, quia ante geſtum eſt quam Etruriæ ciuitas daretur. Excellentis in ea regione pulchritudinis adoleſcens nomine Spurina; cum mira ſpecie complurium feminarum illuſtrium ſolicitaret oculos, ideoqueviris ac parentibus earum ſe ſuſpectum eſſe ſentiret; oris decorem vulneribus confudit, deformitatemque ſanctitatis ſuæ fidem, quam formam irritamentum alienæ libidinis eſſe maluit.

2\. Athenis quidam vltimæ ſenectutis, cum ſpectatum ludos in theatrum veniſſet, eumque nemo è ciuibus ſeſſum reciperet: ad Lacedæmoniorum legatos forte peruenit. Qui hominis ætate moti, canos eius & annos aſſurgendi officio venerati ſunt, ſedemque ei inter ipſos honoratiſſimo loco dederũt. Quod vbi fieri populus aſpexit, maximo plauſu alienæ vrbis verecundiam comprobauit. Ferunt tunc vnum è Lacedæmoniis dixiſſe, Ergo Athenienſes quid ſit rectum, ſciunt, ſed id facere negligunt.

*Cic. Catone.*

---

## *CAPVT VI.*

## DE AMORE CONIVGALI.

Cuius exempla Rom. ſunt.

1 *Ti. Gracchus maior.*
2 *C. Plautius Numida.*
3 *M. Plautius.*
4 *Iulia C. F. Cn. Magni.*
5 *Porcia M. F. M. Bruti.*

Externa.

1 *Artemiſia Mauſoli regis.*
2 *Hipſicratea Mithridatis regis.*
3 *Lacænæ Minyarum.*

A Placido,& leni affectu, ad æque honeſtum, verum aliquanto ardentiorem & concitatiorem pergam; legitimique amoris, quaſi quaſdam imagines, non ſine maxima veneratione contemplandas lectoris oculis ſubiiciam; valenter inter coniuges ſtabilitæ fidei opera percurrens,ardua imitatu,ceterum cognoſci vtilia. Quia *excellentiſſima animaduertenti, ne mediocria quidem præſtare,rubori oportet eſſe.*

1. *Plutarch. Gracch. Cic.de diu.*

Ti. Gracchus anguibus domi ſuæ mare ac femina apprehenſis, certior factus ab aruſpice, mare dimiſſo, vxori eius;femina,ipſi celerem obitum inſtare : ſalutarem coniugi potius,quam ſibi partem augurii ſecutus,marem necari,feminam dimitti iuſſit: ſuſtinuitque in conſpectu ſuo ſeipſum interitu ſerpentis occidi. Itaque Corneliam neſcio vtrum feliciorem dixerim, quod talem virum habuerit,an miſeriorem , quod amiſerit. O te Theſſaliæ rex Admete crudelis, & diri facti crimine ſub magno iudice damnatum!qui coniugis tuę fata pro tuis permutari paſſus es,eaque ne tu extinguereris,voluntario obitu conſumpta, lucem intueri potuiſti. Et certe prius parentum indulgentiam tentaueras, femineo animo impar iuuentus.

*Hygin. in Fabulis. Plato in Sympoſ.*

2. Vilior Graccho iniquæ fortunæ victima, quanuis ſenatorii vir ordinis C. Plautius Numida, ſed in conſimili amore par exemplum. Morte enim vxoris audita, doloris impotens pectus ſuum gladio percuſſit. Interuentu deinde domeſticorum inceptum exequi prohibitus, colligatuſque; vt primum occaſio data eſt ſciſſis faſciis, & vulnere diuulſo,conſtanti dextera , ſpiritum luctus acerbitate permiſtum ex ipſis præcordiis & viſceribus hauſit. Tam violenta morte teſtatus, quantum maritalis flammæ illo pectore clauſum habuiſſet.

3. Eiuſdem vt nominis, ita amoris quoque M. Plautius. Nam cum imperio ſenatus claſſem ſociorum ſexaginta nauium in Aſiam reduceret, Tarentumque appuliſſet,atque ibi vxor eius Oreſtilla, quæ illuc eum proſecuta

cuta



cuta fuerat,morbo preſſa deceſſiſſet; funerata ea , atque in rogum impoſita , inter officium vngendi,& oſculandi,ſtricto ferro incubuit. Quem amici,ſicut erat, togatum & calceatum corpori coniugis iunxerunt : ac deinde ſubiectis facibus,vtrunque vna cremauerunt. Quorum ibi factum ſepulchrū Tarenti etiamnum conſpicitur,quod vocatur ΤΩΝ ΦΙΛΟΥΝΤΩΝ. Nec dubito, quin, ſiquis modo extinctis ſenſus ineſt, Plautius, & Oreſtilla , fati conſortione geſtientes vultus tenebris intulerint: *Sane vbi idem & maximus & honeſtiſſimus amor eſt , aliquanto præſtat morte iungi, quam vita diſtrahi.*

Conſimilis affectus Iuliæ C. Cæſaris filiæ annotatus eſt. Quæ cum ædilitiis comitiis Pompeii Magni coniugis ſui veſtem cruore reſperſam è campo domum relatam vidiſſet;territa metu nequa ei vis eſſet allata,exanimis concidit,partumque,quem vtero conceptum habebat,ſubita animi conſternatione & graui dolore corporis eiicere coacta eſt. Atq; ita expirauit, magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento:cuius tranquillitas tot ciuilium bellorum truculentiſſimo furore perturbata nō eſſet, ſi Cæſaris & Pompeii concordia communis ſanguinis vinculo conſtricta manſiſſet. 4.

*An. vr. 699 App. Ciu. 2. Velleius. Plutarch.*

Tuos quoque caſtiſſimos ignes Portia, M. Catonis filia, cuncta ſecula debita admiratione proſequentur: Quæ cum apud Philippos victum & interemptum virum tuum Brutum cognoſceres,quia ferrum non dabatur,ardentes ore carbones haurire non dubitaſti, muliebri ſpiritu virilem patris exitum imitata. Sed neſcio an hoc fortius,quod ille vſitato, tu nouo genere mortis abſumpta es. 5.

*An.vr.711. Dion. 47. Plut. Bruto. App. Ciuil. 4.*

*Externa.*

Sunt & alienigeni amores iuſti, obſcuritate ignorantiæ non obruti, è quibus paucos attigiſſe ſatis erit 1.
Gentis Cariæ regina Artemiſia virum ſuum Mauſolum fato abſumptum quantopere deſiderarit, leue eſt, poſt conquiſitorum omnis generis honorum,monimentique vſque ad ſeptem miracula prouecti, magnificentiam argumētari. Quid enim aut eos colligas, aut de illo inclyto

*Gell.10.c.18 Cic. Tuſc. 3.*

*Suid. mærore contabuiſſe ſcribit ex Theopompo.*

tumulo loquare, cum ipſa Mauſoli viuum ac ſpirans ſepulchrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, qui illam extincti oſſa potione aſperſa bibiſſe tradunt?

2. *Plutarchus Pompeio.*

Hipſicratea quoque regina Mithridatem coniugem ſuum effuſis charitatis habenis amauit: propter quem præcipuum formæ ſuæ decorem in habitum virilem conuertere voluptatis loco habuit: Tonſis enim capillis equo ſe & armis aſſuefecit, quo facilius laboribus &

*An. vr. 687*

periculis eius intereſſet. Quinetiam victum à Cn. Pompeio per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili ſecuta eſt. Cuius tanta fides aſperarum atque difficilium rerum Mithridati maximum ſolatium, & iucundiſſimum lenimentum fuit: cum domo enim & penatibus vagari ſe credidit, vxore ſimul exulante.

Verum quid Aſiam, quid barbariȩ immenſas ſolitudines, quid latebras Pontici ſinus ſcrutor? cum ſplendidiſſimum totius Græciæ decus Lacedæmon, præcipuum vxoriæ fidei ſpecimen, noſtris oſtentet oculis, plurimis & maximis patriæ ſuæ laudibus admiratione facti comparandum.

3. *Herod. 4. Plutarch. de claris mulieribus.*

Minyæ, quorum origo ex inclyto ſociorum Iaſonis numero Lemniorum in inſula concepta, per aliquot ſeculorum vices ſtabili in ſede manſerat, à Pelaſgis expulſi armis, alienȩ opis indigi, excelſa Taygetorum montium iuga ſupplices occupauerant. Quos Spartana ciuitas recepit reſpectu Tyndaridarum, nanque in illo nobilis famæ nauigio deſtinatum ſideribus par fratrum fulſerat: deductoſque inde, legibus commodiſque ſuis immiſcuit. Sed hoc tantum beneficium in iniuriam benemeritæ vrbis, regnum affectantes, verterunt. Igitur publicȩ cuſtodiæ incluſi, capitali ſeruabantur ſupplicio: Quod cum vetere inſtituto Lacedæmoniorum nocturno tempore paſſuri eſſent, coniuges eorum illuſtris ibi ſanguinis, velut allocuturæ perituros viros, impetrato à cuſtodibus aditu, carcerem intrauerunt; commutataq; veſte per ſimulationem doloris, velatis capitibus eos abire paſſæ ſunt. Hoc loco quid aliud adiecerim, quam dignas fuiſſe, quibus Minyæ nuberent?

CA-



## CAPVT VII.

## DE AMICITIÆ VINCVLO.

Quo iuncti Romani.

1 *Ti. Sempronius Gracchus cum C. Bleſio.*
2 *Sempronius Gracchus cum Pomponio & Lætorio.*
3 *L. Rheginus cum Q. Seruilio Cæpione.*
4 *T. Volumnius cum M. Lucullo.*
5 *L. Petronius cum P. Cælio.*
6 *Ser. Terentius cum D. Bruto.*
7 *C. Lælius cum Scipione, & M. Agrippa cum Auguſto.*

Externi.

1 *Damon cum Pythia.*
2 *Alexander Magnus cũ Epheſtione.*

COntemplemur nunc amicitiæ vinculum, potens & præualidum, neque vlla ex parte ſanguinis viribus inferius. Hoc etiam certius & exploratius, quod illud naſcendi ſors, fortuitum opus; hoc vniuſcuiuſque ſolido iudicio incoacta voluntas contrahit. *Itaque celerius eſt ſine reprehenſione propinquum auertere, quam amicum: quia altera diremptio iniquitatis, altera vtique leuitatis crimini ſubiecta eſt.* Cum enim deſerta ſit futura vita hominis nullius amicitiæ cincta præſidio, tam neceſſarium ſubſidium temere aſſumi non debet; ſemel autem recte apprehenſum ſperni non conuenit. *Sinceræ vero fidei amici præcipue in aduerſis rebus cognoſcuntur; in quibus quicquid præſtatur, totum à conſtanti beneuolentia proficiſcitur. Felicitatis cultus, maiore ex parte adulationi, quam charitati erogatus, certe ſuſpectus eſt: perinde ac ſi plus ſemper petat, quam impendat.* Accedit huc, quod *infractæ fortunæ homines, magis amicorum ſtudia deſiderant, vel præſidii vel ſolatii gratia.* Nam læta quidem, & proſpera negotia, vtpote cum diuina ſuffragatione foueantur, humana minus indigent. *Tenacius igitur eorum nomina poſteritatis memoria apprehendit, qui aduerſos amicorum caſus non deſeruerunt; quam qui proſperum vitæ curſum comitati ſunt.* Nemo de Sardanapali familiaribus loquitur,

Oreſtes Pylade pene amico, quam Agamemnone patre
notior eſt. Siquidem illorum amicitia in conſortione de-
liciarum & luxuriæ contabuit: horum, duræ atque aſperæ
conditionis ſolatium, ipſarum miſeriarum experimento
enituit. Sed quid externa attingo, cum domeſticis prius
liceat vti?

1. Inimicus patriæ fuiſſe Ti. Gracchus exiſtimatus eſt;
nec immerito, quia potentiam ſuam ſaluti eius prætule-
rat. Quam conſtantis tamen fidei amicum etiam in hoc
tam prauo propoſito C. Bloſſium Campanum habuerit,
operæ pretium eſt cognoſcere. Hoſtis iudicatus vltimo
ſupplicio affectus, ſepulturæ honore ſpoliatus, beneuolē-
*An.vr.611.* tia tamen eius non caruit. Nam cum ſenatus Rupilio, &
*Cic. Lælio.* Lænati conſulibus mandaſſet vt in eos qui cum Graccho
*Plut. Grac-* conſenſerant, more maiorum animaduerterent; & ad
*chis.* Lælium, cuius conſilio præcipue conſules vtebantur, pro
ſe Bloſius deprecatum veniſſet, familiaritatiſque excuſa-
tione vteretur, atque is dixiſſet, Quid ſi te Gracchus tem-
plo Iouis Opt. Max. faces ſubdere iuſſiſſet; obſecuturuſne
voluntati illius, propter iſtam quam iactas familiaritatē,
fuiſſes? Nunquam iſtud, inquit, Gracchus imperaſſet.
Satis, imo etiam nimium: totius nanque ſenatus conſen-
ſu damnatos mores defendere auſus eſt. Verum quod ſe-
quitur, multo audacius, multoque periculoſius: compreſ-
ſus enim perſeueranti interrogatione Lęlii, in eodem
conſtantiæ gradu ſtetit: ſeque etiam hoc, ſi modo Grac-
chus annuiſſet, facturum reſpondit. Quis illum ſcelera-
tum putaſſet fuiſſe, ſi tacuiſſet? Quis non etiam ſapien-
tem, ſi pro neceſſitate temporis locutus eſſet? At Bloſius 2
nec ſilentio honeſto, nec prudenti ſermone ſalutem ſuam,
neque ex parte infelicis amicitiæ memoriam deſereret,
tueri voluit.

2. In eadem domo æque robuſta conſtantis amicitiæ
*An.vr. 632.* exempla oboriuntur. Proſtratis enim iam & perditis
*Plutarch.* C. Gracchi conſiliis, rebuſque, cum tota eius conſpiratio
*Gracchis.* late quæreretur; deſertum omni auxilio, duo tantum
amici, Pomponius & Lætorius ab infeſtis & vndique
ruentibus telis, oppoſitu corporum ſuorum texerunt:
Quorum Pomponius, quo is facilius euaderet, concita-
tum ſequentium agmen in porta Trigemina aliquandiu
acerrima



acerrima pugna inhibuit; nec viuus pelli potuit, ſed mul-
tis confectus vulneribus, tranſitum eis ſuper cadauer
ſuum (credo etiam poſt fata inuitus) dedit. Lætorius
autem in ponte Sublicio conſtitit, & eum, donec Grac-
chus tranſiret, ardore ſpiritus ſui ſepſit: ac vi iam multitu-
dinis obrutus, conuerſo in ſe gladio, celeri ſaltu profun-
dum Tiberis petiit: quamque in eo ponte charitatem
toti patriæ Horatius Cocles exhibuerat, vnius amicitiæ
adiecta voluntaria morte, præſtitit. Quam bonos Grac-
chi, ſi aut patris aut materni aui ſectam vitæ ingredi vo-
luiſſent, habere milites potuerant! Quo enim impetu,
qua perſeuerantia animi Bloſius, & Pomponius, & Læto-
rius trophæa ac triumphos eorum adiuuiſſent, furioſi co-
natus tam ſtrenui comites! ſiniſtris quidem auſpiciis a-
micitiæ conditionem ſecuti: ſed quo miſeriora, hoc cer-
tiora fideliter cultæ nobilitatis exempla.

L. autem Rheginus, ſi ad debitam publico mini- 3.
ſterio ſinceritatem exigatur, poſteritatis conuitio lace-
randus: ſi amicitiæ fido pignore æſtimetur, in optimo
laudabilis conſcientiæ portu relinquendus eſt. Trib. enim *An.vr. 659.*
plebis Cæpionem in carcerem coniectum, quod illius
culpa exercitus noſter à Cimbris & Teutonis videbatur
deletus, veteris arctæque amicitiæ memor, publica cu-
ſtodia liberauit: nec eatenus amicum egiſſe contentus,
etiam fugæ eius comes acceſſit. Pro magnum, & inexu-
perabile tuum numen Amicitia! cum ex altera parte reſ-
publica manum iniiceret, ex altera tua illum dextera tra-
heret: & illa vt ſacroſanctus eſſe vellet, exigeret, tu exi-
lium indiceres. Adeo blando vteris imperio, quod is ſup-
plicium honori prætulerit.

Admirabile hoc opus tuum; ſed quod ſequitur, 4.
aliquanto laudabilius. Recognoſce enim quouſque T.
3 Volumnii conſtantem erga amicum ſuum charitatem
ſine vlla reipublicæ iniuria euexeris; qui ortus equeſtri
loco, cum M. Lucullum familiariter coluiſſet, eumque *An.vr. 711.*
M. Antonius, quia Bruti & Caſſii partes ſecutus fuerat,
interemiſſet: in magna fugiendi licentia, exanimi a-
mico adhæſit; hucuſque in lachrymas & gemitus pro-
fuſus, vt nimia pietate cauſſam ſibi mortis accerſeret.
Nam propter præcipuam & perſeuerantem lamenta-

tionem ad Antonium pertractus eſt: cuius poſtquam in conſpectu ſtetit, Iube me, inquit, Imperator, protinus ad Luculli corpus perductum occidi. Neque enim abſumpto illo ſupereſſe debeo, cum ei infelicis militiæ auctor extiterim. Quid hac fidelius beneuolentia? mortem 4 amici, hoſtis odio leuauit, vitam ſuam conſilii crimine aſtrinxit: quoque illum miſerabiliorem redderet, ſe fecit inuiſiorem. Nec difficiles Antonii aures habuit, ductusque quo voluerat, Luculli dexteram auide oſculatus, caput, quod abſciſum iacebat, ſubleuatum pectori ſuo applicauit; ac deinde demiſſam ceruicem victoris gladio præbuit. Loquatur nunc Græcia Theſeum ne- 5 fandis Pirithoi amoribus ſubſcribentem, Ditis ſe patris regnis commiſiſſe. Vani eſt iſtud narrare, ſtulti credere. Miſtum cruorem amicorum, & vulneribus innexa vulnera, mortemque morti inhærentem videre: hæc vera Romanæ amicitiæ indicia; illa gentis ad fingendum paratæ monſtro ſimilia mendacia.

5\. L. quoque Petronius huiuſce laudis conſortionem merito vendicat: pari etenim & inclytæ amicitiæ auſo par 6 gloriæ portio auferenda eſt. Admodum humili loco natus ad equeſtrem ordinem, & ſplendidæ militiæ ſtipendia P. Cælii beneficio peruenerat, cui gratum animum, quia in læta materia exhibere non contigerat: in ea, quam inimicam fortuna eſſe voluit, cum multa fide præſtitit. Erat ab Octauio conſule Placentiæ propoſitus Cælius; qua à Cinnano exercitu capta, & ſenior iam, & graui valetudine affectus, ne in poteſtatem hoſtium veniret, ad auxilium dextræ Petronii confugit. Quem is ab incepto conſilio fruſtra conatus abſtrahere, in iiſdem perſeuerantem precibus interemit, cædique eius ſuam iunxit: ne eo iacente, per quem omnia dignitatis incrementa aſſecutus fuerat, 7 ſupereſſet. Ita alterius fato magnanimitas, alterius pietas cauſam præbuit.

*An. vr. 666.*

6\. Iungendus eſt Petronio Ser. Terentius, quanquam ei, ſicut cupierat, pro amico ſuo perire non contigit. Incepto nanque egregio, non irrito euentu æſtimari debet; quia quantum in illo fuit, & ipſe extinctus eſt, & D. Brutus periculum mortis euaſit. Qui fugiens à Mutina, vt ad ſe interficiendum ab Antonio miſſos equites



tes aduenisse cognouit, quodam in loco iuſtæ pœnæ debitum ſpiritum tenebris furari conabatur: Eoque iam facta irruptione, Terentius fideli mendacio obſcuritate ipſa ſuffragante, Brutum ſe eſſe ſimulauit & corpus ſuum trucidandum equitibus obiecit. Verum cognitus à Furio, cui Brutianæ vltionis officium mandatum fuerat; nece ſua amici ſupplicium diſcutere non potuit: Sic inuitus fortuna cogente vixit.

*An. vr. 710. Dio. 46. Heluiũ Blaſionem quẽdam vt Brutum exemplo ſuo animaret, vltro ſe occidiſſe ſcribit.*

Ab hoc horrido & triſti pertinacis amicitiæ, ad lætum & ſerenum vultum tranſeamus; atque eam inde euocatam, vbi omnia lachrymis, gemitu, cædibus fuerant referta, 8 in eo, quo dignior eſt, felicitatis domicilio collocemus, gratia, honore, abundantiſſimiſque opibus fulgentem. Prodite igitur ab illa, quæ ſanctorum vmbris dicata eſſe 9 creditur, ſede, hinc Decime Læli, illinc M. Agrippa, alter virorum, alter deorum maximum amicum, & certa mente, & ſecundis omnibus ſortiti: totumque beatæ turbæ gregem, qui veſtro ductu venerandа ſinceræ fidei ſtipendia, laudibus & præmiis onuſtus, peregit, in lucem vobiſcum protrahite; Veſtros enim conſtantes animos, veſtra ſtrenua miniſteria, veſtram inexpugnabilem taciturnitatem, proque dignitate & ſalute amicorum perpetuam excubationem, teſtatiorem beneuolentiam; & rurſus harum rerum vberrimos fructus poſterior intuens ætas, in excolendo iure amicitiæ, quam libentius, tam etiam religioſius erit operata.

*7. C. Lælium vocant alii omnes; hic amicitia Scipionis felix, M. Agrippa Auguſti.*

## EXTERNA.

Hæret animus in domeſticis; ſed aliena quoque benefacta referre Romanæ vrbis candor hortatur. Damon & Pythias, Pythagoricæ prudentiæ ſacris initiati, tam fidelem inter ſe amicitiam iunxerant, vt cum alterum ex his Dionyſius Syracuſanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo priusquam periret, domum profectus res ſuas ordinaret, impetrauiſſet; alter vadem ſe pro reditu eius tyranno dare non dubitauit. 10 Solutus erat periculo mortis qui modo ceruices gladio ſubiectas habuerat; eidem caput ſuum ſubiecerat, cui ſecuro viuere licebat. Igitur omnes, & in primis Dionyſius nouæ atque ancipitis rei exitum ſpeculabantur,

*I. Cic. offic. 3.*

Appropinquante deinde definita die, nec illo redeunte;
vnuſquiſque ſtultitiæ tam temerarium ſponſorem da-
mnabat: At is nihil ſe de amici conſtantia metuere præ-
dicabat. Eodem autem momento, & hora à Dionyſio cõ-
ſtituta, qui eam acceperat, ſuperuenit: admiratus ambo-
rum animum tyrannus, ſupplicium fidei remiſit; inſuper-
que eos rogauit vt ſe in ſocietatem amicitiæ, tertium ſo-
dalitii gradum intima culturum beneuolentia reciperent. 11
Hæ ſane vires amicitiæ, mortis contemptum ingenerare,
vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem manſuefacere,
odium in amorem conuertere, pœnam beneficio penſa-
re potuerunt: quibus pene tantum venerationis, quantum
deorum immortalium ceremoniis debetur. Illis enim
publica ſalus, his priuata continetur: atque vt illarum æ-
des ſacra domicilia, ita harum fida hominum pectora
*al. quædã quaſi * quodam ſancto ſpiritu referta templa ſunt.
2. Quod ita eſſe, rex Alexander ſenſit. Darii caſtris, in
*Q. Curt. 3.* quibus omnes neceſſarii eius erant, potitus, Epheſtione
*Diod. Sicul.* gratiſſimo ſibi latus ſuum tegente, ad eos alloquendos
*in vita Ale-* venit. Cuius aduentu mater Darii recreata, humi proſtra-
*xandri.* tum caput erexit, Epheſtionemque, quia ei & ſtatura &
forma præſtabat, more Perſarum adulata, tanquam Ale-
xandrum ſalutauit. Admonita deinde erroris, per ſum-
mam trepidationem excuſationis verba quærebat. Cui
Alexander, Nihil eſt, inquit, quod hoc nomine confunda-
ris, nam & hic Alexander eſt. Vtri prius gratulemur? qui
hoc dicere voluit, an cui audire contigit? Maximi enim
animi Rex, etiam totum terrarum orbem aut victoriis,
aut ſpe complexus, tam paucis verbis ſe cum comite ſuo
partitus eſt. O donum inclytæ vocis, danti pariter atque 12
accipienti ſpecioſum! Quod priuatim quoque merito
veneror, clariſſimi ac diſertiſſimi viri promptiſſimam erga
*De Sex. Põ-* me beneuolentiam expertus. Nec metuo ne parum cõue-
*peio Mæce-* niat mihi Pompeium meum inſtar eſſe Alexandri: cum
*nate ſuo lo-* illi Epheſtio ſuus, alter fuerit Alexander. Ego vero grauiſ-
*quitur, cuius* ſimo crimini ſim obnoxius, conſtantis & benignæ ami-
*meminit lib.* citiæ exempla ſine vlla eius mẽtione tranſgreſſus: cuius in
*2. c. 1.* animo velut in parentum amantiſſimorum pectore, lętior
vitæ meæ ſtatus viguit, triſtior acquieuit. A quo omnium
incrementa commodorum vltro oblata cepi; per quem
tutior



tutior aduerſus caſus ſteti: qui ſtudia noſtra ductu & au-
ſpiciis ſuis lucidiora & alacriora reddidit. Itaque paui in-
uidiam quorundam optimi amici iactura, videlicet quia
fructu torſeram: non quidem meo merito: gratiã meam,
quantacunq; fuit cum his, qui ea vti voluerant partitus.
13 Verum nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis
dentes vitare poſſit. At quo receſſu quoſdam fugeris, aut
14 quibus inſulis miſericordiæ permulſeris; non cohibebis,
ne alienis malis perinde ac bonis ſuis lętentur, ac geſtiãt.
Diuites ſunt aliorum iacturis, locupletes calamitatibus,
immortales funeribus. Sed illi quatenus alienis incõmo
dis ſuorum adhuc expertes inſultent, optima vindex in-
ſolentiæ varietas humanæ conditionis viderit.

---

## CAPVT VIII.

## DE LIBERALITATE.

1 *Q. Fabii Max. Verrucoſſi dict.*
2 *Paullæ Buſæ Canuſinæ.*
3 *Q. Conſidii eq. Rom.*
4 *Populi Rom. erga Attalum regem.*
5 *Eiuſdem populi Romani erga Græcos.*

Externorum.

1 *Hieronis regis Syracuſanorum erga Romanos.*
2 *Gilliæ Agrigentini erga conciues ſuos.*

1 NOſtrum opus pio egreſſu ad proprium dolorẽ pro-
uectum in ſuum ordinem reuocetur, liberalitatiſq;
commemorationi vacemus. Cuius duo ſunt maxime
probabiles fontes; verum iudiciũ, & honeſta beneuolen-
2 tia. Nam cum ab his oritur, tunc demum ei ratio con-
ſtat: dono autem ipſi gratiam magnitudo quidem ſua,
ſed efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat.
Accedit enim pretio rei, inæſtimabile momentum 1
occaſionis, quæ Q. Fabiũ Maximum tot ante ſecula ob *An. vrb. 536*
paruam pecuniæ ſummam erogatam, ad hoc vſq; tem- *Liuius 22.*
pus laudabilem fecit. Captiuos ab Annibale interpoſita *Plutarch. in*
pactione nummorum receperat: qui cum à ſenatu non *vita.*
præſtarentur, miſſo in vrbem filio, fundum quem vnicũ
poſſidebat, vendidit: eiuſq; pretiũ Annibali protinus nu-

meravit. Si ad calculos revocetur, paruũ, vtpote ſeptem
iugeribus, & hæc in Pupinia addictis redactũ: ſi animo e-
rogãtis, omni pecunia maius: Se enim patrimonii, quam 3
patriam fidei inopem eſſe maluit: eo quidem maiore cõ-
mendatione, quo proni ſtudii certius indicium eſt ſupra
vires niti, quam viribus ex facili vti. Alter enim quod
præſtat, poteſt; alter etiam plus quam poteſt.

2. Itaque eiuſdem temporis femina Bula nomine, regio-
nis autem Apuliæ ditiſſima, merito quidem liberalita-
tis teſtimonium recepit: ſed ſi excellentes opes ſuas Fa-
bianis rei familiaris anguſtiis non comparauerit. Nam
*An V. 537.* etſi circa decẽ millia ciuium noſtrorũ, Cannenſis prœ-
*Livius 22.* lii reliquias, benigniſſime intra Canuſina mœnia ali-
mentis ſuſtentauit; ſaluo tamen ſtatu fortunarum ſua-
rum, munificam ſe populo Romano præſtitit: Fabius in
honorem patriæ, paupertatem inopia mutauit.

3. In Q quoque Conſidio ſaluberrimi exempli, nec ſine
*An.V. 690.* paruo ipſius fructu, liberalitas annotata eſt: qui Cati-
*Cic. Q Con-* linæ furore ita conſternata republica, vt ne à locupleti-
*ſidii memi-* bus quidem debitæ pecuniæ, propter tumultum, pretiis
*nit Ver. 3. &* poſſeſſionũ diminutis, ſolui creditoribus poſſent: cum
*pro Cluent.* centies, atque quinquagies H-S ſummam in fœnore ha-
beret, neq; de ſorte quenquam debitorum ſuorum, ne-
que de vſura à ſuis appellari paſſus eſt: quantumque in
ipſo fuit, amaritudinem publicæ confuſionis priuata
tranquillitate mitigauit: Opportune, mirificeque teſta-
tus, nummorum ſuorum, nõ ciuilis ſanguinis ſe eſſe fœ-
neratorem. Iam qui hac præcipue nundinatione dele-
ctantur, cum pecuniam cruentam domum retulerint,
quam improbando gaudio exultent recognoſcent; ſi di-
ligenter ſenatuſconſultum, quo Conſidio gratiæ actæ
ſunt, legere non faſtidierint.

Queri mecum iamdudum populus Romanus vide-
tur, quod cum ſingulorum munificentiam conſecter,
de ſua taceam: Ad ſummam enim eius laudem perti-
net: quem animum regibus, & vrbibus, & gentibus
præſtiterit recognoſci: quia *omne præclari facti decus*
*An. V. 563.* *crebra memoria in ſe ipſo reuireſcit.* Aſiam bello captam
*Livius 38.* Attalo regi muneris loco poſſidendam tradidit, eo ex-
celſi-



celſius, & ſpecioſius Vrbis noſtræ futurum imperium *Strabo 13.*
credens, ſi ditiſſimam atque amœniſſimam partem ter- *Cic. pro Seſt.*
rarum orbis, in beneficio, quam in fructu ſuo repone-
re maluiſſet. Ipſa victoria donum felicius: quia multum
occupaſſe, habere inuidiam potuit: tantum tribuiſſe, glo-
ria carere non potuit.

Illius vero Romanæ liberalitatis cæleſtem ſpiritum 5.
4 nullæ literæ ſatis dignis laudibus proſequentur. Philip- *An V. 557.*
po enim Macedonum rege ſuperato, cum ad Iſthmi- *Plutarch.*
5 cum ſpectaculum tota Græcia conueniſſet, T. Quinctius *Flaminino.*
Flamininus tubæ ſigno ſilentio facto, per præconẽ hæc *Livius 33.*
verba recitari iuſſit, S. P. Q. R. & T. Quinctius Flamini-
nus Imperator omnes Græciæ vrbes, quæ ſub ditione
Philippi regis fuerunt, liberas atq; immunes eſſe iubet.
Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines
perculſi: primo veluti non audiſſe ſe, quæ audierant cre-
dentes obticuerunt. Iterata deinde pronuntiatione præ-
conis, tanta cælum clamoris alacritate compleuerunt;
vt certo conſtet, aues quæ ſuperuolabant, attonitas, pa-
uentesque decidiſſe. Magni animi fuiſſet à tot captiuo-
rum capitibus ſeruitutem detraxiſſe, quot tunc nobiliſ-
ſimis & opulentiſſimis vrbibus pop. Ro. libertatem lar-
6 gitus eſt. Ad cuius maieſtatem pertinet, non ſolum quæ
7 ipſe benigne tribuit, ſed etiam quæ ipſo tribuente ſenſu
commemorari. Vt enim illic collatæ, ita hic repertæ
laudis commendatio eſt.

## EXTERNA.

Hiero Syracuſanorum rex, audita clade qua Roma- 1.
8 ni apud Thraſymenum lacum erant afflicti, trecenta *An. V. 536.*
millia modium tritici, & ducenta millia hordei, auri- *Livius 22.*
que ducenta & 40. pondo Vrbi noſtræ muneri miſit.
Neque ignarus verecundiæ maiorum noſtrorum quod
nollent accipere, in habitum id Victoriæ formauit, vt
eos religione motos, munificentia ſua vti cogeret: vo-
luntate mittendi prius, iterum prouidentia cauendi, ne
remitteretur, liberalis.

SVBNECTAM huic Agrigentinum Gilliam, quem 2.

propemodũ ipſius liberalitatis præcordia cõſtat habuiſſe: Erat opibus excellens, ſed multo etiam animo, quam diuitiis locupletior. ſemperq; in eroganda potius, quam in contrahenda pecunia occupatus: adeo vt domus eius quaſi quædam munificentiæ officina crederetur. Illinc enim publicis vſibus apta monimenta extruebantur, illinc grata populi oculis ſpectacula edebantur, illinc epularum magnifici apparatus, labentique annonæ ſub- 9
ſidia oriebantur: Et cum hæc vniuerſis, priuatim alimenta inopia laborantibus, dotes virginibus pauperta- 10
te preſſis, detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur. Hoſpites quoque tum vrbanis penatibus, tum etiam ruſticis tectis benigniſſime excepti, variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam verò tempore quingentos ſimul Gelenſium equites vi tempeſtatis in poſſeſſiones ſuas compulſos, aluit ac veſtiuit. Quid multa? non mortalem aliquem, ſed propitiæ fortunæ benignum eſſe diceres ſinum. Ergo quod Gillias poſſidebat, omnium quaſi commune patrimonium erat: pro cuius ſalute & incrementis, tum Agrigentina ciuitas,
tum etiam vicinæ regiones votis excubabãt. Colloca ex 11
contraria parte arcas inexorabilibus clauſtris obſeratas; nonne præſtantiorem aliquanto exiſtimes illam impenſam, quam hanc cuſtodiam?

VALE-



# VALERII MAXIMI
## LIBER QVINTVS.
### CAPVT I.
### DE HVMANITATE ET CLEMENTIA.

1 *Senatus Romani.*
2 *L. Cornelii Scipionis Cos.*
3 *T. Quinctii Criſpini.*
4 *M. Claudii Marcelli procos.*
5 *Q. Metelli Macedonici procos.*
6 *P. Scipionis Æmiliani procos.*
7 *P. Africani Maioris procos.*
8 *L. Æmilii Paulli Cos. 2.*
9 *Cn. Pompeii Magni procos.*
10 *C. Iulii Cæſaris Cos. 2.*
11 *M. Antonii triumuiri.*

Externorum.

1 *Alexandri Magni.*
2 *Piſiſtrati Athenienſis.*
3 *Pyrrhi Epirotarum regis.*
4 *Antigoni Macedoni regis.*
5 *Campanorum.*
6 *Annibalis Pœni.*

LIberalitati quas aptiores comites, quã humanitatem & clementiam dederim? quoniam idem genus laudis expetunt: quarum prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præſtatur. Cumque neſcias qua maxime probes, eius tamen commendatio præcurrere videtur, cui nomen ex ipſo homine quæſitum eſt.

Ante omnia autem humaniſſima & clementiſſima 1.
ſenatus acta referam. Qui cum Carthaginenſium legati ad captiuos redimẽdos in Vrbem veniſſent, protinus his nulla pecunia accepta, reddidit iuuenes, numerũ duum *An. vrb. 552*
2 millium & ſeptingentorum quadragintatrium explen- *Liu. 30. du-*
tes. Verum tantum hoſtium exercitum dimiſſum, tantã *centos nobi-*
pecuniam contemptam, tot Punicis iniuriis veniam da- *les ſine pre-*
tam, ipſos legatos obſtupuiſſe arbitror, ac ſecum dixiſſe: *tio redditos*
O munificentiam gentis Romanæ, deorum benignitati *ſcribit.*
æquandam! O etiam noſtram legationem ſupra vota

*An.V. 552.* felicem! nam quod beneficium nunquam dediſſemus,
*Liuius 30.* accepimus. Illud quoq; non paruum humanitatis ſena-
tus iudicium eſt. Syphacem enim quondam opulentiſſi-
mũ Numidiæ regem captiuum, in cuſtodia Tiburi mor-
*An.V. 586.* tuum, publico funere cenſuit efferendum, vt vitæ dono
*Liu. 45. Plu.* honorem ſepulturæ adiiceret. Conſimiliq; clementia in
*in Paullo de* Perſe vſus eſt: nam cum Albæ in qua cuſtodiæ cauſſa re-
*morte regis.* legatus erat, deceſſiſſet; quæſtorem miſit qui eum publi-
co funere efferret: ne reliquias regias iacere inhonoratas
pateretur. Hoſtibus illa, & miſeris, & fato functis officia
regibus erogata: hæc amicis & felicibus, & viuis tributa
*An.V. 585.* ſunt. Confecto Macedonico bello, Muſicanes Maſſaniſſę
*Liu. 45.* filius, cum equitib. quos in præſidium Romanorum ad-
duxerat, ab imperatore Paullo ad patrem remiſſus, tem-
peſtate claſſe diſperſa Brunduſiũ æger delatus eſt: Quod
vbi ſenatus cognouit, continuo illo quęſtorem ire iuſſit,
cuius cura & hoſpitium adoleſcẽti expediretur, & omnia
quæ ad valetudinẽ opus eſſent, præberentur: impenſæq;
liberaliter cum ipſi, tum toti comitatui præſtarẽtur. Na-
ues etiam vt proſpicerentur, quibus ſe bene ac tuto cum
ſuis in Africam traiiceret: Equitibus ſingulas libras argẽ-
ti, & quingenos ſeſtertios dari imperauit. Quæ tã prom-
pta & exquiſita patrum conſcriptorũ humanitas efficere
*An. V. 586.* potuit, vt etiam ſi expiraſſet adoleſcens, æquiore animo
*Liuius 45.* deſiderium eius pater toleraret. Idem ſenatus, cum ad
gratulandum ſibi Pruſiam Bithyniæ regem Perſe deui-
cto venire audiſſet, obuiam illi P. Cornelium Scipionẽ
quæſtorem Capuam miſit: cenſuitq; vt domus ei Romæ
quam optima conduceretur, & copiæ nõ ſolum ipſi, ſed
etiam comitibus eius publice pręberentur. In eoq; exci-
piendo tota vrbs vnius humani amici vultum habuit.
*An.V. 590.* Ita qui amantiſſimus noſtri venerat, duplicata erga nos
*Liuius 46.* beneuolentia in regnum ſuum reuerſus eſt. Nec Ægy-
ptus quidẽ Romanæ humanitatis expers fuit. Rex enim
Ptolemæus à minore fratre regno ſpoliatus, petendi au-
xilii gratia cum paucis admodum ſeruis, ſqualore obſi-
tus, Romam venerat, ac ſe in hoſpitium Alexandrini pi-
ctoris cõtulerat. Id poſtquam ſenatui relatum eſt, accer-
ſito iuuene, quam potuit accurata excuſatione vſus eſt,
quod nec quæſtorem illi more maiorum obuiam miſiſ-
ſet,



ſet, nec publico eum hoſpitio excepiſſet: eaque non ſua ne-
gligentia, ſed ipſius ſubito & clandeſtino aduentu facta di-
xit: Et illum è curia protinus ad publicos penates deduxit,
hortatuſque eſt, vt depoſitis ſordibus adeundi ipſius diem pe-
teret. Quinetiam curæ habuit, vti munera ei quotidie per
quæſtorem darentur. His gradibus officiorum iacentem ad
regium faſtigium erexit: effecitq; vt plus ſpei in auxilio pop.
Rom. quam metus in ſua fortuna reponeret.

Atqve vt ab vniuerſis Patribus conſcriptis ad ſingulos 2.
veniam, L. Cornelius conſul primo Punico bello, cum Ol- *An. vrb. 494*
3 biam oppidum cepiſſet, pro quo fortiſſime dimicans, Anno *Silius Ital. 6.*
dux Carthaginienſium occiderat, corpus eius è tabernaculo
ſuo amplo funere extulit: nec dubitauit hoſtis exequias ipſe
celebrare: tum demum victoriam & apud deos & apud ho-
mines minimum inuidiæ habituram credens, cum pluri-
mum humanitatis habuiſſet.

4 Qvid de Quinctio Criſpino loquar, cuius manſuetu- 3.
dinem potentiſſimi affectus ira atq; gloria quatere non po-
tuerunt? Badium Campanum & hoſpitio benigniſſimæ do-
mi ſuæ exceperat, & aduerſa valetudine correptum attentiſ-
ſima cura recreauerat: A quo poſt illam nefariam Campa- *An. vrb. 541.*
norum defectionem in acie ad pugnam prouocatus, cum & *Liuius 25.*
viribus corporis & animi virtute aliquanto eſſet ſuperior;
monere ingratum, quam vincere maluit. Nam quid agis,
inquit, demens? aut quo te praua cupiditas tranſuerſum ra-
pit? parum habes publica impietate furere, niſi etiam pri-
5 uata lapſus fueris? vnus tibi Romanorum videlicet Quin-
ctius placet, in quo ſceleſte exerceas arma, cuius penati-
bus & honoris viciſſitudinem, & ſalutem tuam debes? At
me fœdus amicitiæ, diique hoſpitales ſancta noſtro ſangui-
ni, veſtris pectoribus vilia pignora, hoſtili certamine con-
gredi tecum vetant: Quinetiam ſi in concurſu exercituum
fortuito vmbonis mei impulſu proſtratum agnouiſſem,
applicatum iam ceruicibus tuis mucronem reuocaſſem.
Tuum ergo crimen erit hoſpitem occidere voluiſſe: meum
non erit hoſpes occiſus. Proinde aliam, qua occidas,
dexteram quære, quoniam mea te ſeruare didicit. Dedit
vtrique cæleſte numen debitum exitum: ſiquidem in eo
prœlio Badius obtruncatus eſt, Quinctius inſigni pugna
clarus euaſit.

Age, M. Marcelli clementia, quam clarum, quamque
4. memorabile exemplum haberi debet? qui captis à ſe Sy-
*An. vrb.* 541 racuſis in arce earum conſtitit; vt vrbis modo opulen-
*Liu.* 25. *Plu.* tiſſimæ, tunc afflictæ, fortunam ex alto cerneret. Cete-
rum caſum eius lugubrem intuens, fletum cohibere nõ
potuit; quem ſi quis ignarus vir aſpexiſſet, alterius vi-
ctoriam eſſe crediſſet. Itaq; Syracuſana ciuitas in ma-
xima clade tua aliquid admiſtum gratulationis habuiſti:
quia ſi tibi incolumem ſtare fas non erat, leniter ſub tam
manſueto victore cecidiſti.

5. Q. verò Metellus Celtibericum in Hiſpania gerens
*An. vrb.* 611 bellum, cum vrbem Centobricam obſideret, & iam ad-
*L. Flor.* 2. *c.* mota machina, partem muri quæ ſola conuelli poterat,
17. *Verſobri-* diſiecturus videretur; humanitatem propinquæ victoriæ
*gas vocat.* prætulit. Nam cum Rethogenis filios, qui ad eum tranſ-
ierat, Centobricenſes machinæ ictibus obieciſſent; ne
pueri in conſpectu patris crudeli genere mortis conſu-
merentur, (quanquã ipſe Rethogenes negabat eſſe impe-
dimento, quo minus etiam per exitum ſanguinis ſui ex-
pugnationẽ perageret) ab obſidione diſceſſit. Quo qui-
dem tam clementi facto, etſi non vnius ciuitatis mœnia,
omnium tamen Celtiberarum vrbium animos cepit; ef-
fecitque vt ad redigendas eas in ditionem populi Rom.
non multis ſibi obſidionibus opus eſſet.

6. Africani quoque poſterioris humanitas ſpecioſe late-
*A. vrb.* 607. que patuit. Expugnata enim Carthagine, circa Siciliæ
*Cic. Verr.* 6. ciuitates literas miſit, vt ornamẽta templorum ſuorum
à Pœnis rapta, per legatos recuperarent, inque priſtinis
ſedibus reponenda curarent. Beneficium diis pariter at-
que hominibus acceptum.

7. Huic facto par eiuſdem aui humanitas. A quæſtore 6
*A. vrb.* 544. ſuo haſtæ ſubiectos captiuos vendente puer eximiæ for-
*Liuius* 27. mæ & liberalis habitus miſſus eſt. De quo cum exploraſ-
ſet, Numidam eſſe orbum relictum à patre, educatum
apud auunculum Maſſaniſam, eo ignorãte immaturam
aduerſus Romanos ingreſſum militiam; & errori illius
veniam dandam, & amicitiæ regis fidiſſimi populo Ro.
debitam venerationem tribuendam exiſtimauit. Itaque
puerum annulo, fibulaq; aurea & tunica laticlauia, Hi-
ſpanoq; ſagulo, & ornato equo donatum, datis qui eum
proſe-



7 proſequerentur equitibus, ad Maſſaniſam remiſit. Eos
igitur victoriæ maximos fructus rati Romani diis tem-
plorum ornamẽta, regibus ſanguinem ſuum reſtituere.

L. etiam Paulli in tali genere laudis memoria appre- 8.
hendenda eſt. Qui cum Perſen, parui temporis momen- *An. vr.* 580.
to captiuum ex rege, ad ſe adduci audiſſet: occurrit ei *Liu.* 45. *Plu.*
Romani imperii decoratus ornamentis: Conatumque
ad genua procumbere, dextra manu alleuauit, & Græco
8 ſermone ad ſpem exhortatus eſt: Introductum etiam in
9 tabernaculum, lateri ſuo proximum in concilio ſedere
iuſſit: nec honore menſæ indignum iudicauit. Propo-
natur in conſpicuo acies, qua proſtratus eſt Perſes, & ha-
rum rerum, quas retuli, contextus; vtro magis ſpectacu-
lo delectentur, homines dubitabunt: Nam *ſi egregium eſt
hoſtem abiicere, non minus tamen laudabile, infelicis ſcire mi-
ſereri.*

Hæc L. Paulli humanitas admonet me, ne de Cn. Pom- 9.
peii clementia taceam. Regem Armeniæ Tigranem, qui *An. vr.* 687.
& per ſe magna cum populo Ro. bella geſſerat, & infeſtiſ- *Diod.* 36.
ſimum Vrbi noſtræ Mithridatem Ponto pulſum, viribus *Plutarch.*
ſuis protexerat, in conſpectu ſuo diutius iacere ſuppli-
cem paſſus non eſt: ſed benignis verbis recreatum, diade-
ma, quod abiecerat, capiti reponere iuſſit. Certiſq; re-
bus imperatis, in priſtinum fortunæ habitum reſtituit:
æque pulchrum eſſe iudicans & vincere reges & facere.

Quam præclarum tributæ humanitatis ſpecimen Cn.
Pompeius, quam miſerabile deſideratæ idem euaſit ex- 10.
emplum! Nam qui Tigranis tempora inſigni regio te- *An. vr.* 705.
10 xerat, eius caput tribus coronis triumphalibus ſpolia- *Plutar. Cæſ.*
tum, in ſuo modo terrarum orbe, nuſquam ſepulturæ lo- *Pomp. App.*
cum habuit: Sed abſciſum à corpore, inops rogi, nefariũ *Ciuil.* 2.
Ægyptiæ perfidiæ munus portatum eſt, etiam ipſi victo- *Sed crocodili*
ri miſerabile. Vt enim id Cæſar aſpexit, oblitus hoſtis, *lacrymas; nã*
ſoceri vultum induit, ac Pompeio tum proprias, tum *ficto pectore*
etiam filiæ ſuæ lachrymas reddidit: caput autem plu *fleuit, ut Luc.*
rimis & precioſiſſimis odoribus cremandum curauit. *& Dion.* 42.
Quod ſi nõ tam manſuetus animus diuini principis ex- *An. vr.* 707.
titiſſet, paulo ante Romani imperii columen habitum *Dio.* 43. *Plu.*
(ſic vt mortaliũ negotia fortuna verſat) inhumatum ia- *Cæſ. & Ca-*
cuiſſet. Catonis quoque morte Cæſar audita, & ſe illius *tone.*

gloriæ inuidere, & illũ ſuæ inuidiſſe dixit: patrimoniũq;
eius liberis ipſius incolume ſeruauit. Et hercule diuino-
rum Cæſaris operũ non parua pars Catonis ſalus fuiſſet.

21. M. etiam Antonii animus talis humanitatis intelle-
ctu non caruit. M. enim Bruti corpus liberto ſuo ſepe-
*An.V.711.* liendum tradidit: quoq; honoratius cremaretur, inici ei
*Plutarch.* ſuum paludamentum iuſſit: iacentem non hoſtem, ſed
*Appian.4.* ciuem depoſito æſtimans odio. Cumq; interceptum à li-
berto paludamẽtum comperiſſet, ira percitus, protinus
in eum animaduertit, hac ante prefatione vſus: Quid? tu
ignoraſti cuius tibi viri ſepulturam cõmiſerim? Fortem,
piamque eius victoriam Philippicam libenter dii vide-
runt: ſed ne iſta quidem generoſiſſimæ indignationis
verba inuiti audierunt.

## EXTERNA.

1. Commemoratione Romani exempli in Macedoniam
deductus, morum Alexandri præconium facere cogor:
cuius vt infinitam gloriam bellica virtus, ita præcipuũ
*Front.4.6.* amorem clementia meruit. Is, dum omnes gentes infa-
*6.* tigabili curſu luſtrat, quodam loci tempeſtate niuali op-
preſſus, ſenio iam confectum militem Macedonẽ, nimio
frigore obſtupefactum, ipſe ſublimi & propinqua igni
ſede ſedens, animaduertit. Factaq; non fortunæ, ſed æ-
tatis vtriuſque æſtimatione, deſcendit, & illis manibus,
quibus opes Darii afflixerat, corpus frigore duplicatum 11
in ſuam ſedem impoſuit: Id ei ſalutare futurum dicens,
quod apud Perſas capitale extitiſſet, ſolium regiũ occu-
paſſe. Quid ergo mirum eſt, ſi ſub eo duce tot annis mi-
litare iucundũ ducebant, cui gregarii militis incolumi-
tas proprio faſtigio charior erat? Idem nõ hominum vl-
*Q.Curt.10.* li, ſed naturæ fortunæque cedens, quanquam violentia
morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram
omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit. Quis au- 11
tem illam oſculari non curreret, quæ iam fato oppreſſa,
maximi exercitus complexui, humanitate, quam ſpiritu
viuidiore ſuffecit?

2. Non tam robuſti generis humanitas, ſed & ipſa ta-
men memoria proſequenda Piſiſtrati Athenienſium ty-
*Plu. Apoph.* ranni narrabitur. Qui, cum adoleſcens quidam amore
filiæ



filiæ eius virginis accenſus, in publico obuiam ſibi factã
oſculatus eſſet: hortante vxore vt ab eo capitale ſuppli-
cium ſumeret, reſpondit: Si eos, qui nos amant, interfici-
mus; quid his faciemus, quibus odio ſumus? Minime di-
13 gna vox, cui adiiciatur, eam ex tyranni ore manaſſe.
In hunc modum filiæ iniuriam tulit, ſuam multo lau- *Seneca de i-*
dabilius. A Thraſippo namq; amico inter cœnam ſine *ra 3.cap.11.*
ſine conuitio laceratus, ita & animum & vocem ab ira
cohibuit, vt putares ſatelliti eũ à tyranno male audire. Ab-
euntem quoq; veritus ne propter metũ maturius ſe con-
uiuio ſubtraheret, inuitatione familiari cœpit retinere.
Thraſippus concitatæ temulentiæ impetu euectus, os
eius ſputo reſperſit: nec tamen in vindictam ſui accende-
re potuit. Ille vero etiam filios ſuos violatæ patris maie-
ſtati ſubuenire cupientes retraxit. Poſtero quoque die
Thraſippo ſupplicium à ſe voluntaria morte exigere vo-
lente, venit ad eum, dataq; fide in eodem gradu amicitiæ
manſurum, ab incepto reuocauit. Si nihil aliud dignum
honore vel memoria geſſiſſet, his tamen factis abunde ſe
poſteritati commendaſſet.

Æque mitis animus Pyrrhi regis. Audierat quoſdam 3.
14 Tarentinorum in conuiuio parum honoratum de ſe ſer- *An.V.473.*
monem habuiſſe, accerſitoſque qui ei interfuerant per- *circiter.*
contabatur, an ea quæ ad aures eius peruenerant, dixiſ- *Plutarch. in*
ſent. Tum ex his vnus: Niſi, inquit, vinum nobis defeciſ- *vita.*
ſet, iſta quæ tibi relata ſunt, præ iis quæ de te locuturi e-
ramus, luſus ac iocus fuiſſent. Tam vrbana crapulæ ex-
cuſatio, tamque ſimplex veritatis confeſſio, iram regis
conuertit in riſum. Qua quidem clementia, & modera-
tione aſſecutus eſt, vt & ſobrii ſibi Tarentini gratias a-
gerent, & ebrii bene precarentur. Ab eadem altitudine *An.V.474.*
humanitatis legatis Romanorum ad redimendos capti- *circiter.*
uos caſtra ſua petentibus, quo tutius venirent, Lyconem
Moloſſum obuiam miſit: quoque honoratius exciperẽ-
tur, ipſe cum ornato equitatu extra portam occurrit. Se-
15 cundarum rerum prouentu non adeo corruptus, vt offi- **al. profe-*
cii *proſpectum in iis deponeret, qui tum maxime ar- *ctum.*
mis cum eo diſſidebant.

Cuius tam mitis ingenii debitum fructum vltimo 4. *Plu. in vita.*
fati ſui tempore recepit: Nam cum diris auſpiciis Argi- *Iuſtin.25.*

uorum inuaſiſſet vrbem, abſciſumq; caput eius Alcyoneus Antigoni regis filius ad patrem propugnatione laborantem, lætus velut aliquod feliciſſimum victoriæ opus attuliſſet: Antigonus correpto iuuene, quod tāti viri ſubitæ ruinæ, immemor humanorū caſuum, effuſo gau-
Καύσια Suid. dio inſultaret: humo caput ſublatum, cauſea, qua velatum caput ſuum more Macedonum habebat, texit: corporique Pyrrhi redditum, honoratiſſime cremandum curauit. Quinetiam filium eius Helenum captiuum ad ſe pertractum, & cultum & animum gerere regium iuſſit: oſſaque Pyrrhi ei aurea vrna incluſa, Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.

5. Campani autem exercitum noſtrum cum conſulibus
*An.V.*432. *Liuius* 9. apud Caudinas furcas, ſub iugum à Samnitibus miſſum; nec inermem tantum, ſed etiam nudum vrbem ſuam intrantem; perinde ac victorem, & ſpolia hoſtium præ ſe ferentē venerabiliter exceperunt: Protinuſq; conſulibus inſignia honoris, militibus veſtē, arma, equos, commeatum benigniſſime præſtando, & inopiam & deformita-
*An.V.*542. *Liuius* 26. tem Romanæ cladis mutarunt: Quo animo ſi pro imperio noſtro aduerſus Annibalem quoq; vſi fuiſſent, truculentis ſecuribus materiam ſæuiendi non præbuiſſent.

6. Facta mentione acerrimi hoſtis, manſuetudinis e-
*An.V.*537. *Liuius* 22. ius operibus, quam Romano nomini præſtitit, locum qui inter manus eſt, finiam. Annibal enim Æmilii Paulli apud Cannas trucidati quæſitum corpus, quantum
*An.V.*541. *Liuius* 25. in ipſo fuit, inhumatum iacere paſſus non eſt. Annibal Ti. Gracchum Lucanorum circumuentum inſidiis, cum ſummo honore ſepulturæ mandauit; & oſſa eius
*An.V.*545. *Liu.*27. *Plu. Marcello.* in patriam portanda militibus noſtris tradidit. Annibal M. Marcellum in agro Brutio, dum conatus Pœnorum cupidius quam conſideratius ſpeculatur, inter-
*forte, *funere.* emptum, legitimo *iure extulit: Punicoque ſagulo, & corona donatum laurea rogo impoſuit. ergo *humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat,* 16 *toruoſque & truces hoſtium mollit oculos, ac victoriæ inſolentiſſimos ſpiritus flectit. Nec illi difficile & arduum eſt, inter arma contraria, inter diſtrictos cominus mucrones placidum iter reperire. Vincit iram, proſternit odium, hoſtilemque ſanguinem hoſtilibus lacrymis miſcet.* Quæ etiam



etiam admirabilem Annibalis vocem pro funeribus Romanorum ducum arbitria ſtatuentis expreſſit. Quare aliquanto ei plus gloriæ Paullus, Gracchus, & Marcellus ſepulti, quam oppreſſi attulerunt: Siquidem illos Pœnico aſtu decepit, Romana manſuetudine honorauit. Vos quoque fortes, ac piæ vmbræ, non pœnitendas ſortitæ eſtis exequias: nam vt optabilius in patria, ita ſpecioſius pro patria collapſæ, ſupremi officii decus infelicitate amiſſum, virtute recuperaſtis.

## CAPVT II.

## DE GRATITVDINE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | *Senatus Romani.* | 8 | *C. Marii Cos. 4.* |
| 2 | *Iuuentutis Romanæ.* | 9 | *L. Syllæ dictatoris.* |
| 3 | *Plebis Romanæ.* | 10 | *Libitinariorum.* |
| 4 | *M. Minucii Rufi. magiſt. eq.* | | Externorum Regum. |
| 5 | *Q. Terentii Culeonis.* | 1 | *Darii Perſarum.* |
| 6 | *Ciuium è Græcia liberatorum.* | 2 | *Mithridatis Ponti.* |
| | | 3 | *Attali Aſiæ.* |
| 7 | *Q. Metelli Pii Cos.* | 4 | *Maſſaniſſæ Numidiæ.* |

1 GRatas verò ingrataſq; animi ſignificationes, & facta libuit oculis ſubiicere, vt virtuti ac vitio iuſta merces æſtimationis ipſa comparatione accederet. Sed
2 quoniam contrario propoſito ſeſe diſtinxerunt, noſtro quoque ſtylo ſeparentur: prioremq; locum obtineant, quæ laudem, quam quæ reprehenſionem merentur.

Atque vt à publicis actis ordiar, Marcium Coriolanū 1.
patriam oppugnare conantem, admotoq; portis Vrbis *An.V.* 265.
ingenti Volſcorum exercitu, funus ac tenebras Roma- *Liu.* 2. *Plut.*
no imperio minitantē, Veturia mater & Volumnia vxor *Dionyſ.* 8.
nefarium opus exequi precibus ſuis paſſæ non ſunt. In quarum honorem ſenatus matronarum ordinem benigniſſimis decretis adornauit. Sanxit nanq; vti feminis ſemita viri cederent, confeſſus plus ſalutis Reipubl. in
ſtola quam in armis fuiſſe: vetuſtiſque *aurium inſigni- * forte, *in-*
bus nouum vitæ diſcrimen adiecit: Permiſit quoque his *aurium.*

purpurea veſte & aureis vti ſegmentis. Super hæc ædem
& aram Fortunæ Muliebri eo loco, quo Coriolanus exa-
oratus fuerat, faciundum curauit, memorem beneficii a-
nimum ſuum exquiſito religionis cultu teſtando.
Quem ſecundi etiam belli Punici tempore exhibuit.
*An.V.541.* Cum enim à Fuluio Capua obſideretur, ac duæ Campa-
*Liuius 26.* næ mulieres beneuolentiam erga Romanos dimitte-
re ex animis noluiſſent, Veſtia Opidia materfamilias, &
Cluuia Facula meretrix; quarum altera quotidie pro ſa-
lute noſtri exercitus ſacrificauit, altera captis militibus
Romanorum alimenta ſubminiſtrare non deſtitit. Vrbe
*An.V.543.* illa oppreſſa, ſenatus his & libertatem & bona reſtituit:
*Liuius 26.* & ſi quid amplius præmii petiſſent, libenter ſe daturum
aſſeuerauit. Vacaſſe in tanto gaudio Patribus cõſcriptis
duabus humilibus feminis referre gratiam, nedum tam
præ ſe tuliſſe, mirandum.
Quid illa quoq; iuuentute Romana gratius? quæ C.
2. *An.V.295.* Nautio & Minutio Coſſ. vltro nomina ſua militari ſa- 3
*Liuius 3.* cramento obtulit, vt Tuſculanis, quorũ fines Æqui oc-
*Dionyſ.10.* cupauerant, præſidium ferrent; quia paucis ante menſi-
*ſed triennio* bus conſtantiſſime & fortiſſime imperium Romani pop.
*tardius.* defenderat. Ergo quod auditu nouum eſt, ne patriæ gra-
ta voluntas ceſſaſſe videretur, exercitus ſe ipſe cõſcripſit.
3. Magnum grati populi ſpecimen in Q. Fabio Maximo
enituit: nam cum quinque conſulatibus ſalutariter reip. 4
*An.V.464.* adminiſtratis deceſſiſſet, certatim æs contulit; quo ma-
*circiter.* ior ac ſpecioſior eius funeris pompa duceretur. Eleuet
*Auct. de vir.* aliquis præmia virtutis, cum animaduertat *fortes viros*
*Illuſt. c. 32.* *felicius ſepeliri, quam viuere ignauos.*
4. Fabio alteri etiã incolumi ſumma cum gloria gratia 5
*An.V.536.* relata eſt: Dictatori ei magiſter equitum Minutius ſci-
*Liuius 22.* to plebei, quod nunquam antea factum fuerat, æqua-
*Plut. in Fab.* tus, partito exercitu ſeparatim in Samnio cum Anniba-
le conflixerat: Vbi temere inito certamine peſtiferum
habiturus exitum, ſubſidio Fabii cõſeruatus, & ipſe eum
patrem appellauit, & a legionibus ſuis patronum ſalu-
tari voluit: Ac depoſito æqualis imperii iugo, magiſte-
rium equitum, ſicut par erat, dictaturæ ſubiecit: impru-
dentiſque vulgi errorem gratæ mentis ſignificatione
correxit.

Tam



Tam hercle probabiliter, quam Q. Terentius Culeo 5.
prætoria familia natus, & inter paucos ſenatorii ordinis *An.V.552.*
ſplendidus, optimo exemplo Africani ſuperioris cur- *Liuius 3.*
rum triumphantis, quia captus à Carthagínienſibus, ab *Plu. Apoph.*
eo fuerat recuperatus, pileum capite gerens, ſecutus eſt.
Auctori enim libertatis ſuæ, tanquam patrono accepti
beneficii confeſſionem, ſpectante populo Romano me-
rito reddidit.
At Flaminini de Philippo rege triumphantis currum, 6.
non vnus, ſed duo millia ciuium Romanorum pileata *An.V.559.*
comitata ſunt; quæ Punicis bellis intercepta, & in Græ- *Liuius 34.*
6 cia ſeruientia, cura ſua collecta, in priſtinum gradum re- *Plu. in vita.*
ſtituerat. Geminatum ea die decus imperatoris, à quo ſi-
mul & deuicti hoſtes, & conſeruati ciues ſpectaculũ pa-
triæ præbuerunt. Illorum quoque ſalus dupliciter omni-
bus accepta fuit: & quia tam multi, & quia tam grati ex-
optatum libertatis ſtatum recuperauerunt.
Metellus vero pius pertinaci erga exulem patrem a- 7.
7 more, tam clarum lacrymis, quam alii victoriis cogno- *An.V.675.*
8 men aſſecutus, non dubitauit conſul pro Q. Calidio *Cicer. pro*
9 præturæ candidato ſupplicare populo, quod Tribunus *Plancio.*
plebis legem, qua pater eius in ciuitatem reſtitueretur,
tulerat. Quinetiam patronum eum domus & familiæ
ſuæ ſemper dictitauit. Nec hac re de principatu, quem
procul dubio obtinebat, quicquam decerpſit; quia non
humili, ſed grato animo longe inferioris hominis maxi-
mo merito eximiam ſummittebat dignitatem.
Iam C. quidem Marii non ſolum præcipuus, ſed etiam 8.
præpotens gratæ mentis fuit impetus: Duas etiam Ca- *An.V.651.*
mertium cohortes, mira virtute vim Cimbrorum ſuſti- *Plu. in vita.*
nentes, in ipſa acie, aduerſus conditionem fœderis ciui- *& Apoph.*
tate donauit: Quod quidem factum & vere & egregie *Cic. pro Bal.*
excuſauit, dicendo inter armorum ſtrepitum, verba ſe iu-
ris ciuilis exaudire non potuiſſe. Et ſane id tempus erat,
quo magis defendere, quam audire leges oportebat.
C. Marii veſtigia vbique L. Sylla certamine laudis 9.
10 ſubſequitur: Dictator enim Pompeio etiam priuato *An.V.672.*
caput adaperuit, & ſella aſſurrexit, & equo deſcen- *Plut. Pomp.*
dit: Eaque ſe libenter facere in concione prædicauit,
memor ab eo duodeuiginti annis nato partes ſuas exer-

citu paterno adiutas. Multa inſignia Pompeio, ſed neſcio
an hoc quicquam admirabilius contigerit, quod magni-
tudine beneficii Syllam ſui obliuiſci coegit.

10. Sit aliquis in ſummo ſplendore etiam ſordidis gratiis 11
*An. V. 710.* locus, M. Cornuto prætore funus Hirtii, & Panſæ iuſſu
ſenatus locante, qui tunc Libitinā exercebant, cum rerū
ſuarum vſum, tum miniſterium ſuum gratuitū polliciti
ſunt; quia hi pro republica dimicantes occiderant. Per-
ſeuerantiq; poſtulatione extuderunt, vt exequiarū pa-
ratus ſeſtertio nummo ipſis præbentibus addiceretur.
Quorum laudem adiecta lege conditio auget magis,
quam extenuat: quoniam quidem quæſtum contem-
pſerunt, nulli alii rei quam quæſtui viuentes.

*Externa.*

Pace cinerum ſuorum Reges gentium exterarum ſe-
cundum hunc tam contemptum gregem referri ſe pa-
tientur: qui aut non attingendus, aut non niſi in vltima
parte domeſticorum exemplorum collocandus fuit. Sed
dum honeſti actus etiam ab infimis editi, memoria non
intercidant; licet, ſeparatum locum obtineāt: vt nec his
adiecti, nec illis prælati videantur.

1. Darius priuatæ adhuc fortunæ, amiculo Syloſontis
*Strabo 14.* Samii delectatus, curioſiore contemplatione fecit, vt vl-
*Herodot. 3.* tro ſibi, & quidē à cupido daretur. Cuius muneris quam
*Vnde adagiū* grata æſtimatio animo eius eſſet allapſa, regno potitus
*ἡ συλόσωντος* oſtendit: totam nanque vrbem, & inſulam Samiorum
*χλαμύς.* Syloſonti fruendam tradidit. Non enim pretium rei æ-
*Ælian. Var.* ſtimatum, ſed occaſio liberalitatis eſt honorata; magiſq;
*hiſt. 4.* à quo donum proficiſceretur, quam ad quem perueni-
ret, prouiſum.

2. Mithridates quoque rex magnifice gratus apparuit,
quoniam pro Leonico acerrimo ſalutis ſuæ defenſore
à Rhodiis nauali pugna excepto, omnes hoſtium ca-
ptiuos permutauit. ſatius eſſe exiſtimans ab inuiſiſſi-
mis circumſcribi, quam benemerito gratiam non re-
ferre.

3. Liberalis populus Romanus magnitudine muneris,
*An. V. 620.* quod Attalo regi Aſiam dedit dono: Sed Attalus etiam
*Liuius 58.* teſtamenti æquitate gratus, qui eandem Aſiam popula
*Plin. 33. c. 11.* Roma



Rom. legauit. Itaque nec huius munificentia, nec illius
tam memor beneficii animus tot verbis laudari poteſt;
quot ampliſſimæ ciuitates vel amice datæ, vel pie redditæ
ſunt.

Ceterum neſcio an præcipue Maſſaniſæ regis pectus 4.
12 grati animi pignoribus fuerit refertum: Beneficio enim
Scipionis & Romanorum amicitiæ, & perampli regni
modo liberaliter auctus; memoriam inclyti muneris ad
vltimum vitæ finem, longa etiam à diis immortalibus
ſenectute donatus, conſtantiſſima fide perduxit. Adeo
vt eum non ſolum Africa, ſed etiam cunctę gentes ſcirent
amiciorem Corneliæ familiæ, atq; vrbi Rom. quam
ſibimetipſi ſemper fuiſſe. Ille, cum graui Carthaginen-
ſium bello premeretur, ac vix tutelæ ſui regni ſufficeret:
tamen Scipioni Æmiliano, quia nepos Africani erat, bo- *An. vr. 602*
nam magnamque partem Numidici exercitus, quem ad *Appian. Ibe-*
Lucullum conſulem, à quo ad auxilia petenda miſſus fue- *rica.*
rat, in Hiſpaniam duceret, promptiſſima mente tradidit,
præſentique periculo reſpectum priſtini beneficii ante-
poſuit. Ille, cum iam ętate deficiente, magnas regni opes,
quatuor & quinquaginta filiorum numerum relinquens
in lectulo laberetur, M V. Manlium, qui proconſule *An. vr. 605*
Africam obtinebat, literis obſecrauit vt ad ſe Scipionem *Liuius 50.*
Æmilianum, ſub eo tunc militantē, mitteret: feliciorem *Appian. in*
mortem ſuam futuram ratus, ſi in complexu dextræ eius *Libyca Zo-*
ſupremum ſpiritum ac mandata poſuiſſet. Ille aduentum *naras. Cic. in*
Scipionis fatis ſuis præcurrentibus, hæc vxori, liberiſque *ſomnio*
præceperat: vnum in terris populum Rom. & vnam in *Scipionis.*
populo Rom. Scipionis domum noſſe, integra omnia Æ-
miliano ſe ſeruare, eum diuidendi regni arbitrū haberent:
Quod is ſtatuiſſet, perinde ac teſtamento cautū immuta-
bile ac ſanctum obtinerent. Tot tamque variis rebus ſe
Maſſaniſa infatigabili pietatis ſerie ad centeſimum extē-
dit annum. His, & horum ſimilib. exemplis, beneficentia
generis humani nutritur atque augetur. Hæ ſunt eius fa-
ces, hi ſtimuli, propter quos iuuandi & emerendi cupidi-
tate flagrat. Et ſane ampliſſimæ, & ſpecioſiſſimæ diuitiæ
ſunt, feliciter erogatis beneficiis, late poſſe cenſeri. Quo-
rum quoniam religioſum cultum inſtituimus, nunc ne-
glectum, ſugillandi gratia, quo fit gratior, referemus.

L

## *CAPVT III.*
## DE INGRATITVDINE.

1 *Senatus Romani in Romulum.*
2 *Populi Rom. in M. Camillum & alios.*
3 *P. Sextilii in C. Cæſarem oratorem.*
4 *Cn. Popilii in M. Ciceronem.*
5 *Cn. Pompeii Magni in Cn. Carbonem.*

Externorum.

1 *Carthagineſium in Annibalem.*
2 *Spartanorũ in Lycurgũ.*
3 *Athenienſium in Theſea & alios.*

1. *An.vrb.* 37. *Liuius* 1. *Dionyſ.*11. *Plut. in vita* VRbis noſtræ parentem ſenatus in ampliſſimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia lacerauit; nec duxit nefas ei vitam adimere, qui æternum Romano imperio ſpiritum ingenerauerat. Rude nimirum illud & ferox ſeculum, conditoris ſui cruore fæde maculatum, ne ſumma quidem poſteritatis diſſimulare pietas poteſt.

Hunc ingratum lapſæ mentis errorem, conſentanea 1
noſtræ ciuitatis pœnitentia ſequitur. Virium Romanarum & incrementum lętiſſimum, & tutela certiſſima Furius Camillus, in Vrbe incolumitatem ſuam tueri non
2. *An.vr.*362. *Liu.* 5. *Plut.* valuit; cuius ipſe ſalutem ſtabilierat, felicitatem auxe- 2
rat. Siquidem à L. Appuleio Tribuno pl. tanquam peculator Veientanæ prædæ reus factus, duris atque (vt ita dicam) ferreis ſententiis in exilium miſſus eſt. Et quidem eo tempore, quo optimo iuuene filio ſpoliatus, ſolatiis magis alleuandus, quam cladibus onerandus erat; Sed immemor patria tanti viri maximorum meritorum, exequiis filii, damnationem patris iunxit. At, inquit, ærario abeſſe Tribunus plebis querebatur quindecim millia æris, tanti nanque pœna finita eſt. Indignam ſummam, propter quam populus Romanus tali principe
*An. vr.* 551. *Liu.*38. *App. Polyb.* careret. Priore adhuc querela vibrante, alia deinceps exurgit Africanus ſuperior, non ſolum contuſam & confractam belli Punici armis Rempubl. ſed pene iam exſanguem, atque morientem Africæ dominam reddidit:
*An vr.*566. cuius clariſſima opera iniuriis penſando ciueis, vici eum 3
*Liuius* 38. ignobilis, ac deſertæ paludis accolam fecerunt: Eiuſque 4
voluntarii



voluntarii exilii acerbitatem non tacitus ad inferos tulit, ſepulchro ſuo inſcribi iubendo, INGRATA. PATRIA. NE. OSSA. QVIDEM. MEA. HABES. Quid iſta aut neceſſitate indignius, aut querela iuſtius, aut vltione moderatius? Cineres ei ſuos negauit, quam in cineres collabi paſſus non fuerat. Igitur hanc vnam Scipionis vindictam ingrati animi vrbs Roma ſenſit: maiorem mehercule Coriolani violentia. Ille enim metu patriam pulſauit, hic verecundia: De qua ne queri quidem tanta *An.vr.* 566 veræ pietatis conſtantia niſi poſt fata ſuſtinuit. *Liuius* 38. Talia paſſo (credo) quæ fratri eius accidere ſolatio eſſe potuerunt: cui rex Antiochus deuictus, & Aſia imperio populi Rom. adiecta, ſpecioſiſſimuſq; triumphus, vt peculatus reus fieret, & in carcerem duci iuberetur, cauſſam præbuit. Nihilo virtute minor fuit poſterior Africanus; ſed *An. vr.* 624 ne exitu quidem felicior: Duabus enim vrbibus Numan- *Liuius* 59. tia atque Carthagine imperio Rom. imminentibus, ex *Velleius.* rerum natura depulſis, raptorem ſpiritus domi inuenit, *Plutarch.*
5 mortis punitorem in foro non reperit. Quis ignorat tan- *Gracch.*
tum laudis Scipionem Naſicam toga, quantum armis *An.vr.* 620 vtrumque Africanũ meruiſſe? Qui peſtifera Ti. Gracchi *Plut. Gracc.* manu faucibus apprehenſam rempublicam ſtrangulari *App Ciuil.* 1 paſſus non eſt. Sed is quoque propter iniquiſſimam virtu- *Cic. pro* tum ſuarum apud ciues æſtimationem, ſub titulo legati- *Flacco.* onis Pergamum ſeceſſit. Et quod vitæ ſuperfuit, ibi ſine vllo ingratæ patrię deſiderio peregit.

In eodem nomine verſor, nec dum Corneliæ gentis querelas exhauſi. Nam P. Lentulus clariſſimus & amantiſſimus reipublicæ ciuis, cum in Auentino C. Gracchi, *An.vr.* 632. nefarios conatus, & aciem pia ac forti pugna, magnis *Cic. Catil.* 4 vulneribus exceptis fugaſſet: prœlii illius, quo leges, pacem, libertatemque in ſuo ſtatu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in vrbe noſtra moreretur. Siquidem inuidia & obtrectatione compulſus, legatione à ſenatu libera impetrata, habitaque concione, qua à diis immortalibus petiit ne vnquam ad ingratum populum reuerteretur, in Siciliam profectus eſt, ibique perſeueranter morando compotem ſe voti fecit. Quinque igitur Cornelii totidem ſunt notiſſima ingratæ patriæ exempla. Atque horum quidem ſeceſſus voluntarii.

*An.vr.* 317. Ahala vero, cum magiſter equitum Sp. Mœlium re- 6
*Liuius* 4. gnum affectantem occidiſſet;cuſtoditæ libertatis ciuium,
*Cic.Catil.* 1. exilio ſuo pœnas pependit.
*& in orat.* Ceterum vt ſenatus populique mens in modum ſub-
*pro domo.* itæ tempeſtatis concitata, leni querela proſequenda eſt;
ita ſingulorum ingrata facta liberiore indignatione pro-
ſcindenda ſunt: Quia potentes conſilii, cum vtrunque
ratione perpendere liceret, ſcelus pietati prætulerunt. 7
3. Quo enim Iambo,qua procella verborum,impium Sex- 8
tilii caput obrui meretur?quod C Cæſarem, à quo cum
ſtudioſe, tum etiam feliciter grauiſſimi criminis reus de-
*An.vr.* 666 fenſus fuerat, Cinnanæ proſcriptionis tempore profu-
*Cic. de orat.* gum,præſidium ſuum in fundo Tarquinienſi cladis con-
3. ditione implorare,beneficii iure repetere coactum, à ſa-
*Liuius* 80. cris perfidæ menſæ, & altaribus nefandorum Penatium
auulſum,truculento victori iugulandum tradere non ex-
horruit. Finge accuſatorem eius fortuna publica in ſup-
plicis nomen conuerſum, tam luctuoſam illum opem
genibus annixum oraſſe,crudeliter tamen repulſus vi-e-
retur: quia *etiam quos iniuriæ inuiſos faciunt, gratioſos*
*miſeriæ reddunt.* Verum Sextilius non accuſatorem, ſed
patronum ſæuiſſimæ inimici violentiæ ſuis manibus ob-
iecit: ſi metu mortis, vita indignus: ſi præmii ſpe, morte
digniſſimus.
4. Sed vt ad alium conſentaneum huic ingrati animi a-
*An.vr.* 710 ctum tranſgrediar, M. Cicero C. Popillium Lænatem, Pi-
*Plutarch.* cenæ regionis,rogatu M. Cælii, non minore cura quam
*Liuius* 120 eloquentia defendit: eumq; cauſſa admodum dubia flu-
*App.Ciu.* 4. ctuantem,ſaluum ad penates ſuos remiſit. Hic Popillius
poſtea nec re,nec verbo à Cicerone læſus,vltro M. Anto-
nium rogauit, vt ad illum proſcriptum perſequendum
& iugulandum mitteretur: Impetratiſque deteſtabilis
miniſterii partibus, gaudio exultans Caietam cucurrit,
& virum,omitto quod ampliſſimæ dignitatis, certe ſalu-
tis eius auctorem ſtudio etiam præſtantis officii priua-
tim ſibi venerandum, iugulum præbere iuſſit: Ac proti-
nus caput Romanæ eloquentię,&pacis clariſſimam dex-
teram,per ſummum & ſecurum otium amputauit. Ea-
que ſarcina,tanquam opimis ſpoliis alacer in Vrbem re-
uerſus eſt. Neque ei ſceleſtum portanti onus ſuccurrit,
illud



illud ſe caput ferre, quod pro capite eius quondam pero-
rauerat. inualidæ ad hoc monſtrum ſugillandum literæ:
quoniam qui talem Ciceronis caſum ſatis digne deplo-
rare poſſit,alius Cicero non extat.
Quo te nunc modo Magne Pompei attingam, ne- 5.
ſcio: Nam & amplitudinem fortunæ tuæ, quæ quondam
omnes terras, & omnia maria fulgore ſuo occupauerat,
intueor; & ruinam eius maiorem eſſe, quam vt manu
mea attentari debeat, memini. Sed nobis tamen tacenti- *An.vr.*671.
bus Cn. Carbonis, à quo admodum adoleſcens de pater- *Plut. Pomp.*
nis bonis in foro dimicans protectus es, iuſſu tuo inter- *App.Ciuil.*1.
empti mors animis hominum obuerſabitur, non ſine ali-
qua reprehenſione: quia tam ingrato facto, plus L. Syllæ
viribus,quam propriæ indulſiſti verecundiæ.

*Externa.*

At ne noſtra confeſſis alienigenæ vrbes inſultent: 1.
Carthaginienſes Annibalem; qui pro illorum incolumi-
tate & victoria, tot imperatores, totque exercitus noſtros *An. vr.* 558.
trucidauerat; quot gregarios milites hoſtium ſi occidiſ- *Liuius* 33.
ſet, magnæ gloriæ foret; è conſpectu ſuo ſubmouere in *Æmil. Prob.*
animum induxerunt. *in Annibale.*
Neminem Lycurgo aut maiorem aut vtiliorem 2.
virum Lacedæmon genuit: vtpote cui Apollo Pythius
oraculum petenti reſpondiſſe fertur: Neſcire ſe vtrum *Plut.in vita.*
illum hominum, an deorum numero aggregaret. Huic *Herod.*1.*Sto-*
tamen neque vitæ ſumma ſinceritas, neque conſtantiſſi- *bæus ſer.*17.
mus erga patriam amor, neque leges ſalutariter exco-
gitatæ auxilio eſſe potuerunt, quo minus infeſtos ciues
experiretur: Sæpe enim lapidibus petitus, aliquando fu-
rore publico eiectus, etiam priuatus oculo: ad vltimum
ipſa patria pulſus eſt. Quid aliæ faciant vrbes; vbi etiam
illa, quæ conſtantiæ, & moderationis, & grauitatis exi-
miam ſibi laudem vendicat, tam ingrata aduerſus tam be-
nemeritum extitit?
Detrahe Athenienſibus Theſea, nullæ, aut non 3.
tam claræ Athenæ erunt: ſiquidem ille vicatim diſper- *Plut.in vita.*
ſos ciues ſuos in vnam vrbem contraxit; paſſimque & *Cic.de leg.* 2.
agreſti more viuenti populo ampliſſimæ ciuitatis for-
mam atque imaginem impoſuit. Idem ſæua potentiſ-

ſimi regis Minois imperia vixdum ætate pubeſcentē re-
pulit. Idem effrænatam Thebanorum inſolentiam
domuit. idem opem liberis Herculis tulit, & quicquid
vbique monſtri aut ſceleris fuit; virtute animi ac ro-
bore dextræ comminuit. Huius tamen ſummoti ab
*Plut. in vita.* Athenienſibus, Scyros exule minor inſula, oſſa mor-
*Iuſtin. 2.* tui cepit. Iam Solon, qui tam præclaras, tamque vti-
les Athenienſibus leges tulit, vt ſi his perpetuo vti voluiſ-
ſent, ſempiternum habituri fuerint imperium; qui Sa-
lamina velut hoſtilem arcem ex propinquo ſaluti eo-
rum imminentem recuperauit, qui Piſiſtrati tyranni-
dem primus vidit orientem, & ſolus armis opprimi
debere, palam dictitare auſus eſt; ſenectutem Cypri
profugus exegit: neque ei in patria, de qua optime me-
*Prob. in vita* ruerat, humari contigit. Bene egiſſent Athenienſes
*Herod. 6.* cum Miltiade, ſi eum poſt trecenta millia Perſarum Ma-
*Iuſtin. 2.* rathone deuicta, in exilium protinus miſiſſent, ac non
in carcere & vinculis mori coegiſſent. Sed vt puto ha- 9
ctenus ſæuire aduerſus optime meritum abunde non du-
xerunt. Imo ne corpus quidem eius, ſic expirare coacti,
ſepulturæ prius mandari paſſi ſunt; quam filius eius Ci-
mon eiſdem vinculis ſe conſtringendum traderet. Hanc
hæreditatem paternam maximi ducis filius, & futurus
ipſe ætatis ſuæ dux maximus, ſolam ſe creuiſſe, catenas
*Plutarch. &* ſcilicet & carcerem, gloriari potuit. Ariſtides etiam, quo
*Prob. in vita* totius Græciæ iuſtitia cenſetur, continentiæ quoque exi-
mium ſpecimen, patria excedere iuſſus eſt. Felices A-
thenas, quæ poſt illius exilium inuenire aliquem aut vi-
rum bonum, aut amantem ſui ciuem potuerunt; cum
*Plutarch. &* quo tunc ipſa ſanctitas migrauit! Themiſtocles eorum,
*Probus.* qui ingratam patriam experti ſunt, celeberrimum exem-
plum; cum illam incolumem, claram, opulentam, prin-
cipem Græciæ reddidiſſet, eouſque ſenſit inimicam; vt
ad Xerxis, quem paullo ante deſtruxerat, non debitam 10
*Plutarch. &* ſibi miſericordiam perfugere neceſſe haberet. Phocion
*Probus.* vero his dotibus, quæ ad pacandum hominem potentiſ-
ſimæ iudicantur, eloquentia & integritate inſtructiſſimus,
tantum non in eculeo ab Athenienſibus impoſitus eſt; ſed
certe poſt obitum nullā Atticæ regionis, quæ oſſibus eius
iniiceretur, glebulam inuenit; iuſſus extra fines proiici,
intra



intra quos optimus ciuis vixerat. Quid obeſt igitur, quin
publica dementia ſit exiſtimanda, ſummo conſenſu ma-
ximas virtutes, quaſi grauiſſima delicta punire, bene-
ficiaque iniuriis rependere? Quod cum vbique, tum
præcipue Athenis intolerabile videri debet: in qua vr- *Val. 2. c. 6.*
be aduerſus ingratos actio conſtituta eſt. Et recte: quia
*dandi & accipiendi beneficii commercium, ſine quo vix*
11 *vita hominum conſtat, perdit & tollit, quiſquis bene-*
*merito parem referre gratiam negligit.* Quantam ergo
reprehenſionem merentur, qui cum æquiſſima iura, ſed
iniquiſſima haberent ingenia; moribus ſuis, quam legib.
vti maluerunt? quod ſi qua prouidentia deorum effici
poſſet, vt excellentiſſimi viri, quorum modo caſus re-
tuli, legem ingratorum vindicem retinentes, patriam
ſuam in ius ad aliam ciuitatem pertraherent; nonne in-
12 genioſum & garrulum populum, mutum atque elin-
guem hac poſtulatione reddidiſſent? Diſcordes foci tui,
& pagis diuidua tuguria Græciæ facta ſunt columen.
Lucet Marathon Perſicis trophæis: Salamis & Artemi-
ſium Xerxis naufragia numerantur: prævalidis manibus
exhauſta mœnia, pulchrioribus operibus conſurgunt:
harum rerum auctores vbi vixerint, vbi iacent reſponde.
13 Nempe Theſea paruulo in ſcopulo ſepeliri, & Miltia-
dem in carcere mori, & Cimona paternas induere ca-
tenas, & Themiſtoclem victorem victi hoſtis genua
complecti. Solonemque cum Ariſtide, & Phocione pena-
14 tes ſuos ingrata fugere coegiſti: cum interim cineribus
noſtris fœde ac miſerabiliter diſperſis, Oedipodis oſſa, *Sophocles in*
cæde patris nuptiis matris contaminata, inter ipſum Areo- *Oedipo Co-*
pagū, diuini atque humani certaminis venerabile domi- *lon.*
cilium, & excelſis præſidiis Mineruæ arcem, honore aræ
15 decorata quaſi ſacroſancta colis: Adeo tibi aliena mala *Legem de a-*
tuis bonis gratiora ſunt. Lege itaque legem, quæ te *ctione contra*
iureiurando obſtrictam tenet: & quia benemeritis de- *ingratos in-*
bita reddere præmia noluiſti, læſis iuſta piacula exol- *telligit.*
16 ue. Tacent mutæ illorum vmbræ fati neceſſitate con-
ſtrictæ: at immemores beneficiorum Athenas omnis
lingua ſermone licenti in reprehenſionem ſoluta, non
tacet.

## *CAPVT IV.*

## DE PIETATE IN PARENTES.

| Cuius exempla Rom. ſunt. | | Externa. | |
|---|---|---|---|
| 1 | *Cn. Marcius Coriolanus.* | 1 | *Pero filia patrem mamma nutriens.* |
| 2 | *P. Scipio Africanus maior.* | 2 | *Cimon Athenienſis.* |
| 3 | *T. Manlius Torquatus.* | 3 | *Duo fratres Hiſpani.* |
| 4 | *M. Aurelius Cotta.* | 4 | *Cleobis & Bython Amphinomus & Anapus.* |
| 5 | *C. Flaminius trib. pl.* | 5 | *Scytha.* |
| 6 | *Claudia virgo Veſtalis.* | 6 | *Crœſi regis filius mutus.* |
| 7 | *Filia matrem in carcere mamma nutriens.* | 7 | *Pulto Pinnenſis iuuenis.* |

SEd omittamus ingratos, & potius de piis loquamur. aliquanto enim ſatius eſt fauorabili, quam inuiſæ rei vacare. Venite igitur in manus noſtras proſpera parentium vota, felicibus auſpiciis propagatæ ſoboles; quæ efficitis vt & genuiſſe iuuet, & generare libeat.

1. Coriolanus maximi vir animi, & altiſſimi conſilii, optimeque de republica meritus, iniquiſſimæ damnationis ruina proſtratus, ad Volſcos infeſtos tunc Romanis confugit. *Magno vbique pretio virtus æſtimatur.* *An. vr. 261. Liuius 2. Plutarch. Dionyſ. 8.*
Itaq; quo latebras quæſitum venerat, ibi breui ſummum 1
adeptus eſt imperium. Euenitque, vt quem pro ſe ſalutarem imperatorem ciues habere noluerant; pene peſtiferũ aduerſus ſe ducem experirentur. Frequenter enim fuſis exercitibus noſtris victoriarum ſuarum gradibus, aditum iuxta mœnia vrbis Volſco militi ſtruxit. *An. vr. 265. Liuius Plut. Dionyſ.* Quapropter faſtidioſus ille in æſtimandis bonis ſuis populus, qui reo nõ pepercerat, exuli coactus eſt ſupplicare. Miſſi ad eum deprecandum legati, nihil profecerunt. Miſſi deinde ſacerdotes cum infulis, æque ſine effectu redierunt. Stupebat Senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres exitium imminens lamentabantur. Tunc Veturia Coriolani mater Volumniam vxorem eius, & liberos ſecum tra-

hens



2 hens caſtra Volſcorum petiit. Quam vbi filius aſpexit,
Expugnaſti, inquit, & viciſti iram meam, patriæ, precibus
3 huius admotis; cuius vtero te, quamuis merito mihi inuiſam, dono: Continuoque Romanum agrum hoſtilibus armis liberauit. Ergo pectus dolore acceptæ iniuriæ, ſpe potiundæ victoriæ, verecundia detrectandi miniſterii, metu mortis refertum, totum ſibi pietas vacuefecit: vniuſque parentis aſpectus bellum atrox ſalutari pace mutauit.

2. Eadem pietas viribus ſuis inflammatum Africanum
4 ſuperiorem, vix dum annos pueriltatis egreſſum, ad opem patri in acie ferendam virili robore armauit. Conſulem enim eum apud Ticinum fluuium aduerſis auſpiciis cum Annibale pugnantem grauiter ſauciũ, interceſſu ſuo ſeruauit: neque illum aut ætatis infirmitas, aut militiæ tyrocinium, aut infelicis prœlii etiam veterano bellatori pertimeſcendus exitus interpellate valuit, quo minus du- *An. vr. 535. Liuius 21. Plin. 16. c. 4.*
5 plici gloria conſpicuam coronam, imperatore ſimul & patre ex ipſa morte rapto, mereretur.

3. Auribus iſta tam præclara exempla Romana ciui-
6 tas accepit, illa vidit oculis. L. Manlio Imperioſſo diem ad
7 populum Pomponius tribunus pl. dixerat, quod occaſione * bene conficiendi belli ductus, legitimum obtinendi imperii tempus exceſſiſſet. Quodque filium optimæ indolis iuuenem ruſtico opere grauatum publicis vſibus ſubtraheret. Id poſtquam Manlius adoleſcens cognouit, protinus Vrbem petiit, & ſe in Pomponii domum prima luce direxit: qui exiſtimans in hoc eum veniſſe, vt patris crimina, à quo plus iuſto aſpere tractabatur, deferret; excedere omnes iuſſit cubiculo, quo licentius remotis arbitris indicium perageret. Nactus occaſionem opportunam propoſito ſuo iuuenis, gladium, quem tectum attulerat diſtrinxit, tribunumque minis ac terrore compulſum iurare coegit, à patris eius accuſatione receſſurum: Eoque effectum eſt, ne Imperioſſus cauſſam diceret. Commendabilis eſt pietas, quæ manſuetis parentibus præſtatur: ſed Manlius quo horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo eius ſubuenit: quia ad eum diligendum præter naturalem amorem, nullo indulgentiæ blandimento inuitatus fuerat.

*An. vr. 391. Liuius 7. Cic. effic. 3.*
* *al.* bene finiendi

4. Hanc pietatem æmulatus M. Cotta, eo ipſo die quo togam ſumpſit virilem; protinus vt è Capitolio deſcendit,
*An.vr.687.* C. Carbonem, à quo pater eius damnatus fuerat, poſtu- 8
*Diod.36.* lauit: peractumque reum iudicio afflixit, & ingenium & 9
adoleſcentiam præclaro opere auſpicatus.

5. Apud C. quoque Flaminium auctoritas patria æque
*An.vr.521.* potens fuit. Nam cum tribunus pl. legem de Gallico agro
*Cic. de inuẽtione 2. & in Bruto.* viritim diuidendo, inuito & repugnante ſenatu promulgaſſet, precibus minisque eius acerrime reſiſtens, ac ne exercitu quidem aduerſus ſe conſcripto, ſi in eadem ſententia perſeueraret, abſterritus; poſtquam pro Roſtris ei legem iam referenti pater manum iniecit; priuato fractus imperio, deſcendit è Roſtris, ne minimo quidem murmure deſtitutæ concionis reprehenſus.

6. Magna ſunt hæc virilis pietatis opera, ſed neſcio an his omnibus valentius & animoſius Claudiæ Veſta-
*An.vr.610. Suet. Tiberio. Cic. pro M.Cal.* lis virginis factum. Quæ cum patrem ſuum triumphantem è curru violenta tribuni plebis manu detrahi animaduertiſſet; mira celeritate vtriſque ſe interponendo, ampliſſimam poteſtatem inimicitiis accenſam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in ædem Veſtæ duxit. Nec diſcerni potuit, vtri plus laudis tribueretur, an cui victoria, an cui Pietas comes aderat.

Ignoſcite vetuſtiſſimi foci veniamque æterni date ignes, ſi à veſtro ſacratiſſimo templo ad neceſſa- 10
rium magis, quam ſpecioſum vrbis locum contextus operis noſtri progreſſus fuerit. *Nulla* enim *acerbitate fortunæ, nullis ſordibus pretium charæ pietatis euileſcit: Quin etiam eo certius, quo miſerius experimentum ha-*
7. *Plin.7.c.36.* *bet.* Sanguinis ingenui mulierem prætor apud tribu-
nal ſuum capitali crimine damnatam, triumuiro in 11
carcere necandam tradidit. Quo receptam, is qui cuſtodiæ præerat, miſericordia motus, non protinus ſtrangulauit. Aditum quoque ad eam filiæ, ſed diligenter excuſſæ, nequid cibi inferret, dedit: exiſtimans futurum, vt inedia conſumeretur. Cum autem iam dies plures intercederent, ſecum ipſe quærens, quidnam eſſet, quod tandiu ſuſtentaretur; curioſius obſeruata filia, animaduertit illam exerto vbere famem matris lactis ſui ſubſidio lenien-



12 lenientem. Quæ tam admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo ad triumuirum, à triumuiro ad Prætorem, à Prætore ad concilium iudicum perlata, remiſſionem pœnæ mulieri impetrauit. Quo non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere ſeruandæ genetricis nouam rationem inuenit? Quid enim tam inuſitatum, quid tam inauditum, quam matrem natæ vberibus alitam? Putaret aliquis hoc contra rerum naturam factum; niſi *diligere parentes prima naturæ lex eſſet.*

*Externa.*

13 Idem de pietate Perus exiſtimetur, quæ patrem ſuum 1.
* Cimona conſimili fortuna affectum, parique cuſtodiæ ** al. Conona*
traditum, iam vltimæ ſenectutis, velut infantem pectori ſuo admotum aluit. Hærent ac ſtupent hominum oculi, cum huius facti pictam imaginem vident, caſuſque antiqui conditionem, præſentis ſpectaculi admiratione renouant; in illis mutis membrorum lineamentis viua ac ſpirantia corpora intueri credentes. Quod neceſſe eſt animo quoque euenire, aliquanto efficaciore pictura literarum: vetera pro recentibus admonitos recordari.* **Deeſt aliqua dictio, forte, faciẽte.*

2. Ne te quidem Cimon ſilentio inuoluam, qui patri tuo ſepulturam voluntariis vinculis emere non dubitaſti. Nam etſi maximo tibi poſtea & ciui, & duci euadere contigit; plus tamen aliquanto laudis in carcere, quam in Curia aſſecutus es. *Cæteræ* enim *virtutes admirationis tantummodo multum, pietas vero etiam amoris plurimum meretur.* *Prob. in vita Iuſtin. 2. Val. c. ſuperiore.*

3. Vos quoque fratres memoria complectar, quorum animus origine fuit nobilior. Siquidẽ admodum humiles in Hiſpania nati, pro parentum alimentis ſpiritum erogãtes, ſpecioſo exitu vitæ inclaruiſtis. Duodecim enim mil-
14 lia numûm, quæ poſt mortẽ veſtram his darentur, à Paciæcis pacti; vt eorum patris interfectorem * Epaſtum gentis ** al. Paſtum*
ſuæ tyrannum occideretis: Nec auſi ſolum inſigne facinus
15 eſtis, ſed etiam ſtrenuo ac forti exitu clauſiſtis. Hiſdem enim manibus Paciæcis vltionem, Epaſto pœnam genitoribus alimenta, vobis glorioſa fata peperiſtis. Itaque tumulis etiam nunc viuitis, quia parentum ſenectutem tueri, quam veſtram expectare, ſatius eſſe duxiſtis.

4. Notiora ſunt fratrum paria, Cleobis & Biton,
*Cic. Tuſc.* 1. Amphinomus & Anapus: illi, quod ad ſacra Iunonis per-
*Plut. Solone.* agenda matrem vexerunt; hi, quod patrem & matrem
*Herod.* 1. humeris per medios ignes Æthnæ portarunt; ſed neutris
*Solin. c.* 11. pro ſpiritu parentum expirare propoſitum fuit.

Nec ergo Argiuam detrecto laudem, aut Ætnæi
**al.* minue- montis gloriam * inuoluerim: verum obſcuriori pro-
rim pter ignorantiam pietati notitiæ lumen admoueo: * ſic-
**al.* forte ſi ut Scythis libenter pietatis teſtimonium reddo. Dario
5. enim totius regni ſui viribus in eorum regiones ſubinde
*Herodot.* 4. impetum facienti, paulatim cedentes, ad vltimas Aſiæ ſo- 16
litudines peruenerant. Interrogati deinde ab eo per le-
gatos, quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi
facturi eſſent, reſponderunt, *Se nec vrbes vllas, nec agros
cultos, pro quibus dimicarent, habere.* Cæterum cum
ad parentum ſuorum monumenta veniſſent, ſciturum
quemadmodum Scythæ prœliari ſolerent. Quo quidem
vno tam pio dicto, immanis & barbara gens ab omni ſe
feritatis crimine redemit. *Prima igitur & optima re-
rum natura pietatis eſt magiſtra, quæ nullo vocis miniſte-
rio, nullo vſu literarum indigens; propriis ac tacitis vi-
bus, charitatem parentum pectoribus liberorum infundit.
Quid ergo doctrina proficit? vt politiora, ſcilicet, non vt me-* 17
*liora fiant ingenia: quoniam quidem ſolita virtus naſcitur
magis, quam fingitur.*

6. Quis enim plauſtris vagos, & ſiluarum latebris cor-
pora ſua tegentes, in modumque ferarum laniatu pecu-
dum viuentes, Dario ſic reſpondere docuit? Illa nimi-
rum, quæ etiam Crœſi filium loquendi vſu defectum, ad
protegendam patris incolumitatem miniſterio vocis in-
*Gell.* 5. *c.* 9. ſtruxit. Captis enim à Cyro Sardibus, cum vnus è nume-
*Herodot.* 1. ro Perſarum, ignarus viri, in cædem eius concitato ferre-
tur impetu: velut oblitus quid ſibi naſcenti fortuna de-
negaſſet, ne Crœſum regem occideret, proclamando, pe-
ne iam impreſſum iugulo mucronem reuocauit. Ita qui
ad id tempus mutus ſibi vixerat, ſaluti parentis vocalis
factus eſt.

7. Eadem charitas Italico bello Pinnenſem iuuenem, 18
*An. vr.* 664. cui Pultoni erat cognomen, tanto animi corporiſque ro-
bore armauit; Vt cum obſeſſæ vrbis ſuæ clauſtris præſi-
deret,



deret, & Romanus imperator patrem eius captiuum, in
conſpectu ipſius conſtitutum, diſtrictis militum gladiis
circundediſſet, occiſurum ſe minitans, niſi irruptioni ſuæ
iter præbuiſſet, ſolus è manibus ſenem rapuerit, duplici
pietate memorandus, quod & patris ſeruator, nec patriæ
fuerit proditor.

---

## *CAPVT V.*

## DE BENEVOLENTIA FRATERNA.


1 *P. Africani maioris.* 3 *Ti. Cæſaris Auguſti.*
2 *M. Fabii Vibulani Cos.* 4 *Militis cuiuſdam.*


HAnc pietatem proximus fraternæ beneuolentiæ
gradus excipit. Nam vt merito primum amoris
vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepiſ-
ſe: ita proximum iudicari debet ſimul accepiſſe. Quam
copioſæ enim ſuauitatis illa recordatio eſt! In eodem do-
micilio antequam naſcerer, habitaui: in iiſdem incunabu-
lis infantiæ tempora peregi: eoſdem appellaui parentes:
eadem pro me vota excubuerunt: parem ex maiorum
imaginibus gloriam traxi. Chara eſt vxor, dulces liberi,
iucundi amici, accepti affines: ſed poſtea cognitis nulla
beneuolentia accedere debet, quæ priorem exhauriat.

Atque hoc teſte Scipione Africano loquor, qui tam- 1.
etſi arctiſſima familiaritate Lælio iunctus erat, attamen *An. vr.* 565.
ſenatum ſupplex orauit; ne prouinciæ ſors fratri ſuo ere- *Liuius* 37.
pta, ad eum transferretur: legatumque ſe L. Scipioni in *Cic. Philipp.*
1 Aſiam iturum promiſit: & maior natu, minori, & fortiſſi- 11.
mus imbelli, & gloria excellens, laudis inopi, &, quod
ſuper omnia eſt, nondum Aſiatico, iam Africanus. Ita-
que clariſſimorum cognominum alterum ſumpſit,
alterum dedit; triumphique prætextam huius excepit,
illius tradidit: miniſterio aliquanto maior, quam frater
imperio.

2 M. vero Fabius conſul inclyta pugna Etruſcis, & 2.
Veientibus ſuperatis; delatum ſibi ſummo ſenatus po- *An. vr.* 272.
pulique ſtudio triumphum ducere non ſuſtinuit: quia eo *Liuius* 2.
prœlio Q. Fabius frater eius conſularis fortiſſime dimi- *Dionyſ.* 9.

cans occiderat. Quantam in eo pectore pietatem fraternę charitatis habitaſſe exiſtimemus, propter quam ampliſſimi honoris tantus fulgor extingui potuit?

3\. Hoc exemplo vetuſtas, illo ſeculum noſtrum ornatum eſt: cui contigit fraternum iugum Claudiæ prius, nunc etiam Iuliæ gentis intueri decus: Tantum enim amorem
*An.vr.744* princeps, parenſque noſter inſitum animo fratris Druſi
*Liuius vlt.* habuit; vt cum Ticini, quo victor hoſtium ad comple-
*Dion. 55.* ctendos parentes venerat, graui illum & periculoſa vale-
*Plin.7.c.20* tudine in Germaniam fluctuare cognoſſet, protinus inde metu attonitus erumperet. Iter quoque quam rapidum & præceps velut vno ſpiritu corripuerit, eo patet; quod Alpes Rhenumque tranſgreſſus die ac nocte mutato ſubinde equo, ducenta millia paſſuum, per modo deuictam Barbariem, Antabagio duce ſolo comite contentus, euaſit. Sed eum tunc maximo labore & periculo implicatum, mortaliumque frequentia defectum, ſanctiſſimum pietatis numen, & dii fautores eximiarum virtutum, & fidiſſimus Romani imperii cuſtos Iupiter comitatus eſt. Druſus quoque, quanquam fato iam ſuo, quam vllius officio propior erat, vigore ſpiritus, & corporis viribus collapſus: eo ipſo tamen, quo vita & mors diſtinguitur, momento, legiones cum inſignibus ſuis fratri obuiam procedere iuſſit, vt imperator ſalutaretur. Præcepit etiam dextra in parte prætorium ei ſtatui, & conſulare & imperatorium nomen obtinere voluit. Eodemque tempore, & fraternæ maieſtati ceſſit, & vita exceſſit. His ſcio equidem nullum aliud quam Caſtoris & Pollucis ſpecimen conſanguineæ charitatis conuenienter adiici poſſe.

4\. Sed omnis memoriæ clariſſimis imperatoribus pro-
*An.vr. 666* fecto non erit ingratum, ſi militis ſumma erga fratrem
*Liuius 77.* ſuum pietas huic voluminis parti adhæſerit. Is namque in caſtris Cn. Pompeii ſtipendia peragens, cum Sertorianum militem acrius ſibi in acie inſtantem cominus intereniſſet, iacentemque ſpoliaret: vt fratrem germanum eſſe cognouit, multum ac diu conuitio deos ob donum impiæ victoriæ inſectatus, prope caſtra tranſtulit, & pretioſa veſte opertum, rogo impoſuit. Ac deinde ſubiecta face, protinus eodem gladio, quo illum intere-merat,



merat, pectus ſuum tranſuerberauit: ſeque ſuper corpus fratris proſtratum, communibus flammis cremandum tradidit. Licebat ignorantiæ beneficio innocenti viuere: ſed vt ſua potius pietate, quam aliena venia vteretur, comes fraternæ neci non defuit.

---

## CAPVT VI.

## DE PIETATE ERGA PATRIAM.

| | |
|---|---|
| 1 *L. Iunii Bruti primi Cos.* | Externorum. |
| 2 *M. Curtii eq. Rom.* | 1 *Codri regis Athenienſium.* |
| 3 *M. Genutii Cipi prat.* | |
| 4 *Q. Ælii Peti pretoris.* | 2 *Thraſybuli Athenienſis.* |
| 5 *P. Decii Q. F. Cos.* | 3 *Themiſtoclis Athenienſis.* |
| 6 *P. Decii P. F. Cos.* | |
| 7 *P. Africani maioris.* | 4 *Philænorum fratrum.* |
| 8 *Ciuium Romanorum.* | 5 *Ariſtotelis Stagiritæ.* |

ARctiſſimis ſanguinis vinculis pietas ſatisfecit: reſtat nunc vt patriæ exhibeatur: *Cuius maieſtati, etiam illa quæ deorum numinibus æquatur, auctoritas parentum, vires ſuas ſubiecit:* fraterna quoque cha-
1 ritas æquo animo ac libenti cedit, ſumma quidem cum ratione. Quia euerſa domo, intentatus reipub. ſtatus ma-
2 nere poteſt: vrbis ruina, penates omnium trahat ſecũ neceſſe eſt. Verum quid attinet verbis iſta complecti?
3 quorum tanta vis eſt, vt aliqui ea ſalutis ſuæ impendio teſtati ſint.

Brutus conſul primus cum Arunte Tarquinii Superbi 1.
regno expulſi filio in acie ita equo concurrit; vt pariter il- *An.vr.244*
latis haſtis, vterque mortifico vulnere ictus exanimis pro- *Liuius 2.* *Dionyſ. 5.*
4 ſterneretur Merito adiecerim populo Romano liberta- *Plutarch.*
tem ſuam magno ſtetiſſe. *Poplicola.*

5 Cum autem in media parte fori, vaſto ac repenti- 2.
no hiatu terra ſubſideret, reſponſumque eſſet; re illum *An.vr.391.*
tantummodo compleri poſſe, qua populus Rom. pluri- *Liuius 7.*
mum valeret: Curtius & animi & generis nobiliſſimus *Oroſ.3.c.5.*
adoleſcens, interpretatus Vrbem noſtram virtute armiſque præcipue excellere; militaribus inſignibus orna-

tus,equum conſcendit, eumq; vehementer admotis cal-
caribus præcipitem in illud profundum egit. ſuper quem
vniuerſi ciues honoris gratia certatim fruges iniecerunt,
continuoque terra priſtinum habitum recuperauit. Ma-
gna poſtea decora in foro Romano fulſerunt:nullum ta-
men hodieque quod pietate Curtii erga patriam clarius
obuerſatur exemplum:cui principatum gloriæ obtinen-
ti,conſimile factum ſubnectam.

3. Genucio Cipo Prætori paludato portam egredienti, 6
*An.vr.* 515. noui & inauditi generis prodigium incidit. Namque in
*Ouidius* capite eius ſubito veluti cornua emerſerunt: reſponſumq; 7
*Metamorph.* eſt regem eum fore, ſi in Vrbem reuertiſſet. Quod ne
25. *Plin.* 11. acciderer, voluntarium ſibimet ac perpetuum indixit
*cap.*37. exilium. Dignam pietatem, quæ quod ad ſolidam gloriã
attinet,ſeptem regibus præferatur. Cuius teſtandæ rei 8
gratia capitis effigies ærea qua exceſſerat portæ incluſa
eſt: dictaque Rauduſculana, quod olim æra raudera
dicebantur.

4. Genucius laudis huius qua maior excogitari vix poteſt, 9
*An.vr.*534. ſucceſſionem Ælio Prætori tradidit. Cuius ius dicentis
*Front.*4.*c.*5. cum in capite picus conſediſſet aruſpiceſque affirmaſſent,
*Plin.*10.*c.*18 conſeruato eo fore domus ipſius ſtatum feliciſſimum,
reip miſerrimum: occiſo,in contrarium vtrũq; ceſſurum,
eueſtigio picum morſu ſuo in conſpectu ſenatus necauit:
Decem & ſeptem milites ſuæ familię, eximiæ fortitu 10
dinis viros, Cannenſi prœlio amiſit: Reſp. procedente
tempore ad ſummum imperii faſtigium exceſſit. Hæc
nimirum exempla, Sylla & Marius, & Cinna tanquam
ſtulta riſerunt.

5. Decius,qui conſulatum in familiam ſuam primus in-
*An.vr.*413. tulit, cum Latino bello Romanam aciem inclinatam &
*Liuius* 8. pene iam proſtratam videret; caput ſuum pro ſalute rei-
*Zonaras.* publicæ deuouit: Ac protinus concitato equo, in medium
hoſtium agmen,patriæ ſalutem,ſibi mortem petens: ir-
rupit factaque ingenti ſtrage, plurimis telis obrutus, ſu-
6. per corruit. Ex cuius vulneribus & ſanguine inſperata
*An.vr.* 458 victoria emerſit.
*Liuius* 10. Vnicum talis imperatoris ſpecimen eſſet, niſi animo
*Zonaras.* ſuo reſpondentem filium genuiſſet. Is nanque in quarto
*Cic. Catone.* conſulatu patris exemplum ſecutus, deuotione ſimili,
æque



æque ſtrenua pugna, conſentaneo exitu labantes perdi-
taſque vires Vrbis noſtræ correxit. Itaque dignoſci ar-
11 duum eſt,vtrum Romana ciuitas vtilius habuerit Decios
duces, an amiſerit: quoniam vita eorum ne vinceretur
obſtitit,mors fecit vt vinceret.

NON eſt extinctus pro rep. ſuperior Scipio Africanus: 7.
ſed admirabili virtute ne reſpu. extingueretur, prouidit.
Siquidem cum afflicta Cannenſi clade vrbs noſtra, nihil *An.vrb.*537
aliud quam præda victoris eſſe Annibalis videretur: ideo *Liuius* 22
que reliquiæ proſtrati exercitus,deferendæ Italiæ aucto-
re *L.* Metello,conſilium agitarent: tribunus militum ad-
modum iuuenis, ſtricto gladio mortem vnicuique mi-
nitando, iurare omnes nunquã ſe relicturos patriam co-
egit: pietatemq; non ſolum ipſe pleniſſimam exhibuit,
ſed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem reuocauit. 8.

AGE, vt à ſingulis ad vniuerſos transgrediar, quanto, *An.vrb.*539
& quam æquali amore patriæ tota ciuitas flagrauit! cum *Liuius* 24.
ſecundo Punico bello exhauſtum ærarium, ne deorum
quidem cultui ſufficeret, & publicani vltro aditos cenſo-
res hortati ſunt, vt omnia ſic locarent, tanquam reſpub.
pecunia abundaret, ſeque præſtituros cuncta; nec vllum
aſſem, niſi bello cõfecto, petituros polliciti ſunt. Domi-
ni quoq; ſeruorum quos Sempronius Gracchus ob inſi-
gnem pugnam Beneuenti manumiſerat, pretia ab impe-
ratore exigere ſuperſederunt. in caſtris etiam non eques,
non centurio ſtipendium dari ſibi deſiderauit. Viri at-
que fœminæ, quicquid auri argentive habuerunt; item
pueri inſignia ingenuitatis ad ſuſtentandam temporis
difficultatem contulerunt: Ac ne beneficio ſenatus, (qui
muneribus functos, tributi onere liberauerat) quiſquã
vti voluit; ſed inſuper id omnes promptiſſimis animis *An.vrb.*358
præſtiterunt. Non ignorabant enim captis Veiis, cum *Liu.* 5. *Plut.*
decimarum nomine, quas Camillus vouerat, aurum A- *Camillo.*
pollini Delphico mitti oporteret, neque emendi eius fa-
cultas eſſet, matronas ornamẽta ſua in ærariũ retuliſſe: *An.vrb.*363
Similiterque audierant, mille pondo auri, quæ Gallis *Liuius* 5
obſidione Capitolii promiſſa debebantur, earum cultu
expleta. Itaque & proprio ingenio, & exemplo vetuſtatis
admoniti, nulla ſibi in re ceſſandum exiſtimauerunt.

## EXTERNA.

1. *Iuſtin.* 2.

SED & externa eiuſdem propoſiti exempla attin-
gam. Rex Athenienſium Codrus cum ingenti hoſtium
exercitu Attica regio debilitata, ferro ignique vaſtare-
tur, diffidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici o-
raculum confugit; perque legatos ſciſcitatus eſt; quonã
modo illud tam graue bellum diſcuti poſſet.* Reſpon-
dit Deus, Ita finem ei fore, ſi ipſe hoſtili manu occidiſſet.
Quod quidem non ſolum totis Athenis, ſed in caſtris et- 12
iam contrariis percrebuit. Eoque factum eſt, vt edicere-
tur, ne quis Codri corpus vulneraret. Id poſtquam co-
gnouit, depoſitis inſignibus imperii, famularem cultum
induit, ac pabulantium hoſtium globo ſe obiecit, vnum-
que ex his falce percuſſum, in cædem ſuam compulit:
Cuius interitu ne Athenæ occiderent, effectum eſt.

**al.* reſponſumque eſt.

2. *Iuſtin.* 5.

AB eodem fonte pietatis Thraſibuli quoque animus
manauit. *Is* cum Athenienſium vrbem triginta tyran-
norum teterrima dominatione liberare cuperet, par-
uaque manu maximæ rei molem aggrederetur, & qui-
dam e conſciis dixiſſet: Quantas tandem tibi Athenæ,
per te libertatem conſecutæ, gratias debebunt? reſpon-
dit: Dii faciant, vt quantas ipſe illis debeo, videat retu-
liſſe. Quo affectu inclytum deſtructæ tyrannidis opus
laude cumulauit.

3. *Plut. Probus Thucyd. Suid.*

THEMISTOCLES autem, quem virtus ſua victorem;
iniuria patrię imperatorem Perſarum fecerat; vt ſe ab ea
oppugnanda abſtineret, inſtituto ſacrificio, exceptum
patera tauri ſanguinem hauſit: & ante ipſam aram, quaſi
quędam pietatis clara victima concidit. Quo quidẽ tam
memorabili eius exceſſu, ne Græciæ altero Themiſtocle
opus eſſet, effectum eſt.

4. *Saluſt. Iugurt Pomp. Mel.* 1. *c.* 7.

SEQVITVR eiuſdem generis exemplum: Cum in-
ter Carthaginem, & Cyrenas de margine agri pertina-
ciſſima contentio eſſet; ad vltimum placuit vtrinque
eodem tempore iuvenes mitti, & locum in quem ii
conueniſſent, finem ambobus haberi populis: Verum
hoc pactum Carthaginienſium duo fratres nomine Phi-
læni, perfidia præcucurrere; citra conſtituram horam
maturato greſſu in longius promotis terminis. Quod
cum intellexiſſent Cyrenenſium iuvenes, diu de fallacia
eorum



eorum queſti, poſtremo acerbitate conditionis iniu-
riam diſcutere conati ſunt. Dixerunt nanque, ſic eum
finem ratum fore, Si Philæni viuos ſe ibi obrui paſſi eſ-
ſent. Sed conſilio euentus non reſpondit: illi enim nulla
interpoſita mora, corpora ſua his terra operienda tra-
diderunt. Qui quoniam patriæ, quam vitæ ſuæ longio-
res terminos eſſe maluerunt; bene iacent manibus &
oſſibus ſuis Punico dilatato imperio. Vbi ſunt ſuperbæ
Carthaginis alta mænia? vbi maritima gloria inclyti
portus? vbi cunctis littoribus terribilis claſſis? vbi tot
exercitus? vbi tantus equitatus? vbi immenſo Africę ſpa-
tio non contenti ſpiritus? Omnia iſta duobus Scipioni-
bus Fortuna partita eſt. At Philænorum egregii facti me-
moriam ne patriæ quidem interitus extinxit. Nihil eſt i-
gitur, excepta virtute, quod mortali animo ac manu im-
mortale quæri poſſit.

*Philænorum aræ Plin.* 5. *c.* 4. *Solin. c.* 30.

IVVENILI ardore plena hæc pietas. Ariſtoteles vero
ſupremæ vitæ reliquias ſenilibus ac rugoſis membris in
ſummo literarum otio vix cuſtodiens, adeo valenter pro
ſalute patriæ incubuit; vt eam hoſtibus armis ſolo æ-
13 quatam in lectulo Athenienſi iacens, Macedonum de
manibus, quibus obiecta erat, eriperet. Ita non tam vrbs
Stagira euerſa Alexandri, quam reſtituta Ariſtotelis no-
tum eſt opus. Patet ergo quam benignæ, quamque pro-
fuſæ pietatis erga patriam omnium ordinum, omnis æ-
tatis homines extiterint; ſanctiſſimisque naturæ legi-
14 bus mirificorum etiam exemplorum clara mundo ſub-
ſcripſerit veritas.

5. *Plut. in Alex. & Diog. in vita Ariſtot. Ælian. Var. hiſt.* 3.

---

## *CAPVT VII.*

## DE PATRVM AMORE ET INDVLGENTIA IN LIBEROS.

1 *Q. Fabii Max. Rulliani.*
2 *Caſetii Flaui.*
3 *Octauii Balbi.*

EXTERNORVM REGVM.

1 *Seleuci Syriæ.*
2 *Ariobarzanis Cappadociæ.*

DEt nunc vela pii & placidi affectus parentum erga
liberos indulgentia; ſalubrique aura prouecta, gra-
tam ſuauitatis ſecum dotem afferat.

1.
*An.V.462. Liuius 11. Oroſ.3.c.22. Zonaras. Cicero pro Murena.*

FABIVS Rullianus quinque conſularibus ſumma cum
gloria peractis, omnibusque & virtutibus & vitæ meri- 2
tis ſtupendus legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum
difficile & periculoſum conficiendum grauatus non eſt; 3
pene ipſo duntaxat animo ſine corpore militaturus: vt-
pote propter vltimam ſenectutem lectuli otio, quam la-
bori præliorum habilior. Idem triumphantis currum,
equo inſidens, ſequi, quem ipſe parvulum triumphis ſuis
geſtauerat, in maxima voluptate poſuit: nec * acceſſor
glorioſæ illius pompæ, ſed auctor ſpectatus eſt.

** Forte legendum: accenſor.*

2.
*An.V.709. Dionyſ.44. Suet.& Plut. Cæſ. App. Ciuil.2.*

NON tam Cæſetii ſpecioſa equitis Romani ſors: ſed
patria par indulgentia: Qui à Cæſare omnium iam ex-
ternorum & domeſticorum hoſtium victore, cum abdi-
care filium ſuum iuberetur, quod is tribunus plebis cum
Marullo collega, inuidiam ei tanquam regnum affe-
ctanti fecerat: in hunc modum reſpondere ſuſtinuit: Ce-
lerius tu mihi Cæſar omnes filios meos eripies, quam ex
his ego vnum nota pellam mea. Habebat autem duos
præterea optimæ indolis filios, quibus Cæſar ſe incre-
menta dignitatis benigne largiturũ pollicebatur. Hunc
patrem tametſi ſumma diuini principis clemẽtia tutum
præſtitit; quis tamen non humano ingenio maius auſum
putet, ꝙ cui totus terrarũ orbis ſuccubuerat, non ceſſit?

3.
*An.V.710. App. Ciu.4. aliquanto aliter. Plutar. Demetrio. Iulian. in Miſopog.*

SED neſcio an Octauius Balbus concitatioris & ar-
dentioris erga filium beneuolentiæ fuerit. Proſcriptus à
triumviris, cum domo poſtica clam eſſet egreſſus, iam-
que fugæ expeditum initium haberet: poſtquam intus fi-
lium trucidari falſus clamore è vicinia accepit, ei ſe neci
quam euaſerat, obtulit, occidendumque militibus tra-
didit. Pluris nimirum illud momentum, quo illi præter 4
ſpem videre filium incolumem cõtigerat, quam ſalutem
ſuam æſtimans. Miſeros adoleſcentis oculos, quibus a-
mantiſſimum ſui patrem ipſius opera ſic expirantem in-
tueri neceſſe fuit!

## EXTERNA.

1.
*App. Syriaca Plu. Demet.*

CÆTERVM vt ad iucundiora cognitu veniamus, Se-
leuci regis filius Antiochus nouercæ Stratonices infru-
nito



nito amore correptus, memor quam improbis facibus
arderet, impiũ pectoris vulnus pia diſſimulatione conte-
5 gebat. Itaq; diuerſi affectus iiſdem viſceribus ac medul-
lis incluſi ſumma cupiditas, & maxima verecundia, ad vl-
timam tabem corpus eius redegerunt. Iacebat ipſe in le-
ctulo, moribundo ſimilis: lamentabantur neceſſarii: pa-
ter mœrore proſtratus, de obitu vnici filii, deque ſua mi-
ſerrima orbitate cogitabat: totius domus funebris ma-
gis, quam regius erat vultus. Sed hanc triſtitiæ nubem
Leptinis mathematici, vel, vt quidam tradũt, Eraſiſtrati
medici prouidentia diſcuſſit: Iuxta enim Antiochum ſe-
dens, vt eum ad introitum Stratonices rubore perfundi,
& ſpiritu increbreſcere, eaque egrediente pallere, & exci-
tatiorem anhelitum ſubinde recuperare animaduertit;
curioſiore obſeruatione ad ipſam veritatem penetrauit.
Intrante enim Stratonice, & rurſus abeunte, brachium
adoleſcentis diſſimulanter apprehendendo, modo ve-
getiore, modo languidiore pulſu venarum comperit, cu-
ius morbi æger eſſet. protinusque id Seleuco expoſuit.
Qui chariſſima ſibi coniuge filio cedere non dubitauit:
Quod in amorem incidiſſet, fortunæ acceptum refe-
rens: quod diſſimulare eum vsque ad mortem paratus eſ-
ſet, ipſius pudori imputans: Subiiciatur animis ſenex,
rex, amans: iam patebit quam multa, quamque difficilia
paterni affectus indulgentia ſuperauit.

2.
*An.V.692. App. Mithridatica.*

AT SELEVCVS quidem vxore, Ariobatzanes autem fi-
lio ſuo Cappadociæ regno ceſſit, in conſpectu Cn. Pom-
6 peii: cuius cum tribunal conſcendiſſet, inuitatusq; ab eo
in curuli ſella ſediſſet; poſtquã filiũ in cornu ſcribæ hu-
miliorẽ fortuna ſua locum obtinentem conſpexit, non
ſuſtinuit infra ſe collocatum intueri: Sed protinus ſella
deſcendit, & diadema in caput eius tranſtulit: hortariq;
cœpit vt eo tranſiret vnde ipſe ſurrexerat. Exciderunt la-
crymæ iuveni, cohorruit corpus, dilapſum diadema eſt,
nec quo iuſſus erat, progredi potuit: Quodq; pene fidem
veritatis excedit, lætus erat, qui regnum deponebat: tri-
ſtis, cui dabatur: Nec vllum finem tam egregium certa-
men habuiſſet, niſi patriæ voluntati auctoritas Pompeii
adfuiſſet. Filium enim & regem appellauit, & diadema
ſumere iuſſit, & in curuli ſella conſidere coegit.

M 3

## CAPVT VIII.

## QVI SEVERI ADVERSVS LIBEROS.

1 *L. Iunius Brutus primus Cos.*
2 *Caſſius Viſcellinus.*
3 *T. Manlius Torquatus iuriſcos.*
4 *M. Æmilius Scaurus.*
5 *A. Fulvius.*

1. *An. V. 244. Liuius 2. Dionyſ. 5.* COMICÆ lenitatis hi patres, tragicæ aſperitatis illi. 1 Par Romulo gloria L. Brutus, quia ille vrbem, hic libertatem Romanam condidit: filios ſuos, Tarquinii dominationem à ſe expulſam reducentes, ſummum imperium obtinens, comprehenſos, proque tribunali virgis cæſos, & ad palum religatos ſecuri percuti iuſſit. Exuit patrem, vt conſulem ageret: orbusque viuere, quam publicæ vindictæ deeſſe maluit. *Vincet amor patriæ Virg.*

2. *An. vr. 268 Liu. 2. Dio. 8 ex quibuſdã Annal. ex aliis aliter.* HVIVS æmulatus exemplum Caſſius, filium, qui tribunus plebis Agrariam legem primus tulerat, multisq; 2 aliis rebus populariter animos hominum amore ſui deuinctos tenebat; poſtquã illam poteſtatẽ depoſuit, adhibito propinquorum & amicorũ conſilio, affectati regni crimine domi damnauit: verberibuſque affectum, necari iuſſit: ac peculium eius Cereri conſecrauit.

3. T. AVTEM Manlius Torquatus, propter egregia multa raræ dignitatis, iuris quoque ciuilis, & ſacrorum pontificalium peritiſſimus, in conſimili facto ne conſilio quidem neceſſariorum indigere ſe credidit. Nam cum ad ſenatum Macedonia de filio eius D. Silano, qui eam prouinciam obtinuerat, querelas per legatos detuliſſet; a Patribus conſcriptis petiit, ne quid ante de ea re ſtatuerent, quam ipſe Macedonum filiique ſui cauſſam inſpexiſſet: Summo deinde cum ampliſſimi ordinis, tum etiam eorum qui queſtum venerant, conſenſu cognitione ſuſcepta, domi conſedit: ſolusque vtrique parti per totum biduum vacauit, ac tertio pleniſſime die, diligentiſſimeque auditis teſtibus, ita pronunciauit: Cum Silanum filium meum pecunias à ſociis accepiſſe mihi probatum ſit, & republica eum & domo mea indignum *An. V. 612. Liuius 54. Cic. de Finibus 1.*



gnum iudico, protinusque è conſpectu meo abire iubeo. Tam triſti patris ſententia perculſus Silanus, lucem vlterius intueri non ſuſtinuit, ſuſpendioque ſe proxima nocte conſumpſit. Peregerat iam Torquatus ſeueri & religioſi iudicis partes, ſatisfactum erat reipublicæ, habebat vltionem Macedonia, potuit tam verecundo obitu filii patris inflecti rigor. at ille neque adoleſcentis exequiis interfuit, & cum maxime funus eius duceretur, conſulere ſe volentibus, vacuas aures accommodauit. Videbat enim ſe in eo atrio conſediſſe, in quo illius Imperioſi Torquati ſeueritate cõſpicua imago poſita erat: Prudentiſſimoque viro ſuccurrebat, *effigies maiorum cum titulis ſuis idcirco in prima ædium parte poni ſolere, vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur.*

4. *An. V. 652. Auct. de viris illuſt. c. 72. Front. lib. 4. cap. 1.* M. VERO Scaurus, lumen ac decus patriæ, cum apud Atheſim flumen impetu Cimbrorum Romani equites pulſi, deſerto procõs. Catulo Vrbem pauidi repeterent; conſternationis eius participi filio ſuo miſit qui dicerent; libentius ſe in acie eius interfecti oſſibus occurſurum, quam ipſum tam deformis fugæ reum viſu-
3 rum. Itaque ſi quid modo reliquum in pectore verecundiæ ſupereſſet, conſpectum degeneri irati patris vitaret. recordatione enim iuuentæ ſuæ, qualis M. Scauro aut habendus aut ſpernendus eſſet filius admonebatur. Quo nuncio accepto, iuuenis coactus eſt fortius aduerſus ſemetipſum gladio vti, quam aduerſus hoſtes vſus fuerat.

5. *An. V. 690 Saluſt. Catil. Diod. 37.* NEC minus animoſe A. Fuluius vir ſenatorii ordinis, euntem in aciem filium retraxit, quam Scaurus è prœlio fugientem increpuit. Nanque iuuenem & ingenio & literis & forma inter æquales nitentem, prauo conſilio amicitiam Catilinæ ſecutum, inque caſtra eius temerario impetu ruentem, medio itinere abſtractum ſupplicio mortis affecit: præfatus, Non ſe Catilinæ illum aduerſus patriam, ſed patriæ aduerſus Catilinam genuiſſe. Licuit, donec ciuilis belli rabies præteriret, incluſum arcere: verum illud cauti patris narraretur opus, hoc ſeueri refertur.

## CAPVT. IX.

## QVI MODERATI ERGA SVSPECTOS LIBEROS.

| | |
|---|---|
| 1 *L. Gellius Poplicola.* | 3 *Fuluius quidam.* |
| 2 *Q. Hortenſius orator.* | 4 *Pater quidam.* |

SED vt hanc incitatam & aſperam ſeueritatem mitiores relatu patrum mores clementiæ ſuæ miſtura temperent, exactæ pœnæ conceſſa venia iungatur.

1. L. GELLIVS, omnibus honoribus ad cenſuram defun- 1
*An. V. 583.* ctus, cum grauiſſima crimina de filio, cum nouerca cō- 2
*Cenſor fuit.* miſſum ſtuprum & parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet; non tamen ad vindictam procurrit continuo, ſed pene vniuerſo ſenatu adhibito in conſilium, expoſitis ſuſpicionibus, defendendi ſe adoleſcenti poteſtatem fecit. Inſpectaque diligentiſſime cauſſa, abſoluit eum de concilii, tum etiam ſententia ſua: Quod ſi impetu iræ abſtractus ſæuire feſtinaſſet, admiſiſſet magis ſcelus, quam vindicaſſet.

2. Q. AVTEM Hortenſii, qui ſuis temporibus ornamen-
*An. V. 702.* tum Romanæ eloquentię fuit, admirabilis in filio patiē-
*Cælius Cic.* tia extitit. Cum enim eousq; impietatem eius ſuſpectam,
*famil. 8. Cic.* & nequitiam inuiſam haberet, vt Meſallam ſuæ ſororis
*in Bruto.* filium hæredem habiturus ambitus reum defendens iudicibus diceret, Si illum damnaſſent, nihil ſibi præter oſculū nepotum, in quibus acquieſceret, ſuperfuturum: Hac ſcilicet ſententia, quam etiam editæ orationi inſeruit, filium potius in tormento animi, quam in voluptatibus reponens: tamen ne naturę ordinem confunderet, non nepotes, ſed filium hæredem reliquit. Moderate vſus affectibus ſuis: quia & viuus moribus eius verum teſtimonium, & mortuus ſanguini honorem debitum reddidit.

3. IDEM fecit clari generis, magnæque dignitatis vir Fuluius, ſed in filio aliquantum tetriore. Nam cum auxilium ſenatus imploraſſet, vt ſuſpectus in parricidio & ob id latens per triumvirum conquireretur, ac iuſſu Patrum conſcriptorum comprehenſus eſſet; non ſolum eum



eum non notauit, ſed etiam decedens, dominum omnium eſſe voluit: Quem ſibi genuerat hæredem inſtituens, non quem expertus fuerat.

MAGNORVM virorum clementibus actis ignoti 4.
patris nouæ atque inuſitatæ rationis conſilium adiici-
am: qui cum à filio necti ſibi inſidias comperiſſet, nec
3 inducere in animum poſſet, vt verum ſanguinem ad hoc
ſceleris progreſſum crederet, ſeductam vxorem ſuppli-
4 citer rogauit, ne ſe vlterius celaret, ſed diceret: ſiue il-
lum adoleſcentem ſubieciſſet, ſiue ex alio concepiſſet:
Aſſeueratione deinde eius, & iureiurando, ſe nil tale debere ſuſpicari, perſuaſus; in locum deſertum filio perducto, gladium, quem ſecum occultum attulerat, tradidit, ac iugulum feriendum præbuit: nec veneno, nec latrone ei ad peragendum parricidium opus eſſe affirmans: Quo facto non paulatim, ſed magno impetu recta cogitatio pectus iuuenis occupauit; continuoque abiecto gladio, Tu vero, inquit, pater viue: & ſi tam obſequens es, vt hoc precari filio permittas, me quoque
exupera. Sed tantum quæſo, ne meus erga te amor eo ſit
5 vilior, quod à pœnitentia oritur. O ſolitudinem ſangui-
ne meliorem, pacatioresque penatibus ſiluas, & alimentis blandius ferrum, ac mortis oblatæ, quam datæ vitæ felicius beneficium!

## CAPVT X.

## QVI FILIORVM OBITVM FORTI ANIMO TVLERVNT.

| | |
|---|---|
| ROMANI. | 3 *Q. Marcius Rex, Coſ.* |
| 1 *M. Horatius Puluillus, Coſ. 2.* | EXTERNI. |
| 2 *L. Æmilius Paullus Proconſ.* | 1 *Pericles Athenienſis.* |
| | 2 *Xenophon.* |
| | 3 *Anaxagoras.* |

COMMEMORATIS patribus qui iniurias filiorum patienter exceperunt, referamus eos qui mortes æquo animo tolerarunt.

1. HORATIVS Puluillus, cum in Capitolio Ioui Opt.
*An.V.246* Max. ædem pontifex dedicaret, interque nuncupatio-
*Liuius 2.* nem ſolennium verborum poſtem tenens, mortuum eſ-
*Dionyſ.5.* ſe filium ſuum audiſſet: neque manum à poſte remouit,
*Tacit.19.* ne tanti templi dedicationem interrumperet: Neq; vul-
tum à publica religione ad priuatum dolorem deflexit;
ne patris magis, quam pontificis partes egiſſe videretur,
Tolle, inquit, cadauer.

2. CLARVM exemplum: nec minus tamen illuſtre quod 1
ſequitur. Æmilius Paullus nunc feliciſſimi, nũc miſerri-
mi patris clariſſima repræſẽtatio, ex quatuor filiis for-
mæ inſignis, egregiæ indolis, duos iure adoptionis in
Corneliam, Fabiamque gentem translatos ſibi ipſe de-
*An.V.586.* negauit: duos ei fortuna abſtulit. Quorum alter trium-
*Plutar. vita* phum patris funere ſuo quartũ ante diem præceſſit: al-
*Liuius 45.* ter in triumphali curru conſpectus, poſt diem tertium
expirauit. Itaque qui ad donandos vſque liberos abun-
dauerat, in orbitate ſubito deſtitutus eſt. Quem caſum
quo robore animi ſuſtinuerit, oratione, quam de rebus
à ſe geſtis apud populum habuit, hanc adiiciẽdo clau-
ſulam, nulli ambiguum reliquit: Cum in maximo pro-
uentu felicitatis noſtræ Quirites timerem, ne quid mali
fortuna moliret, Iouem Opt. Max. Iunonemq; reginam,
& Mineruam precatus ſum, vt ſi aduerſi quid popul. Ro-
mano immineret, totum in meam domum conuerteret.
Quapropter bene habet: annuendo enim votis meis id
egerunt, vt vos potius meo caſu doleatis, quam ego ve-
ſtro ingemiſcerem.

3. VNO etiam domeſtico exemplo adiecto, in alienis
luctibus orationi meæ vagari permittam. Q. Marcius 2
*An.vrb.635* Rex ſuperior, Catonis in conſulatu collega, filium ſum-
*Catonis ne-* mæ pietatis & magnæ ſpei, & quæ non parua calamita-
*potis collega* tis acceſſio fuit, vnicum amiſit. Cumque ſe obitu ejus
*vt Gell.13.c.* ſubrutum, & euerſum videret, ita dolorem altitudine
*19. quare lo-* conſilii coercuit, vt à rogo iuvenis protinus Curiam pe-
*cus hic meri-* teret: ſenatumque, quem eo die lege habere oportebat,
*to nobis ſu-* euocaret. Quod niſi fortiter mœrorem ferre ſciſſet, vni-
*ſpectus eſt,* us diei lucem inter calamitoſum patrem & ſtrenuum
conſulem, neutra in parte ceſſante officio, partiri non
potuiſſet.

Ex-



## EXTERNA.

PRINCEPS Athenienſium Pericles intra quatriduum 1.
duobus mirificis adoleſcentibus filiis ſpoliatus; iis ipſis *Plut. in vita.*
diebus & vultu priſtinum habitum retinente, & oratio-
ne nulla ex parte infractiore concionatus eſt. Ille vero
caput quoque ſolito more coronatum gerere ſuſtinuit,
vt nihil ex vetere ritu propter domeſticum vulnus detra-
heret. Non ſine cauſa igitur tanti roboris animus ad O- *Ariſtoph. in-*
lympii cognomen aſcendit. *terp.*

XENOPHON autem quod ad Socraticam diſcipli- 2.
nam attinet, proximus a Platone felicis ac beatæ fa- *Laert, in vi-*
cundiæ gradus, cum ſolenne ſacrificium perageret, è *ta Stobæus*
duobus filiis maiorem natu nomine Gryllum, apud *ſerm.106.*
Mantineam in prælio cecidiſſe cognouit: nec ideo in- *Ælian. Var.*
ſtitutum deorum cultum omittendum putauit, ſed tan- *hiſt. 3.*
tummodo coronam deponere contentus fuit. Quam i-
pſam, percunctatus quonam modo occidiſſet, vt audiuit
fortiſſime pugnantem interiiſſe, capiti repoſuit; numi-
na quibus ſacrificabat, teſtatus maiorem ſe ex virtute fi-
lii voluptatem, quam ex morte amaritudinem ſentire.
Alius remouiſſet hoſtiam, abieciſſet altaria, lachrymis
3 reſperſa thura diſieciſſet: Xenophontis corpus religioni
immobile ſtetit, & animus in conſilio prudentiæ ſtabilis
manſit: Nam dolori ſuccumbere, ipſa clade; quæ nun-
ciata erat, triſtius duxit.

NEC Anaxagoras quidem ſupprimendus eſt. Audita 3.
namque morte filii, Nihil, inquit, mihi inexpectatum, *Laert. in vi-*
aut nouum nuntias: ego enim illum ex me natum ſcie- *ta. Cic. Tuſc.*
bam eſſe mortalem. Has voces vtiliſſimis præceptis im- *3 Ælia. Var.*
buta virtus mittit: quas ſi quis efficaciter auribus perce- *hiſt. 3.*
perit, non ignorabit ita liberos eſſe procreandos, vt me-
minerit his a rerum natura, & accipiendi ſpiritus, & red-
4 dendi eodem momento temporis legem dici: atque vt
mori neminem ſolere, qui non vixerit, ita nec vi-
uere aliquem quidem poſſe, qui non ſit
moriturus.

# VALERII MAXIMI
# LIBER SEXTVS.

## CAPVT I.

## DE PVDICITIA.

QVAM COLVERE ROMANI.

1 *Lucretia Sp.F.L.Collatini.*
2 *L. Virginius.*
3 *Pontius Aufidianus eq. Rom.*
4 *P.Manius.*
5 *Q.Fab.Max.Seruilianus.*
6 *P.Atilius Philiſcus.*
7 *M.Claudius Marcellus ad.cur.*
8 *Q.Metellus Celer trib. pleb.*
9 *T.Veturius T.F.Caluinus.*
10 *C.Peſcennius triumuir capitalis.*
11 *Comminius trib.plebis.*
12 *C.Marius Cos.2.*
13 *Priuati qui adulteria deprehenſa vindicarunt.*

EXTERNI.

1 *Hippo femina Graca.*
2 *Ghiomara Orgiagontis reguli.*
3 *Teutonorum vxores.*

Εὐχὴ. VNDE te virorum pariter ac femina-
rum præcipuum firmamentum Pudi-
citia inuocem ? Tu enim priſca reli-
gione conſecratos Veſtę focos inco-
lis. Tu Capitolinæ Iunonis puluinari-
*Pellex Iuno-* bus incubas. Tu palatii columen au- 1
*nis aram ne* guſtos penates, ſanctiſſimumque Iuliæ genialem tho-
*tangito.* rum aſſidua ſtatione celebras. Tuo prę́ſidio puerilis æ-
*Adulatio* tatis inſignia munita ſunt. Tui numinis reſpectu ſince-
*mendax.* rus iuventæ flos permanet. Te cuſtode matronalis ſto-
1. la cenſetur. Ades igitur, & cognoſce quæ fieri ipſa vo-
*An.V.*444. luiſti.
*Liuius* 1. DVX Romanæ pudicitiæ Lucretia, cuius virilis ani-
*Ouid. Faſt.* mus, maligno errore fortunæ, muliebre corpus ſortitus
2.*Dion.*4. eſt : A Sex. Tarquinio regis Superbi filio per vim ſtu- 2
prum



prum pati coacta, cum grauiſſimis verbis iniuriam ſuam
in conſilio neceſſariorum deploraſſet; ferro ſe, quod ve-
ſte tectum attulerat, interemit. Cauſamque tam animo-
ſo interitu imperium conſulare pro regio permutandi,
populo Rom. præbuit.
ATQVE hanc illatam iniuriam non tulit Virginius 2.
plebei generis, ſed patricii vir ſpiritus, ne probro conta-
minaretur domus ſua, proprio ſanguini non pepercit. *An.vrb.*304
Nam cum Ap. Claudius decemvir, filiæ eius virginis ſtu- *Liuius* 3.
prum, poteſtatis viribus fretus, pertinacius expeteret, de- *Dionyſ.*11.
ductam in forum puellam occidit, pudicæque interem-
ptor, quam corruptæ pater eſſe maluit.
NEC alio robore animi præditus fuit Pontius Aufi- 3.
dianus, eques Rom. qui poſtquam comperit filiæ ſuæ vir-
3 ginitatem à pædagogo proditam Fannio Saturnino, nō
contentus ſceleratum ſervum affeciſſe ſupplicio, etiam
ipſam puellam necauit. Itaque ne turpes eius nuptias ce-
lebraret, acerbas exequias duxit.
QVID P. Mænius, quam ſeuerum pudicitiæ cuſtodem 4.
egit ! In libertum nanque gratum admodum ſibi ani-
maduertit, qui eum nubilis iam ætatis filiæ ſuæ oſculum
dediſſe cognouerat; cum præſertim non libidine, ſed er-
rore lapſus videri poſſet. Ceterum amaritudine pœnæ,
teneris adhuc puellæ ſenſibus, caſtitatis diſciplinam in-
generari magni æſtimauit. Eique tam triſti exemplo prę-
cepit, vt non ſolum virginitatem illibatam, ſed etiam
oſcula ad virum ſincera perferret.
Q. VERO Fabius Maximus Seruilianus honoribus 5.
quos ſplendidiſſime geſſit, cenſurę grauitate cōſumma-
4 tis, exegit à filio vnico pœnas dubiæ caſtitatis: Is eas pe- *An. V.* 627.
pendit, voluntario ſeceſſu conſpectum patris vitando. *Cenſor fuit.*
DICEREM cenſorium virum nimis acerbum extitiſ- 6,
ſe, niſi P. Atilium Philiſcum in pueritia corpore quæſtū
à domino facere coactum, tam ſeuerum poſtea patrem
cernerem. Filiam enim ſuam, quod ea ſe ſtupri crimine
coinquinauerat, interemit. Quam ſanctam igitur in
ciuitate noſtra pudicitiam fuiſſe exiſtimare debemus, in
qua etiam inſtitores libidinis, tam ſeueros eius vindi-
ces euaſiſſe animaduertimus ?
SEQVITVR excellentis nominis, ac memorabilis fa- 7.

cti exemplum. M. Claudius Marcellus ædilis curulis C.
An.V.527. Scantinio Capitolino trib. pl. dię ad populũ dixit, quod
Plut. in vita. filium ſuum de ſtupro appellaſſet: eoque aſſeuerante ſe
cogi nõ poſſe vt adeſſet, quia ſacroſanctam poteſtatem 5
haberet, & ob id tribunitium auxilium implorante; to-
tum collegium tribunorum negauit ſe intercedere, quo
minus pudicitiæ quæſtio perageretur. Citatus itaque
Scantinius reus, vno teſte qui tentatus erat, damnatus
eſt. Conſtat iuuenem productum in Roſtra defixo in ter-
ram vultu perſeueranter tacuiſſe, verecundoque ſilentio
plurimum in vltionem ſuam valuiſſe.

8. Metellvs quoque Celer ſtuproſæ mentis acer puni-
An. vrb. 684 tor extitit, Cn. Sergio Silo promiſſorum matrifamiliæ
nummorum gratia diem ad populum dicendo, eumque
hoc vno crimine damnando: Non enim factum tunc,
ſed animus in quæſtionem deductus eſt: plusque voluiſ-
ſe peccare nocuit, quam non peccaſſe profuit.

9. Concionis hæc, illa curiæ grauitas. T. Veturius fi-
An.V. 427 lius eius Veturii, qui in conſulatu ſuo Samnitibus, ob
Liu. 8. de L. turpiter ictum fœdus, deditus fuerat: cum propter do-
Papirio ſi- meſticam ruinam, & graue æs alienum C. Plotio nexum
mile refert ſe dare admodum adoleſcentulus coactus eſſet: ſeruili-
& Suidas in bus ab eo verberibus, quia ſtuprum pati noluerat, affe-
C. Lætorio. ctus, querelam ad conſules detulit. A quibus hac de re
certior factus ſenatus, Plotium in carcerem duci iuſſit.
In qualicunque enim ſtatu poſitam Romano ſanguini
pudicitiam tutam eſſe voluit.

10. Et quid mirum, ſi hoc vniuerſi P. C. cenſuerunt? C.
Peſcennius triumvir Capitalis Corneliũ fortiſſime mi-
litiæ ſtipendia emeritum, virtutisq; nomine quater ho-
nore primipli ab imperatoribus donatum; quod cum
ingenuo adoleſcentulo ſtupri commercium habuiſſet,
publicis vinculis onerauit: A quo appellati tribuni, cum
de ſtupro nihil negaret, ſed ſponſionem ſe facere para-
tum diceret, quod adoleſcens ille palam atq; aperto cor-
pore quæſtum factitaſſet: interceſſionem ſuam interpo-
nere noluerunt. Itaque Cornelius in carcere mori coa-
ctus eſt. Non putarunt tribuni pleb. remp. noſtram cum
fortibus viris paciſci oportere, vt externis periculis do-
meſticas delicias emerent.

Libi-



Libidinosi centurionis ſupplicium, M. Lætorii 11.
Mergi tribuni militaris, æque ſimilis fædus exitus ſe-
quitur: Cui Cominius trib. pleb diem ad populum di- An.V. 436.
xit, quod cornicularium ſuum ſtupri cauſſa appellaſſet. circiter.
Nec ſuſtinuit eius rei ſententiam Lætorius, ſed ſeipſe Suidas.
ante iudicii tempus fuga prius ſubtraxit, deinde etiam
morte puniuit. Naturæ modum expleuerat: fato tamen
functus vniuerſæ plebis ſententia crimine impudicitiæ
damnatus eſt: Signa illum militaria, ſacratæ aquilæ &
certiſſima Romani imperii cuſtos ſeuera caſtrorum di-
ſciplina, vsque ad inferos perſecuta eſt. Quoniam cuius
magiſter eſſe debuerat, ſanctitatis corruptor tentabat
exiſtere.

Hoc mouit C. Marium Imperatorem, tum, cum C. 12.
Luſcium ſororis ſuæ filium tribunum militum à C. Plo- An. V. 649.
tio manipulario milite iure cæſum pronunciauit, quia Plut. in vita
eum de ſtupro compellare auſus fuerat. Trebon. vo-

Sed vt eos quoque, qui in vindicanda pudicitia do- cat Plut.
lore ſuo pro publica lege vſi ſunt, ſtrictim percurram: 13.
Sempronius Muſca C. Gallium deprehenſum in adulte-
rio flagellis cecidit: C. Memmius L. Octauium ſimiliter
deprehenſum neruis contudit: Carbo Accienus á Vibie-
no, item Pontius à P. Cernio deprehenſi caſtrati ſunt:
6 Cn. etiam Furium Brochum quidam deprehendit & fa-
miliæ ſtuprandum obiecit: Quibus iræ ſuæ indulſiſſe,
fraudi non fuit.

## EXTERNA.

Atqve vt domeſticis externa ſubnectam, Græca 1.
femina nomine Hippo cum hoſtium claſſe eſſet exce-
pta, in mare ſe, vt morte pudicitiam tueretur, abiecit:
7 Cuius corpus Erechtheo littori appulſum, proxima vn- 2.
dis humo ſepulturæ mandatum ad hoc tempus tumu- An. V. 564.
lus contegit: Sanctitatis vero gloriam æternæ traditam Liu. 38. Plut.
memoriæ Græcia laudibus ſuis celebrando, quotidie de Claris
florentiorem effecit. mulierib.

Vehementivs hoc, illud conſideratius exem- Auct. de Vi-
plum pudicitiæ. Exercitu & copiis Gallogræcorum à ris illuſt. c. 55
Cn. Manlio conſule in Olympo monte ex parte deletis, L. Flor. 2. c.
ex parte captis, Orgiagontis reguli vxor miræ pulchritu- 11.

dinis à centurione, cui cuſtodienda tradita erat, ſtuprũ
pati coacta: poſtquam ventũ eſt in eum locum, in quem 8
centurio, miſſo nuntio, neceſſarios mulieris pretium
quo eam redimerent, afferre iuſſerat: Aurum expenden-
te centurione, & in eius pondus animo oculisque inten-
to, Gallogræcis lingua gentis ſuæ imperauit, vt eum oc-
ciderent. Interfecti deinde caput abſciſum manibus re-
tinens ad coniugem venit: abiectoque ante pedes eius,
& iniuriæ & vltionis ſuæ ordinem expoſuit. Huius femi-
næ quid aliud quisquam, quam corpus in poteſtatem
hoſtium veniſſe dicat? Nam neque animus vinci, nec pu-
dicitia capi potuit.

3. TEVTONORVM vero coniuges Marium victorem ora-
*An. vrb. 651* runt vt ab eo virginibus Veſtalibus dono mitterentur,
*Plut. Oroſ. 5.* affirmantes æque ſe, atque illas virilis concubitus exper-
*cap. 16.* tes futuras. Eaque re non impetrata, laqueis ſibi nocte
*Florus 3. c. 3.* proxima ſpiritum eripuerunt. Dii melius, quod hunc a-
nimum viris earum in acie non dederunt. Nam ſi mulie-
rum ſuarum virtutem imitari voluiſſent, incerta Teuto-
nicæ victoriæ trophæa reddidiſſent.

---

## *CAPVT II.*

## QVÆ LIBERE DICTA AVT FACTA.

A ROMANIS
1 *Legato Priuernatium.*
2 *L. Marcio Philippo Coſ.*
3 *Scipione Æmiliano.*
4 *Cn. Calpurnio Piſone.*
5 *M. Catone Vticenſi.*
6 *Cn. Lentulo Marcellino Coſ.*
7 *M. Fauonio.*
8 *Heluio Mancia Formiano.*
9 *Diphilo Tragœdo.*
10 *M. Caſtricio Placentino.*
11 *Ser. Sulpitio Galba.*
12 *A. Caſellio Iuriſc.*

AB EXTERNIS.
1 *Machara Macedonica muliere.*
2 *Syracuſana quadam.*
3 *Theodoro Cyrenao.*

LIBERTATEM autem vehementis ſpiritus dictis pa-
riter, ac factis teſtatam, vt non inuitauerim: ita vltro
venientem non excluſerim. *Quæ inter virtutem vitiumq;*
*poſita*



*poſita, ſi ſalubri modo ſe temperauerit, laudem: ſi quo non*
*debuit, profuderit, reprehenſionem meretur. Atque vulgi ſic*
*auribus gratior, quam ſapientiſſimi cuiuſq; animo probabi-*
*lior eſt. Vtpote frequentius aliena venia, quam ſua proui-*
*dentia tuta.* Sed quia humanæ vitæ partes perſequi pro-
poſitum eſt; noſtra fide, propria æſtimatione referatur.

Priuerno capto, interfectiſque qui id oppidum ad re- 1.
bellandum incitauerant, ſenatus indignatione accenſus *An. vrb.*
conſilium agitabat, quidnam ſibi de reliquis quoque Pri- *424. Liv. 8.*
uernatibus faciendum eſſet. Ancipiti igitur caſu ſalus eo-
rum fluctuabat, eodem tempore & victoribus & iratis
ſubiecta. Ceterum cum auxilium vnicum in precibus re-
1 ſtare animaduerterent, ingeniti Italici ſanguinis obliuiſci
non potuerunt. Princeps enim eorum in Curia interro-
2 gatus, quam pœnam mererentur, reſpondit: Quam me-
rentur, qui ſe dignos libertate iudicant. Verbis arma ſum-
pſerat; exaſperatoſque Patrum conſcript. animos inflam-
mauerat. Sed Plautius conſul fauens Priuernatium cauſ-
ſæ, regreſſum animoſo eius dicto obtulit; quæſiuitque,
qualem cum eis Romani pacem habituri eſſent impuni-
tate donata. At is conſtantiſſimo vultu, Si bonam dederi-
tis, inquit, perpetuam: ſi malam, non diuturnam. Qua vo-
ce perfectum eſt, vt victis non ſolum venia, ſed etiam ius
& beneficium noſtræ ciuitatis daretur.

Sic in ſenatu Priuernas loqui auſus eſt. L. vero Philip- 2.
pus conſul aduerſus eundem ordinem libertatem exerce- *An. vrb.*
re non dubitauit. Nam ſegnitiẽ pro Roſtris exprobrans, *662. Cic. de*
alio ſibi ſenatu opus eſſe dixit: tantũq; à pœnitentia dicti *Orat. 3.*
abfuit, vt etiam L. Craſſo ſummæ dignitatis & eloquen-
tiæ viro, id in Curia grauiter ferenti, manum iniici iube-
ret ille reiecto lictore, Non es, inquit, mihi Philippe con-
ſul, quia nec ego quidem tibi ſenator ſum.

9 Quid? populum ab incurſu ſuo tutum libertas reli- 3.
quit? imo & ſimiliter aggreſſa, & æque experta eſt patien- *An. vrb.*
4 tem. C. Carbo trib. pleb. nuper ſepultæ Gracchanæ ſedi- *622.*
tionis turbulentiſſimus vindex, idemque orientium ciui- *Liuius 59.*
lium malorum fax ardentiſſima, P. Africanum à Numan- *Plutarch.*
tiæ ruinis ſummo cum gloriæ fulgore venientem, ab i- *Apopht.*
pſa pene porta in Roſtra perductum, quid de Ti. Gracchi *Velleius.*
morte, cuius ſororem in matrimonio habebat, ſentiret,

Interrogauit: vt auctoritate clariſſimi viri, inchoato iam
incendio multum incrementi adiiceret: Quia non du-
bitabat, quin propter tam arctam affinitatem, aliquid
pro interfecti neceſſarii memoria miſerabiliter eſſet lo-
cuturus. At is iure eum cæſum videri reſpondit. Cui di- 5
cto cum concio tribunitio furore inſtincta violenter ſuc-
clamaſſet, Taceant, inquit, quibus Italia nouerca eſt.
Orto deinde murmure, Non efficietis, ait, vt ſolutos ve-
rear, quos alligatos adduxi. Vniuerſus populus iterum
ab vno contumelioſe correptus erat. Quantus eſt honos
virtutis? tacuit acturum: Recens victoria ipſius Numan- 6
tina, & patris Macedonica, deuictæque Carthaginis ſpo-
lia auita, ac duorum regum Syphacis & Perſę ante trium- 7
phales currus catenatæ ceruices, tunc totius fori fremen-
tis ora clauſerunt: Nec timori datum eſt ſilentium, ſed
quia beneficio Aemiliæ & Corneliæ gentis, multi metus
Vrbis, atque Italiæ finiti erant, plebs Romanæ libertatis
Scipionis libera non fuit.

4. Quapropter minus mirari debemus, quod ampliſ-
ſima Cn. Pompeii auctoritas toties cum libertate luctata
eſt: nec ſine magna laude, quoniam omnis generis homi- 8
*An.V.696. circiter.* num licentiæ ludibrio eſſet; quieta fronte tulit. Cn. Piſo,
cum Manilium Criſpum reum ageret, cumque euiden- 9
ter nocentem gratia Pompeii videret eripi; iuuenili im-
petu ac ſtudio accuſationis prouectus, multa & grauia cri-
mina præpotenti defenſori obiecit. Interrogatus dein-
de ab eo, cur ſe quoque non accuſaret: Da, inquit, prædes 10
reipublicæ te, ſi poſtulatus fueris, ciuile bellum non exci-
taturum; etiam de tuo prius, quam de Manilii capite in cõ-
ſilium iudices mittam. Ita eodem iudicio duos ſuſtinuit
reos: accuſatione Manilium: libertate Pompeium: & eo-
rum alterum lege peregit, alterum profeſſione, qua ſo-
lum poterat.

5. Quid ergo libertas ſine Catone? non magis quam
*An.V.702. Dion. 40. Plut. Pomp. & Catone.* Cato ſine libertate. Nam cum in ſenatorem nocentem
& infamem reum iudex ſediſſet, tabellæque Cn. Pom-
peii laudationem eius continentes, prolatæ eſſent, pro-
culdubio efficaces futuræ protinus ſubmouit eas è quæ- 11
ſtione, legem recitando, qua cautum erat, ne ſenatoribus
tali auxilio vti liceret. Huic facto perſona admirationem
ademit.



ademit. Nam quæ in alio audacia videretur, in Catone fi-
ducia cognoſcitur.

Cn. Lentulus Marcellinus conſul, cum in concio- 6 *An.V. 697.*
ne de Magni Pompeii nimia potentia quereretur, aſſen- *Dionyſ. 39.*
ſuſque ei clara voce vniuerſus populus eſſet: Acclama-
te, inquit, Quirites, acclamate, dum licet: iam enim
vobis impune facere non licebit. Pulſata eſt tunc eximii
ciuis potentia, hinc inuidioſa querela, hinc lamentatione
miſerabili.

Cui candida faſcia crus alligatum habenti, Fauo- 7.
nius, Non refert, inquit, qua in parte corporis ſit dia- *An.V.694. circiter.*
dema: Exigui panni cauillatione regias eius vires ex-
probrans. At is neutra in parte mutato vultu, vtrunque
cauit, ne aut hilari fronte libenter agnoſcere poten-
tiam aut triſti iram profiteri videretur: Eaque patientia
inferioris etiam generis, & fortunæ hominibus aditum
aduerſus ſe dedit: E quorum turba duos retuliſſe abun-
de erit.

Heluius Mancia Formianus, Libertini filius, vlti- 8.
mæ ſenectutis, L. Libonem apud cenſores accuſabat: in
quo certamine cum Pompeius Magnus humilitatem ei, *An.V. 698.*
ætatemque exprobrans, ab inferis illum ad accuſandum
remiſſum dixiſſet: Non mentiris, inquit, Pompei: venio
enim ab inferis L. Libonem accuſaturus: ſed dum illic
moror, vidi cruentum Cn. Domitium Ahenobarbum *An.V.672.*
deflentem, quod ſummo genere natus, integerrimæ *Plut. Pomp.*
vitæ, amantiſſimus patriæ, in ipſo iuuentutis flore, tuo *Liu. 89. Ap.*
iuſſu eſſet occiſus. Vidi pari claritate conſpicuum Bru- *An.V. 676.*
tum ferro laceratum, querentem id ſibi prius perfidia, *Liu. 90. Plut.*
deinde etiam crudelitate tua accidiſſe. Vidi Cn. Carbo- *Zonaras.*
nem acerrimum pueritiæ tuæ, bonorumque patris tui de- *An.V. 671.*
fenſorem, in tertio conſulatu ſuo catenis, quas tu ei in- *Plut. Appia.*
iici iuſſeras, vinctum, obteſtantem te, aduerſus omne fas, *Zonaras.*
ac nefas, cum in ſummo eſſet imperio, à te equite Rõ- *An.vr. 681.*
mano trucidatum. Vidi eodem habitu, & quiritatu præ- *Plutarch.*
torium virum Perpernam ſæuitiam tuam execrantem; *Ap. Velleius.*
omneſque eos vna voce indignantes quod indemnati *Liuius 96.*
12 ſub te adoleſcentulo carnifice occidiſſent. Obducta
iam vietis cicatricibus bellorum ciuilium vaſtiſſima vul-
nera, municipali homini, ſeruitutem paternam redo-

lenti, effrenata temeritate. intolerabilique ſpiritu impune reuocare licuit. Itaque eo tempore & fortiſſimum erat Cn. Pompeio maledicere.& tutiſſimum Sed non patitur nos hoc longiore querela proſequi perſonæ inſequentis aliquanto ſors humilior.

9. *An. V. 694. Cic. ad. Att. 2. epiſt. 19.* Diphilus Tragœdus cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum verſum veniſſet, in quo hæc ſententia continetur, Miſeria noſtra magnus eſt. directis in Pompeium manibus, pronuntiauit: Reuocatuſque aliquoties à populo, ſine vlla cunctatione, nimiæ illum & intolerabilis potentiæ reum geſtu perſeueranti egit. Eadem petulantia vſus eſt in ea quoq; parte, Virtutem iſtam veniet tempus cum grauiter gemas.

10. *An. V. 669. Liuius l. 84.* M. etiam Caſtricii libertate inflammatus animus, qui cum Placentiæ magiſtratum gereret, Cn. Carbone conſule iubente decretum fieri, quo ſibi obſides à Placentinis darentur, nec ſummo eius imperio obtemperauit, nec maximis viribus ceſſit: Atque etiam dicenti multos ſe gladios habere, reſpondit, Et ego annos. Obſtupuerunt tot legiones tam robuſtas ſenectutis reliquias intuentes. Carbonis quoque ira, quia materiam ſæuiendi perquam exiguam habebat. paruulum vitæ tempus ablatura. in ſeipſa collapſa eſt.

11. *An. V. 708. circiter.* Iam Ser. Galbæ temeritatis plena poſtulatio, qui Diuum Iulium conſummatis victoriis, in foro ius dicentem, in hunc modum interpellare ſuſtinuit: C. Iuli Cæſar, pro Cn. Pompeio Magno quondam genero tuo in tertio eius conſulatu pecuniam ſpopondi, quo nomine nunc appellor: Quid agam? dependam? Palam atque aperte ei bonorum Pompeii venditionem exprobrando, vt à Tribunali ſummoueretur, meruerat: ſed illud ipſa manſuetudine mitius pectus, æs alienum Pompeii ex ſuo fiſco ſolui iuſſit.

12. *An. V. 740. circiter.* A. Cæſellius, vir iuris ciuilis ſcientia clarus, quam periculoſe contumax! Nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum, quas triumuiri dederant, formulam componeret. Hoc animi iudicio victoriarum beneficia extra omnem ordi- 13 nem legum ponens. Idem cum multa de temporibus Cæſaris liberius loqueretur, amicique ne id faceret

mone-



monerent: Duas res quæ hominibus amariſſimæ * vi- ** al. videntur.* dentur, magnam tibi licentiam præbere reſpondit; ſenectutem & orbitatem.

## EXTERNA.

1. *Plutarch. Apoph.* Inſerit ſe tantis viris mulier alienigeni ſanguinis: quæ à Philippo rege temulento immerenter damnata, Prouocarem ad Philippum, inquit, ſed ſobrium. Excuſſit crapulam oſcitanti, ac præſenti animo ebrium reſipiſcere, cauſſaque diligentius inſpecta iuſtiorem ſententiam ferre coegit. Igitur æquitatem, quam impetrare non poterat, extorſit: potius præſidium à libertate, quam ab innocentia mutuata.

2. Iam illa non ſolum fortis, ſed etiam vrbana libertas. Senectutis vltimæ quædam, Syracuſanis omnibus Dionyſii tyranni exitum, propter nimiam morum acerbitatem & intolerabilia onera votis expetentibus, ſola quotidie matutino tempore deos, vt incolumis ac ſibi ſuperſtes eſſet, orabat. Quod vbi is cognouit, indebitam ſibi admiratus beneuolentiam, accerſit eam, & quid ita hoc, aut quo ſuo merito faceret, interrogauit. Tum illa, Certa eſt, inquit, ratio propoſiti mei: puella enim, cum grauem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam: quo interfecto, aliquanto tetrior arcem occupauit. Eius quoque finiri dominationem magni æſtimabam: tertium te ſuperioribus importuniorem habere cœpimus rectorem. Itaque timens, ne ſi tu fueris abſumptus, deterior in locum tuum ſuccedat; caput meum pro tua ſalute deuoueo. Tam facetam audaciam Dionyſius punire erubuit.

3. *Senec. de Tranquil. Cic. Tuſc. 1. & 5.* Inter has & Theodorum Cyrenæum quaſi animoſi ſpiritus coniugium eſſe potuit, virtute par, felicitate diſſimilis. Is enim Lyſimacho regi mortem ſibi minitanti, Enimuero, inquit, magnifica res tibi contigit, quia cantharidis vim aſſecutus es. Cumque hoc dicto accenſus, cruci eum ſuffigi iuſſiſſet, Terribilis hæc (ait) purpuratis ſit tuis: mea quidem nihil intereſt, humi ne an ſublime putreſcam.

## *CAPVT III.*

## DE SEVERITATE.


1 *Populi Rom.*
2 *P. Mucii Scæuolæ trib. plebis.*
3 *Senatus Rom.*
4 *M'. Curii Dentati Cos.*
5 *L. Domitii Ahenobarbi pr.*
6 *M. Horatii Tergemini.*
7 *Senatus Rom. in inceſtas.*
8 *Cognatorum in veneficas.*
9 *Egnatii Metelli.*
10 *C. Sulpicii Galli.*
11 *Q. Antiſtii Veteris.*
12 *P. Sempronii Sophi.*

Externorum.

1 *Lacedæmoniorum.*
2 *Athenienſium.*
3 *Cambyſis regis Perſarum.*


ARmet ſe duritia pectus neceſſe eſt, dum horridæ ac
triſtis ſeueritatis acta narrantur; vt humaniore cogi-
tatione ſepoſita, rebus auditu aſperis vacet. Ita enim de-
ſtrictæ & inexorabiles vindictæ. & varia pœnarum gene-
ra in medium procurrent, vtilia quidem legum muni-
menta, ſed minime in placido & quieto paginarum nume-
ro reponenda

1.
*An.V.* 370. M. Manlius, vnde Gallos depulerat, inde ipſe
*Liu. 6. Plut.* præcipitatus eſt; quia fortiter defenſam libertatem ne-
*Camillo.* farie opprimere conatus fuerat. Cuius iuſtæ vltionis
*Zonaras.* nimirum hæc præfatio fuit: Manlius eras mihi, cum
præcipites agebas Senones: poſtquam mutari cœpiſti, 1
vnus factus es ex Senonibus. Huius ſupplicio æternæ
memoriæ nota inſerta eſt: Propter illum enim lege ſan-
ciri placuit, nequis patricius in arce, aut Capitolio ha-
bitaret, quia domum eo loci habuerat, vbi nunc ædem 2
Monetæ videmus. Par indignatio ciuitatis aduerſus
Sp. Caſſium erupit: cui plus ſuſpicio concupitæ domina-
tionis nocuit, quam tres magnifici conſulatus, ac duo
*An.V.* 268. ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt Senatus enim, popu-
*Liuius* 2. luſque Rom. non contentus capitali eum ſupplicio affi-
*Dionyſ.* 8. cere; interempto domum ſuperiecit, vt penatium quo-
*Cic. pro do-* que ſtrage puniretur. In ſolo autem ædem Telluris fecit.
*mo ſua.* Itaque quod prius domicilium impotentis viri fuerat, 3
nunc



nunc religioſæ ſeueritatis monimentum eſt. Eadem au- *An.V.* 274.
ſum Sp. Mælium cõſimili exitu patria multauit. Area ve- *Liuius* 4.
4 ro domo eius, quo iuſti ſupplicii notitia ad poſteros per- *Cic. pro do-*
ueniret, Æquimelii appellationem traxit. *mo.*

Quantum ergo odii aduerſus hoſtes libertatis inſitum
animis antiqui haberent, parietum ac tectorum, in quib.
verſati fuerant, ruinis teſtantur Ideoq; & M. Flacci, & L. *An. vrb.* 632
Saturnini ſeditioſiſſimorum ciuium corporibus trucida- *&* 653. *Liu.*
tis, penates ab imis fundamentis eruti ſunt. Ceterum 61. *&* 69.
Flacciana area, cum diu penatibus vacua manſiſſet, à Q. *Plut. Mario*
Catulo Cimbricis ſpoliis adornata eſt. *& Gracchis.*

Viguit in noſtra ciuitate Ti. & C. Gracchorum ſum- *Ann.V.* 652.
ma nobilitas, ac ſpes ampliſſima: ſed quia ſtatum ciuita *Cic. pro do-*
tis conati erant conuellere, inſepulta cadauera iacuerunt: *mo.*
ſupremuſque humanæ conditionis honos filiis Gracchi, *An.V.* 620.
& nepotibus Africani defuit: Quinetiam familiares *&* 632. *Liu.*
eorum, nequis reipubl. inimicis amicus eſſe vellet, de ro- 58. *&* 61.
bore præcipitati ſunt. *Plut. & Ap.*

Idem ſibi tam licere P. Mucius tribunus pleb. quam *Ciuil.* 1. *Liu.*
Senatui & populo Romano credidit, qui omnes collegas 38. *Feſtus.*
ſuos, qui duce Sp. Caſſio id egerant, vt magiſtratibus 2.
non ſubrogatis, communis libertas in dubium vocaretur, *An.V.* 268.
viuos cremauit. Nihil profecto hac ſeueritate fidentius: *Zonaras.*
vnus enim tribunus eam pœnam nouem collegis infer-
5 re auſus eſt, quam nouem tribuni ab vno collega exigere
perhorruiſſent.

6 Libertatis rigida adhuc cuſtos, & vindex ſeue- 3.
ritas, ſed pro dignitate ac diſciplina æque grauis inuen-
1 ta eſt: M. enim Clodium ſenatus Corſis, quia turpem *An.V.* 517.
cum his pacem fecerat, dedidit: Quem ab hoſtibus *Zon. Amm.*
non acceptum, in publica cuſtodia necari iuſſit. Semel *Marcell.* 14.
læſa maieſtate imperii, quot modis ira pertinax vindex!
factum eius reſcidit, libertatem ademit, ſpiritum extin-
xit, corpus contumelia carceris & deteſtanda Gemonia-
rum ſcalarum nota fœdauit. Atque hic quidem ſenatus
animaduerſionem meruerat. Cn. autem Cornelius Sci-
pio Hiſpalli filius, prius quam mereri poſſet, expertus *An.V.* 614.
eſt: Nam cum ei Hiſpania prouincia ſorte obueniſſet, ne
illuc iret, decreuit, adiecta cauſſa, quod recte facere ne-
7 ſciret. Itaque quæſtor Cornelius propter vitam inhoneſte

An.V.663. actam ſine vllo prouinciali miniſterio, tantum non repe-
tundarum lege damnatus eſt. Ne in C quidem Vettieno,
qui ſiniſtræ manus digitos, ne bello Italico militaret, ſibi 8
abſciderat, ſeueritas ſenatus ceſſauit: Publicatis enim bo-
nis eius, ipſum æternis vinculis puniendum cenſuit: effe-
citq;, vt quem honeſte ſpiritum profundere in acie nolue-
rat, turpiter in catenis conſumeret.

4. Id factum imitatus M V. Curius conſul, cum dele-
An.V.478. ctum ſubito edicere coactus eſſet, & iuniorum nemo re 9
Liu.14. Nō. ſpondiſſet: coniectis in ſortem omnibus tribubus, Pol-
Marcell. ex liæ quæ proxima exierat, primum nomen vrna extra-
Varrone. ctum citari iuſſit: Neque eo reſpondente, bona adole-
ſcentis haſtæ ſubiecit. Quod vt illi nuntiatum eſt ad con-
Vendidit te- ſulis tribunal cucurrit. collegiumq; tribunorum appella-
nebrionem uit. Tunc M V. Curius præfatus non opus eſſe eo ciue
inquit Varro reip. qui parere neſciret:& bona eius, & ipſum vendidit.

5. Aeque tenax propoſiti L. Domitius. Nam cum Sici-
An.V.655. liam propr. regeret, & ad eum eximiæ magnitudinis aper
Cic. Verr. 7. allatus eſſet; adduci ad ſe paſtorem. cuius manu occiſus e-
rat, iuſſit. Interrogatumq; qui eam beſtiam confeciſſet, 10
poſtquam comperit vſum venabulo, cruci ſuffixit. Quia
ipſe ad exturbanda latrocinia, quibus prouincia vaſtaba-
tur, ne quis telum haberet, edixerat. Hoc aliquis in fine
ſeueritatis & ſæuitiæ ponendum dixerit: diſputatione e-
nim vtroq; flecti poteſt. Cæterum ratio publici imperii
Prætorem nimis aſperum exiſtimari non patitur.

6. Sic ſe in viris puniendis ſeueritas exercuit. Sed ne in
feminis quidem ſupplicio afficiendis ſegniorem ſe egit
An.vrb.87. Horatius vnus prœlio trium Curiatiorum, conditione 11
Liuius 1. pugnæ omnium Albanorum victor; cum ex illa clariſſi-
Dionyſ.3. ma acie domum repetens ſororem ſuam virginem Cu-
riatii ſponſi mortem profuſius, quam illa ætas debebat,
flentem vidiſſet; gladio, quo patriæ rem bene geſſerat, in-
teremit; Parum pudicas ratus lacrymas, quæ præpropero
amori dabantur. Quē hoc nomine reū apud populum a-
ctum, pater defendit. Ita paullo propenſiot animus puellę
ad memoriam futuri viri, & fratrem ferocem vindicem,
& vindictæ tam rigidum aſſenſorem patrem habuit.

7. Conſimili ſeueritate ſenatus poſtea vſus, Sp. Po-
An.V.567. ſtumio Albino, & Q. Marcio Philippo conſulibus man-
Liuius 39. dauit,



dauit. vt de his quæ ſacris Bacchanalium inceſtuoſæ fue-
rant, inquirerent: A quibus cum multæ eſſent damnatæ,
in omnes cognati intra domos animaduerterunt: lateque
patens opprobrii deformitas, ſeueritate ſupplicii emenda-
ta eſt. Quia quantum ruboris ciuitati noſtræ mulieres
turpiter ſe gerendo incuſſerant, tantum laudis grauiter
punitæ attulerunt. 8.

Publicia autem, quæ Poſtumium Albinum conſulem; An.V.599.
item Licinia, quæ Claudium Aſellum viros ſuos veneno Liuius 48.
necauerant, propinquorum decreto ſtrangulatæ ſunt:
Non enim putauerunt ſeueriſſimi viri in tam euidēti ſce-
lere longum publicæ quæſtionis tempus expectandum.
Itaq; quarum innocentium defenſores fuiſſent, ſontium
maturi vindices extiterunt. 9

Magno ſcelere horum ſeueritas ad exigendam vin- Plin.14. c.13
dictam concitata eſt. Egnatii autem Metelli longe mi Tertull. A-
12 nori de cauſſa; qui vxorem, quod vinum bibiſſet, fuſtim pologet. c.6.
interemit Idque factum non accuſatore tantum, ſed
etiam reprehenſore caruit; vnoquoq; exiſtimante, opti-
mo illam exemplo violatæ ſobrietatis pœnas pependiſ-
ſe. Et ſane quæcunque femina vini vſum immoderate
appetit, omnibus & virtutibus ianuam claudit, & delictis
aperit. 10.

13 Horridum C. quoque Sulpitii Galli maritale ſuper-
cilium Nam vxorem dimiſit, quod eam capite aperto fo-
ris verſatam cognouerat; abſciſſa ſententia, ſed tamen ali-
qua ratione munita. Lex enim, inquit, tibi meos tantum
14 præfinit oculos, quibus formam tuam approbes. His
decoris inſtrumenta compara, his eſto ſpecioſa, horum
te certiori crede notitiæ: Vlterior tui conſpectus ſuperua-
15 cua irritatione accerſitus, in ſuſpicione & crimine ſubhæ-
reat neceſſe eſt. 11.

Nec aliter ſenſit Q Antiſtius Vetus repudiando vxorē,
quod illam in publico cum quadam libertina vulgari ſe-
creto loquentem viderat: Nam (vt ita dicam) incunabulis
& nutrimentis culpæ, non ipſa commotus culpa, * cite- * al. citio-
riorem delicto præbuit vltionem; vt potius caueret iniu- rem.
riam, quam vindicaret. 12.

Iungendus eſt his P. Sempronius Sophus, qui
coniugem repudii nota affecit, nihil aliud quam ſe igno-

rante ludos auſam ſpectare. Ergo dum ſic olim feminis
occurritur, mens earum à delictis aberat.

## EXTERNA.

Ceterum etſi Romanæ ſeueritatis exemplis totus
terrarum orbis inſtrui poteſt; tamen externa ſumma-
*al. cognoſ- ſe. tim * cognoſcere faſtidio non erit. Lacedæmonii libros
Archilochi è ciuitate ſua exportari iuſſerunt, quod eorum
1. Plut. Apop. parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabâtur.
Noluerunt enim ea liberorum ſuorum animos imbui, ne
plus moribus noceret, quam ingeniis prodeſſet. Itaque
Lycambæ ſoceri. maximum poetam, aut certe ſummo proximum, quia
domum ſibi inuiſam obſcenis maledictis lacerauerat, car-
minum exilio multarunt.

2. Plut. Arta- xerxe. Athenienſes autem Timagoram inter officium ſalu-
tationis Darium regem more gentis illius adulatum, ca-
pitali ſupplicio affecerunt: vnius ciuis humilibus blandi-
tiis, totius vrbis ſuæ decus Perſicæ dominationi ſummiſ-
ſum grauiter ferentes.

3. Herodot. 3. Iam Cãbyſes inuſitatæ ſeueritatis, qui mali cuiuſdam
iudicis ex corpore pellem detractam, ſellæ intendi, in ea-
que filium eius iudicaturum conſidere iuſſit. Ceterum &
rex, & barbarus atroci ac noua pœna iudicis, ne quis poſt-
ea corrumpi iudex poſſet, prouidit.

---

## CAPVT IV.

## DE GRAVITER DICTIS AVT FACTIS.

| à Romanis. | | Ab externis. | |
|---|---|---|---|
| 1 | *T. Manlio Torquato.* | 1 | *Ciuinimenſi populo.* |
| 2 | *P. Scipione Aemiliano.* | 2 | *Socrate Athenienſi.* |
| 3 | *C. Popilio Lanate.* | 3 | *Alexandro Magno.* |
| 4 | *P. Rutilio Rufo.* | 4 | *Lacedæmoniis.* |
| 5 | *M. Iunio Bruto procos.* | 5 | *Pædareto Spartano.* |

MAgnam & bonam laudis partem in claris viris
etiam illa vendicant, quæ aut ab his grauiter di-
cta aut facta pertinax memoria viribus æternis compre-
hendit.



hendit. Quorum ex abundanti copia, nec parca nimis,
nec rurſus auida manu, quod magis deſiderio ſatisfaciat,
quam ſatietati abundet, hauriamus.

Ciuitate noſtra Cannenſi clade perculſa, cum admo- 1.
dum tenui filo ſuſpenſa reipublicæ ſalus ex ſociorum fide *An. vrb. 537*
penderet, vt eorum animi ad imperium Romanum tuẽ- *Liuius 23.*
dum conſtantiores eſſent; maiori parti ſenatus principes *Aliter refert*
1 Latinorum in ordinem ſuum ſublegi placebat. Vt An- *hæc Liuius.*
nius olim, Campani etiam conſulem alterum Capuæ cre-
2 ari debere aſſeuerabant ſic contuſus & æger Romani im-
perii ſpiritus erat. Tunc Manlius Torquatus, ſtirpis e-
ius qui Latinos apud Veſerim inclyta pugna fuderat, quã
poterat clara voce denuntiauit: ſi quis ſociorum inter Pa-
tres conſcriptos ſententiam dicere auſus eſſet, continuo
eum ſe interempturum. Hæ vnius minæ, & Romanorum
languentibus animis calorem priſtinum reddiderunt, &
3 Italiam ad ius ciuitatis nobiſcum exæquandum conſur-
4 gere paſſæ non ſunt: namque vt populi Romani armis, ita
verbis illius fracta ceſſit.

5 Par eiuſdem quoque Manlii grauitas, cum conſulatus *An. V. 542.*
omnium conſenſu deferretur, cumq; ſub excuſatione ad- *Liu. 26. Zo-*
uerſæ valetudinis oculorum recuſaret; inſtantibus cun- *nar. Auct. de*
ctis, Alium, inquit, Quirites quærite, ad quem hunc ho- *Viris illuſtr.*
norem transferatis: Nam ſi me gerere eum coegeritis, *cap. 28.*
nec ego mores veſtros ferre; nec vos meum imperium
perpeti poteritis. Si priuati tam ponderoſa vox, quam
graues faſces conſulis extitiſſent!

Nihilo ſegnior Scipionis Aemiliani aut incuria, aut in 2.
concione grauitas: qui cum haberet conſortem cenſuræ *An. V. 611.*
Mummium, vt nobilem, ita eneruis vitæ, pro Roſtris di *Auct. de Vi-*
xit, ſe ex maieſtate reipub. omnia geſturum; ſi ſibi ciues *ris illuſtr.*
vel dediſſent collegam, vel non dediſſent. *cap. 58.*

Idem, cum Ser. Sulpicius Galba, & Aurelius Cotta cõ *An. V. 609*
ſules in ſenatu contenderent, vter aduerſus Viriatum in
Hiſpaniam mitteretur: ac magna inter patres conſcriptos
6 diſſenſio eſſet; omnib. quonam eius ſententia inclinare-
tur expectantibus: Neutrũ, inquit, mihi mitti placet, quia
alter nihil habet, alteri nihil eſt ſatis. Aeque malã licentis
imperii magiſtram iudicans inopiam atque auaritiam.
Quo dicto, vt neuter in prouinciam mitteretur, obtinuit.

3. C. vero Popillius à ſenatu legatus ad Antiochum
*An. vrb. 585* miſſus, vt bello ſe, quo Ptolemæum laceſſebat, abſti-
*Liu. 45. Cic.* neret: cum ad eum veniſſet, atque is prompto animo &
*Philipp.* 8. amiciſſimo vultu dextram ei porrexiſſet, inuicem ei ſuam
*Plin. 34. c. 6.* porrigere noluit, ſed tabellas ſenatuſconſultum continen-
*Iuſt. 34.* tes tradidit: Quas vt legit Antiochus, dixit ſe cum ami-
cis collocuturum. Indignatus Popillius, quod aliquam
moram interpoſuiſſet, virga ſolum, quo inſiſtebat, de-
notauit: At prius, inquit, quam hoc circulo excedas, da
reſponſum, quod ſenatui referam. Non legatum locu-
tum, ſed ipſam Curiam ante oculos poſitam crederes:
continuo enim rex affirmauit fore, ne amplius de ſe Pto-
lemæus quereretur. Ac tum demum Popillius manum
eius tanquam ſocii apprehendit. Quam efficax eſt animi
ſermoniſque abſciſa grauitas! Eodem momento Syriæ
regnum terruit, Ægypti texit.

4. P. autem Rutilii verba prius an facta æſtimem, ne-
ſcio: nam vtriuſque æque admirabile ineſt robur. Cum
amici cuiuſdam iniuſtæ rogationi reſiſteret, atque is per
ſummam indignationem dixiſſet: Quid ergo, inquit, mi-
hi opus eſt amicitia tua, ſi quod rogo, non facis? reſpon-
*An. V. 660.* dit, Imo quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſte
*Liu. 70. Cic.* facturus ſum? Huic voci cõſentanea illa opera, quod ma-
*in Bruto, &* gis ordinum diſſenſione, quam vlla culpa ſua reus factus:
*de Orat.* 1. nec obſoletã veſtem induit, nec inſignia ſenatoris depo-
*Oroſ. 5. c. 17.* ſuit, nec ſupplices ad genua iudicum manus tetendit: nec
dixit quicquam ſplendore præteritorum annorum humi-
lius. Effecitque vt periculum illud non impedimentum
grauitatis eius eſſet, ſed experimentum. Atque etiam
cum ei reditum in patriam Sullana victoria præſtaret, in
exilio, ne quid aduerſum leges faceret, remanſit. Quapro 7
pter Felicis cognomen iuſtius quis moribus grauiſſimi
viri, quam impotentis armis aſſignauerit. Quod quidem
Sulla rapuit, Rutilius meruit.

5. M. Brutus ſuarum prius virtutum, quam patriæ
*An. vrb. 711* *Plut. Bruto.* parentis parricida (vno enim facto & illas in profundum
præcipitauit, & omnem ſui nominis memoriam inexpia-
bili deteſtatione perfudit) vltimum prœlium initurus,
negantibus quibuſdam id committi oportere: Fidenter
inquit, in aciem deſcendo: hodie enim aut recte erit, aut
nihil



nihil curabo. Præſumpſerat videlicet neque viuere ſe ſine
victoria, neq; mori ſine ſecuritate poſſe.

## EXTERNA.

Cuius mentio mihi ſubiicit, quod aduerſus D. Bru- 1.
tum in Hiſpania grauiter dictum eſt, referre: Nam cum ſe *An. V. 617.*
ei tota pene Luſitania dedidiſſet, ac ſola gentis eius vrbs
Cinninia pertinaciter arma retineret, tentata redem-
ptione, propemodum vno ore legatis Bruti reſpondit:
Ferrum ſibi à maioribus, quo vrbem tuerentur, non au
rum, quo libertatem ab imperatore auaro emerent, reli-
8 ctum. Melius ſine dubio iſtud noſtri ſanguinis homines
dixiſſent quam audiſſent.

Sed illos quidem natura in hæc grauitatis veſti- 2.
gia deduxit. Socrates autem Græcæ doctrinæ clariſſi- *Laert. in vi-*
9 mum columen, cum Athenis cauſſam dicturus eſſet, *ta. Cic. de o-*
defenſionemque ei, Lyſias à ſe compoſitam, qua in iu- *rat. 2.*
dicio vteretur, recitaſſet, demiſſam & ſupplicem, im-
minentique procellæ accommodatam, Aufer, inquit,
quæſo iſtam: nam ego ſi adduci poſſem, vt eam in vlti-
ma Scythiæ ſolitudine perorarem, tum me ipſe morte
multandum concederem. Spiritum contempſit, ne care-
ret grauitate: maluitq; Socrates extingui, quam Lyſias ſu-
pereſſe.

Quantus hic in ſapientia, tantus in armis Alexan- 3.
der illam vocem nobiliter edidit. Dario enim vno iam & *Plut. in vita*
altero prœlio virtutem eius experto, atque ideo partem *Q. Curt.* 4.
regni Tauro tenus monte, & filiam in matrimonium cũ *Arrian.* 2.
decies centum millibus talentum pollicente; cum Par-
menion dixiſſet, Se, ſi Alexander eſſet, vſurum conditio-
ne: reſpondit: Et ego vterer, ſi Parmenion eſſem. Vocem
duabus victoriis reſpondentem, dignamq; cui tertia, ſicut
euenit, tribueretur.

Atque hæc quidem animi magnifici, & proſperi 4.
ſtatus: illa vero, qua legati Lacedæmoniorum apud pa-
trem eius miſeram fortunæ ſuæ conditionem teſtati
ſunt, generoſior, quam optabilior. Intolerabilibus enim
oneribus ciuitatem eorum implicanti, ſi quid morte gra-
uius imperare perſeueraret, mortem ſe prælaturos re-
ſponderunt.

5\. *Plutarch. Apophț.* Nec parum graue Spartani cuiuſdam dictum : ſiquidem nobilitate&ſanctitate pręſtans,& in petitione magiſtratus victus, maximæ ſibi lætitiæ eſſe prædicauit, quod aliquos patria ſua ſe meliores viros haberet. Quo ſermone repulſam honori adæquauit.

## CAPVT V.

## DE IVSTITIA.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | *Populi Rom.* | 6 | *L. Licinii Craſſi oratoris.* |
| 2 | *Quatuor tribunorum plebis.* | 7 | *L. Cornelii Sullæ Cos.* |
| 3 | *Ti. Gracchi cens.* | | Externorum. |
| 4 | *Collegii tribunorum plebis.* | 1 | *Pittaci Mitylenæi.* |
| 5 | *Cn. Domitii Ahenobarbi.* | 2 | *Ariſtidis Athenienſis.* |
| | | 3 | *Zaleuci Locrenſis.* |
| | | 4 | *Charundæ Thurii.* |

TEmpus eſt iuſtitiæ quoque ſancta penetralia adire, *in quibus ſemper æqui ac probi facti reſpectus religioſa cum obſeruatione verſatur: & vbi ſtudium verecundiæ eſt, & cupiditas rationi cedit: nihilque vtile, quod parum honeſtum videri poſſit, ducitur.* Eius autem præcipuum & certiſſimum inter omnes gentes noſtra ciuitas exemplum eſt.

1\. *An. vrb. 358* Camillo conſule Faliſcos circunſedente, magiſter 1 *Liu. 5. Plut. Camillo. Front. 4. c. 4. L. Flor. 1. cap. 12.* ludi plurimos & nobiliſſimos inde pueros, velut ambulandi gratia eductos, in caſtra Romanorum perduxit: Quibus interceptis, non erat dubium, quin Faliſci depoſita belli gerendi pertinacia, traditturi ſe noſtro imperatori eſſent. De ea re ſenatus cenſuit, vt pueri vinctum magiſtrum virgis cædentes in patriam remitterentur. Qua iuſtitia animi eorum ſunt capti, quorum mœnia expugnari non poterant: namque Faliſci beneficio magis quam armis victi, portas Romanis aperuerunt. Eadem ciuitas aliquoties rebellando, ſemperque aduerſis *An. vrb. 512* contuſa prœliis, tandem ſe Q. Lutatio conſuli dedere co- *Liuius 19. Zonaras. Oroſ. 4. c. 6.* acta eſt. Aduerſus quam ſæuire cupiens populus Roman. poſtquam à Papirio (cuius manu, iubente conſule, verba de-



ba deditionis ſcripta erant) doctus eſt Faliſcos non poteſtati, ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe; omnem iram placida mente depoſuit, pariterque & viribus odii, non ſane facile vinci aſſuetis, & victoriæ obſequio, quæ promptiſſime licentiam ſubminiſtrat, ne iuſtitiæ ſuæ deeſſet, *An. V. 485. circiter.* obſtitit. Idem, cum P. Claudius Camarinos ductu atque auſpiciis ſuis captos ſub haſta vendidiſſet, etſi ærarium pecunia, fines agris auctos animaduertebat; tamen, quia parum liquida fide id geſtum ab imperatore videbatur, maxima cura conquiſitos redemit, iiſque habitandi gratia locum in Auentino aſſignauit,& prædia eis reſtituit. Pecuniam etiam non ad Curiam, ſed ad ſacraria ædificanda, ſacrificiaque facienda tribuit: iuſtitiæq; promptiſſimo tenore effecit, vt exitio ſuo lætari poſſent, quia ſic renati erant.

Mœnibus noſtris, & finitimis regionibus, quæ adhuc retuli; quod ſequitur, per totum terrarum orbem manauit. Timochares Ambracienſis Fabricio conſuli pol- *An. V. 475. Plut. Pyrrho. G. Il. 3. c. 8. Cic. offic. 3.* licitus eſt ſe Pyrrhum veneno per filium ſuum, qui potionibus eius præerat, necaturum. Ea res cum ad ſenatum eſſet delata, miſſis legatis Pyrrhum monuit vt aduerſus huius generis inſidias cautius ſe gereret: memor Vrbem à filio Martis conditam: & armis bella, non venenis gerere debere. Timocharis autem nomen ſuppreſſit, vtroque modo æquitatem amplexus: quia nec hoſtem malo exemplo tollere, neque eum qui benemereri paratus fuerat prodere voluit.

2\. Summa iuſtitia in quatuor quoque tribunis pleb. eodem tempore conſpecta eſt. Nam cum C. Atratino (ſub quo duce aciem noſtram apud Verruginem à Volſcis in- *An. V. 331. Liuius 4.* clinatam cum ceteris equitibus correxerant) diem ad populum L. Hortenſius collega eorum dixiſſet, pro Roſtris iurauerunt in ſqualore ſe eſſe, quoad imperator ipſorum reus eſſet futurus. Non enim ſuſtinuerunt egregii iuuenes, cuius armati periculum vulneribus & ſanguine ſuo defenderant, eius togati vltimum diſcrimen, poteſtatis inſignia retinentes, intueri: Qua iuſtitia mota concio, actione Hortenſium deſiſtere coegit.

3\. Nec ſe etiam aliter eo facto, quod ſequitur, exhi- *An. V. 584.* buit, cum Ti. Gracchus, & C. Claudius, ob nimis ſeuere

*Liuius* 43. geſtam cenſuram, maiorem ciuitatis partem exaſperaſ-
*Auct. de vir.* ſent, diem his P. Rutilius tribunus plebis perduellionis
*Illuſtr. c.* 57. ad populum dixit præter communem conſternationem,
priuata etiam ira accenſus. quia neceſſarium eius ex pu-
blico loco parietem demoliri iuſſerant: Quo in iudicio
primæ claſſis permultæ centuriæ Claudium aperte da-
mnabant: de Gracchi abſolutione vniuerſæ conſentire
videbantur: Qui clara voce iurauit, ſi de collega ſuo gra-
uius eſſet iudicatum, in factis paribus ſe eandem cum illo
pœnam exilii ſubiturum. Eaque iuſtitia tota illa tempe-
ſtas ab vtriuſque fortunis & capite depulſa eſt. Claudium
enim populus abſoluit: Graccho cauſſæ dictionem tr. b.
Rutilius remiſit.

4. Magnam laudem & illud collegium tribunorum
*An. vrb.* tulit, quod cum vnus ex eo L. Cotta fiducia ſacroſan-
599. ctæ poteſtatis creditoribus ſuis nollet ſatisfacere, decre-
uit; ſi neque ſolueret pecuniam, neque daret cum quo
ſponſio fieret; appellantibus ſe creditoribus auxilio fu-
turum: iniquum ratum, maieſtatem publicam priuatæ
perfidiæ obtentui eſſe. Itaque Cottam in tribunatu qua-
ſi in aliquo ſacrario latentem, tribunitia inde iuſtitia ex-
traxit.

5. Cuius vt ad alium æque illuſtrem tranſgrediar, Cn.
*An. V.* 650. Domitius tribunus plebis M. Scaurum principem ciuita-
*Pad. Scau-* tis in iudicium populi deuocauit; Vt ſi fortuna aſpiraſſet,
*riana. Cic.* ruinam: ſin minus, certe ipſa obtrectatione ampliſſimi
*pro Deiotaro* viri incrementum claritatis apprehenderet. Cuius oppri-
mendi cum ſummo ſtudio flagraret, ſeruus Scauri ad eum
noctu peruenit, inſtructurum ſe eius accuſationem mul-
tis & grauibus domini criminibus promittens. Erant in 3
eodem pectore Domitii, inimicus & dominus diuerſa
æſtimatione nefarium indicium perpendentes: Iuſtitia
vicit odium. Continuo enim & ſuis auribus obſeratis, &
indicis ore clauſo, duci eum ad Scaurum iuſſit. Accuſato-
rem etiam reo ſuo ne dicam diligendum, certe laudandũ:
quem populus cum propter alias virtutes, tum hoc no-
6. mine libentius & conſulem, & cenſorem, & pont. max.
*An. V.* 634. fecit.
*Cic. de leg.* 3. Nec aliter ſe L. Craſſus in eodem iuſtitiæ experimen-
*de orat.* 3. *in* to geſſit. C. Carbonis nomen infeſto animo vtpote ini-
*Brut.* micisſ-



miciſſimi ſibi detulerat: ſed tamen ſcrinium eius à ſeruo
allatum ad ſe complura continens quibus facile oppri-
mi poſſet: vt erat ſignatum, cum ſeruo catenato ad eum
remiſit. Quo pacto igitur inter amicos viguiſſe tunc iu-
ſtitiam credimus, cum inter accuſatores quoque & reos
tantum virium obtinuiſſe videamus?

IAM L. Sulla non ſe tam incolumem, quam Sulpiciũ 7.
Rufum perditum voluit, tribunitio furore eius ſine fine *An. vrb.* 665
vexatus. Cæterum cum eum proſcriptum & in villa latẽ- *Liuius* 77.
tem à ſeruo proditum comperiſſet; manumiſſum parri-
cidam, vt fides edicti ſui extaret, præcipitari protinus è
ſaxo Tarpeio cum illo ſcelere parto pileo iuſſit. Victor a-
lioquin inſolens, hoc imperio iuſtiſſimus.

EXTERNA.

VERVM ne alienigenæ iuſtitiæ obliti videamur, Pit- 1.
tacus Mitylenæus, cuius aut meritis tantum ciues de- *Laert. in vi-*
buerunt, aut moribus crediderunt, vt ſuis & ſuffragiis *ta.*
tyrannidem deferrent; tamdiu illud imperium ſuſtinuit,
quamdiu bellum de Sygæo cum Athenienſibus geren-
dum fuit. Poſtquam autem pax victoria parta eſt, conti-
nuo reclamãtibus Mitylenæis depoſuit; ne dominus ci-
uium vltra quam republicæ neceſſitas exegerat, per-
maneret. Atque etiam, cum recuperati agri dimidia pars
cõſenſu omnium offerretur; auertit animum ab eo mu-
nere; deforme iudicans, virtutis gloriam magnitudine
prędæ minuere.

ALTERIVS nunc mihi prudentia referenda eſt, 2.
vt alterius repræſentari iuſtitia poſſit. Cum ſaluberrimo *Plut. in vita*
conſilio Themiſtocles migrare Athenienſes in claſſem *Cic. offic.* 3.
coegiſſet, Xerxeque rege, & copiis eius Græcia pulſis,
ruinas patriæ in priſtinum habitum reformaret, & o-
pes clandeſtinis molitionibus ad principatum Græciæ
capeſſendum nutriret; in concione dixit, habere ſe rem
deliberatione ſua prouiſam, quam ſi fortuna ad effectũ
perduci paſſa eſſet; nihil maius aut potentius Athenienſi
populo futurum, ſed eam vulgari non oportere. Poſtu-
lauitque, vt aliquis ſibi, cui illam tacite exponeret, da-
retur: datus eſt Ariſtides. *Is* poſtquam cognouit, claſſem
illum Lacedæmoniorum, quæ tota apud Gytheum ſub-

ducta erat, velle incendere, vt ea cõſumpta dominatio maris ipſis cederet; proceſſit ad ciues, & retulit, Themiſtoclem vt vtile cõſilium, ita minime iuſtum animo voluere. Eueſtigio vniuerſa concio quod æquum non videretur, ne expedire quidẽ proclamauit, ac protinus Themiſtoclem incepto deſiſtere iuſſit.

3. Nihil illis etiam iuſtitiæ exemplis fortius. Zaleucus
*Cic. de leg.* 2. vrbe Locrenſium à ſe ſaluberrimis atque vtiliſſimis le-
*Stob. ſerm.* gibus munita, cum filius eius adulterii crimine damna-
42. *Ælian.* tus, ſecundum ius ab ipſo conſtitutum, vtroque oculo
*Var. hiſt.* 2. carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris pœnæ neceſſitatem adoleſcentulo remitteret, aliquandiu repugnauit: Ad vltimum precibus populi euictus, ſuo prius, deinde filii oculo eruto, vſum videndi vtrique reliquit. *I*ta debitum ſupplicii modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem & iuſtum legiſlatorem partitus.

4. Sed aliquanto Charundæ Thurii præfractior atque
*Cic. de leg.* 2. abſciſior iuſtitia. Ad vim & cruorem vſque ſeditioſas
*Laert. in Py-* conciones ciuium pacauerat, lege cauendo, vt ſi quis eas
*thag. Ariſt.* cum ferro intraſſet, continuo interficeretur: *I*nteriecto
*Polit.* 2. deinde tempore, ex longinquo rure gladio cinctus, domum repetens, ſubito indicta concione, ſicut erat, in eam proceſſit: ab eoque, qui proxime conſtiterat, ſolutæ
**al.* ſarciam à ſe legis ſuæ monitus: Idem ego illam, inquit, * ſanciam, ac protinus ferro, quod habebat, diſtricto incubuit. Cumque liceret culpam vel diſſimulare, vel errore defendere; pœnam tamẽ repræſentare maluit, ne qua fraus iuſtitiæ fieret.

---

## *CAPVT VI.*

## DE FIDE PVBLICA.

| | |
|---|---|
| QVAM COLVERE. | 5 *Idem ſenatus Romanus.* |
| 1 *Senatus Rom.* | |
| 2 *L. Manlius, M. Attilius Cos.* | EXTERNI. |
| 3 *Idem ſenatus Rom.* | 1 *Saguntini.* |
| 4 *P. Africanus ſuperior.* | 2 *Pedellini.* |

HVIVS



HVius imagine ante oculos poſita, venerabile fidei numen dexteram ſuam, certiſſimum ſalutis humanæ pignus oſtentat. Quam ſemper in noſtra ciuitate viguiſſe, & omnes gentes ſenſerunt, & nos paucis exemplis recognoſcamus.

Cum Ptolemæus rex tutorem populum Romanum 1.
filio reliquiſſet, ſenatus M. Æmilium Lepidum pont. *An. V.* 593.
max. bis conſulem ad pueri tutelam gerendam Alexan- *circiter.*
driam miſit: ampliſſimique & integerrimi viri ſanctita- *Tacit.* 2.
tem reip. vſibus & ſacris operatam externę procurationi *Iuſt.* 30. &
vacare voluit; ne fides ciuitatis noſtræ fruſtra petita ex- 31.
iſtimaretur. Cuius beneficio regia incunabula conſeruata pariter ac decorata, incertum Ptolemæum reddiderũt, patriſne fortuna magis, an tutoris maieſtate gloriari deberet.

Specioſa quoque illa Romana fides. Ingenti Pœno- 2.
rum claſſe circa Siciliam deuicta: duces eius fractis ani- *An. vr.* 497
mis conſilia petendæ pacis agitabant. Quorum Amil- *Zonaras* 2.
car ire ſe ad conſules negabat audere; ne eodem modo
catenæ ſibi iniicerentur, quo ab ipſis Cornelio Aſinæ
conſuli fuerant iniectæ. Anno autem certior Romani *An. V.* 493.
animi æſtimator, nihil tale timendum ratus, maxima *Polyb.* 1.
cum fiducia ad colloquium eorum tetendit: Apud quos *Liuius* 17.
cum de belli fine ageret, & tribunus militum ei dixiſſet, *Zonaras.*
poſſe illi merito euenire quod Cornelio accidiſſet: vter- *L. Flor.* 2.
que conſul, tribuno tacere iuſſo, iſto te, inquit, metu, *c.* 2.
*A*nno, fides ciuitatis noſtræ liberat. Claros illos fecerat tantum hoſtium ducem vincire potuiſſe; ſed multo clariores fecit noluiſſe.

Aduerſus eoſdem hoſtes parem fidem in iure lega-
tionis tuendo Patres conſcripti exhibuere. M. enim Æ- 3.
milio Lepido, C. Flamminio Coss. L. Minucium, & L. *An. vrb.* 566
Manlium Carthaginienſium legatis, quia manus his at- *Liuius* 38.
tulerant, per feciales Culeo prætor ex sc. dedendos cu- 4.
rauit. Se tunc ſenatus, non eos quibus hoc præſtabatur, *An. V.* 550.
aſpexit. *Liuius* 30.

Hæc exempla ſuperior Africanus ſecutus, cum onu- *Ap. in Puni-*
ſtam multis, & illuſtrium Carthaginienſium, viris na- *ca. Polyb.* 15.
uem in ſuam poteſtatem redegiſſet, inuiolatam dimi- *ſed paulo a-*
ſit, quia ſe legatos ad eum miſſos dicebant: Tametſi *liter.*

manifeſtum erat, illos vitandi præſentis periculi gratia
falſum legationis nomen amplecti, vt Romani Impera-
toris potius decepta fides, quam fruſtra implorata iudi-
caretur.
5. REPRÆSENTEMVS etiam illud ſenatus nullo modo
*An V.* 487. prætermittendum opus. Legatos ab vrbe *Apollonia*
*Zonaras* 2. Romam miſſos, Qu. Fabius, & Cn. Apronius ædiles orta
*& Liuius* 15. contentione pulſauerunt. Quod vbi comperit, conti-
nuo eos per feciales legatis dedidit, quæſtoremque cum
his Brunduſium ire iuſſit; ne quam in itinere à cognatis
deditorum iniuriam acciperent. Illam Curiam, morta-
lium quis concilium, ac non Fidei templum dixerit?
Quam vt ciuitas noſtra ſemper benignam præſtitit; ita 4
in ſociorum quoque animis conſtantem recognouit.

EXTERNA.

1. NAM ante duorum in Hiſpania Scipionum, todi- 5
*An. vrb.* 534 demque Romani ſanguinis exercituum miſerabilẽ ſtra-
*Liuius* 21. gem, Saguntini victricibus *Annibalis* armis intra mœ-
*Polyb. & a-* nia vrbis ſuæ compulſi, cum vim Pœnicam vlterius ne-
*lii.* quirent arcere; collatis in forum quæ vnicuiq; erant ca-
riſſima, atque vndiq; circundatis accenſisque ignis nu 6
trimentis, ne à ſocietate noſtra deſciſcerent, publico &
communi rogo ſemetipſi ſuperiecerunt. Crediderim tũc
ipſam Fidem humana negotia ſpeculantem mæſtum
geſſiſſe vultum; perſeuerantiſſimum ſui cultum iniquæ
fortunæ iudicio tam acerbo exitu damnatum cernen-
tem.
2. IDEM præſtando Petellini eundem laudis honorem
*An V.* 537. meruerunt. *Ab Annibale*, quia deficere noſtram amici-
*Liuius* 23. tiam noluerant, obſeſſi: legatos ad ſenatum auxiliũ im 7
plorantes miſerunt. Quibus propter recentem cladem
Cannenſem ſuccurri non potuit; ceterũ permiſſum eſt, 8
vti facerent, quod vtiliſſimum incolumitati ipſorum vi-
deretur. liberum ergo erat Carthaginienſium gratiam
amplecti. Illi tamen feminis, omnique ætate imbelli vr- 9
be eiecta, quo diutius armati famem traherent, pertina-
ciſſime in muris perſtiterunt; expirauitque prius eorum
tota ciuitas, quam vlla ex parte Romanæ ſocietatis re-
ſpectum deponeret. Itaque *Annibali* non Petelliam, ſed 10
fidei Petellinæ ſepulchrum capere contigit.





*CAPVT VII.*

## DE FIDE VXORVM ERGA MARITOS.

1 *Æmiliæ L. F. Tertiæ, P. Africani maioris.*
2 *Thuriæ Q. Lucretii Veſpillonis.*
3 *Sulpiciæ Lentuli.*

ATQVE vt vxoriam quoque fidem attingamus: Ter- 1.
tia Æmilia *Africani* prioris vxor, mater Corneliæ *Vide Gel.* 6.
Gracchorum, tantæ fuit comitatis & patientiæ, vt cum *cap.* 8.
1 ſciret viro ſuo ancillulam ex ſuis gratam eſſe, diſſimula-
uerit: ne domitorem orbis *Africani* fœmina impudici-
2 tiæ reum ageret: Tantumque à vindicta mens eius ab-
fuit, vt poſt mortem *Africani* manumiſſam ancillam in *An. vrb.* 570
matrimonium liberto ſuo daret.
Q. Lucretium proſcriptum à triumviris vxor Thu- 2.
ria inter cameram & tectum cubiculi abditum, vna con- *An. V.* 710.
ſcia ancilla, ab imminente exitio, non ſine magno peri- *Dionyſ.* 54.
culo ſuo, tutum præſtitit: Singularique fide id egit, vt *App. Ciuil.* 4
cum cæteri proſcripti in alienis & hoſtilibus regionibus
per ſummos corporis & animi cruciatus vix euaderent;
ille in cubiculo, & in coniugis ſinu ſalutem retineret.
Sulpicia autem cum à matre Iulia diligentiſſime cu- 3.
3 ſtodiretur, ne Lentulum Cruſcellionem virum ſuum *An. V.* 710.
proſcriptum à triumuiris in Siciliam ſequeretur: nihilo- *App. Ciu.* 4.
4 minus famulari veſte ſumpta, cum duabus ancillis, to-
tidemque ſeruis ad eum clandeſtina fuga peruenit. Nec
recuſauit ſeipſam proſcribere, vt ei fides ſua in coniuge
proſcripto conſtaret.

*CAPVT VIII.*

## DE FIDE SERVORVM ERGA DOMINOS.

1 *M. Antonii oratoris ſervus.*
2 *C. Marii C. F. Cos. ſeruus.*
3 *C. Gracchi Philocrates.*
4 *C. Caſſii Pindarus.*
5 *Cn. Plotii Planci familia.*
6 *Vrbinii Anapionis ſeruus.*
7 *Antii Reſtionis ſeruus.*

REſtat vt ſeruorum etiam erga dominos, quo minus
exſpectatam, hoc laudabiliorem fidem referamus.

1. M. Antonius, auorum noſtrorum temporibus clariſ-
*An. V. 639.* ſimus orator, inceſti reus agebatur; Cuius in iudicio
*Val. 3. c. 7.* accuſatores ſeruum in quæſtionem perſeuerantiſſime
poſtulabant; quod ab eo, cum ad ſtuprum iret, laternam
prælatam contenderent. Erat autem is etiam tum im-
berbis, & ſtabat coram, videbatque rem ad ſuos crucia-
tus pertinere, nec tamen eos fugitauit. Ille vero, vt do-
mum quoque ventum eſt, Antonium hoc nomine vehe-
mentius confuſum & ſolicitum vltro eſt hortatus, vt ſe
iudicibus torquendum traderet; affirmans nullum ore
ſuo verbum exiturum, quo cauſſa eius læderetur. Ac
promiſſi fidem mira patientia præſtitit: plurimis etiam
laceratus verberibus, eculeoque impoſitus, cādentibus 4
etiam laminis vſtus, omnem vim accuſationis, cuſto-
dita rei ſalute, ſubuertit. Argui fortuna merito poteſt,
quod tam pium & tam fortem ſpiritum ſeruili nomine
incluſit.

2. Conſulem autem C. Marium Præneſtinæ obſidionis
*An. V. 671.* miſerabilem exitum ſortitum, cuniculi latebris fruſtra
*Liuius 88.* euadere conatum, leuique vulnere à Theleſino, cum
*Oroſ. 5. c. 21.* quo commori deſtinauerat, perſtrictum ſeruus ſuus vt 2
*Plutarch.* Sullanæ crudelitatis expertem faceret, gladio traiectū
*Velleius.* interemit; cum magna præmia ſibi propoſita videret, ſi
eum victoribus tradidiſſet: Cuius dexteræ tam oportu-
num miniſterium nihil eorum pietati cedit, à quibus ſa-
lus dominorum protecta eſt. Quia eo tempore Mario
non vita, ſed mors in beneficio repoſita erat.

3. Æque illuſtre quod ſequitur. C. Grachus, ne in pote-
*An. V. 632.* ſtatem inimicorum veniret, Philocrati ſeruo ſuo ceruí-
*Plutarch.* ces incidēdas præbuit. Quas cum celeri ictu abſcidiſſet,
*Appian. 1.* gladium cruore domini madentem per ſua egit præcor-
*Oroſ. 5. c. 12.* dia. Euporum alii hunc vocitatum exiſtimant: ego de
nomine nihil diſputo, famularis tantummodo fidei ro-
bur admiror: Cuius ſi præſentiam animi generoſus iu-
uenis imitatus foret, ſuo, non ſerui beneficio imminen-
tia ſupplicia vitaſſet: nunc commiſit vt Philocratis, quā
Gracchi cadauer ſpecioſius iaceret.

ALIA



Alia nobilitas, alius furor, ſed fidei par exemplum. 4.
Pindarus C. Caſſium Philippenſi prælio victum, nuper *An. V. 711.*
ab eo manumiſſus, iuſſu ipſius obtruncatum, inſultatio- *Plut. Bruto.*
nibus hoſtium ſubtraxit. Seque è conſpectu hominum *App. Ciuil. 4*
voluntaria morte abſtulit, ita vt ne corpus quidem eius *Dionyſ. 47.*
abſumpti inueniretur. Quis deorum grauiſſimi ſceleris
vltor, illam dexteram quæ in necem patriæ parentis ex-
arſerat, tanto torpore illigauit, vt ſe tremebunda Pin-
dari genib. ſubmitteret, ne publici parricidii, quas me-
rebatur pænas, arbitrio pii victoris exolueret? Tu profe-
cto, tu Diue Iuli cæleſtibus tuis vulneribus debitam ex-
egiſti vindictam, perfidum erga te caput ſordidis auxiliis
ſupplex fieri cogendo, eo animi æſtu compulſum; vt ne-
que retinere vitam vellet, neq; finire manu ſua auderet. 5.
Adiunxit ſe iis cladibus C. Plotius Plancus Munacii *An. vrb. 710*
Planci conſularis & cenſorii frater, qui cum à triumvi- *Plin. 13. c. 3.*
ris proſcriptus in regione Salernitana lateret, delicatio- *Solin. c. 48.*
re vitæ genere, & odore vnguenti, occultā ſalutis cuſto-
diam detexit: iſtis enim veſtigiis, eorum qui miſeros per-
§ ſequebantur, ſagax inducta cura; abditum fugæ illius cu-
bile odorata eſt. A quibus comprehenſi ſerui, multum-
que ac diu torti, negabant ſe ſcire vbi dominus eſſet. Nō
ſuſtinuit deinde Plancus tam fideles, tamq; boni exem-
pli ſeruos vlterius cruciari: ſed proceſſit in medium, iu-
gulumque gladiis militum obiecit. Quod certamē mu-
tuæ beneuolentiæ arduum dignoſci facit, vtrum dignior
dominus fuerit, qui tam conſtantem ſeruorum fidem ex-
periretur; an ſerui, qui tam iuſta domini miſericordia
quæſtionis ſæuitia liberarentur.

4 Quid Vrbinii Panopionis ſeruus, quam admirabi- 6.
lis fidei! Qui cum ad dominum proſcriptum occiden- *An. V. 710.*
dum, domeſticorum indicio certiores factos milites in *App. Ciu. 4.*
Reatinam villam veniſſe cognoſſet; commutata cum eo *Macrob.*
veſte, permutato etiam annulo, illum poſtico clam emi- *Sat. 2.*
ſit, ſe autem in cubiculum ac lectulum recepit, & vt
Panopionem occidi paſſus eſt. Breuis huius facti nar-
ratio, ſed non parua materia laudationis. Nam ſi quis
ante oculos ponere velit ſubitum militum accurſum,
conuulſa ianuæ clauſtra, minacem vocem, truces vul-
tus, fulgentia arma; rem vera æſtimatione profe-

quetur: Nec quam cito dicitur aliquem pro alio mori voluiſſe, tam id ex facili etiam fieri potuiſſe arbitrabitur. Panopion autem quantum ſeruo deberet, amplum ·i faciendo monimentum, ac teſtimonium pietatis grato titulo reddendo teſtatus eſt.

*An. V. 620. Macrob. Sat. 1. App. 4.*

7. Contentus eſſem huius generis exemplis: niſi vnum me dicere admiratio facti cogeret. Antius Reſtio proſcriptus à triumuiris, cum omnes domeſticos circa rapinam & prædam occupatos videret, quam maxime poterat diſſimulata fuga ſe penatibus ſuis intempeſta nocte ſubduxit. Cuius furtiuum egreſſum ſeruus ab eo vinculorum pœna coercitus, inexpiabilique literarum nota per ſummam oris contumeliam inuſtus, curioſis ſpeculatus oculis, ac veſtigia huc atque illuc errantia beneuolo ſtudio ſubſecutus, lateri voluntarius comes adrepſit. Quo quidem tam exquiſito, tamque ancipiti officio, perfectiſſimum ſpectatæ pietatis cumulum expleuerat: His enim, quorum felicior in domo ſtatus fuerat, lucro intentis, ipſe, cum nihil aliud quam vmbra &
imago ſuppliciorum ſuorum eſſet; maximum ſibi emo- 5
lumentum eius, à quo tam grauiter punitus erat, ſalutem vindicauit. Cumque abunde foret iram remittere, 6
adiecit etiam charitatem: nec hactenus beneuolentia proceſſit, ſed in eo conſeruando mira quoque arte vſus eſt. Nam vt ſenſit cupidos ſanguinis milites ſuperuenire, amoto domino rogum extruxit: eique egentem à ſe cōprehenſum & occiſum ſenem ſuperiecit. Interrogantibus deinde militibus, vbinam eſſet *Antius*; manum ro- 7
go intentans, ibi illum datis ſibi crudelitatis piaculis vri
reſpondit: Quia veriſimilia loquebatur, habita eſt voci 8
fides: quo euenit, vt Antius ſtatum quærendæ incolumitatis hac occaſione aſſequeretur.

---

## CAPVT IX.
## DE MVTATIONE MORVM, AVT FORTVNÆ.

In Romanis.

1 *T. Manlio L. F. Torquato.*
2 *P. Africano maiore.*
3 *C. Valer. Flac. Flamine.*

4 *Q. Fa-*



4 *Q. Fabio Max. Allobrogico.*
5 *Q. Lutatio Catulo.*
6 *L. Cornelio Sulla Felice.*
7 *T. Aufidio.*
8 *P. Rupilio.*
9 *P. Venditio Baſſo.*
10 *L. Cornelio Lentulo Lupo.*
11 *Cn. Cornelio Scipione Aſina.*
12 *Licinio Craſſo Diuite.*
13 *Q. Seruilio Capione.*
14 *C. Mario.*
15 *C. Iulio Cæſare.*

In externis.

1 *Polemone Athenienſi.*
2 *Themiſtocle Athenienſi.*
3 *Cimone Athenienſi.*
4 *Alcibiade Athenienſi.*
5 *Polycrate Samio.*
6 *Dionyſio Syracuſano.*
7 *Suphace Numidarum rege.*

MVLTVM *animis hominum, & fiduciæ adiicere, & ſollicitudinis detrahere poteſt morum ac fortunæ in claris viris recognita mutatio; ſiue noſtros ſtatus, ſiue proximorum ingenia contemplemur.* Nam cum aliorum fortunas ſpectando, ex conditione abiecta atque contempta emerſiſſe claritatem videamus, quid aberit quin & ipſi meliora de nobis ſemper cogitemus? memores ſtultum eſſe perpetuæ infelicitatis ſe prædamnare: ſpemque quæ et-
1 iam incerta recte fouetur, interdum certam in deſperationem conuertere.

Manlius Torquatus adeo hebetis atque obtunſi cor- 1.
dis inter initia iuventæ exiſtimatus eſt, vt à patre L. Man-
2 lio ampliſſimo viro, quia & domeſticis & reipublicæ vſi-
bus inutilis videbatur, rus relegatus agreſti opere fati- *An. V. 391.*
garetur. Is poſtmodum patrem reum iudiciali periculo *Liuius 7.*
liberauit: filium victorem, quod aduerſus imperiū ſuum *An. vrb. 415.*
cum hoſte manum conſeruerat, ſecuri percuſſit: patriam *Liuius 8.*
Latino tumultu feſſam, ſpecioſiſſimo triumpho recreauit. In hoc credo fortunæ malignæ nubilo adoleſcentiæ
3 contemptu perfuſum, quo ſenectutis eius decus lucidius eniteſceret.

Scipio autem Africanus ſuperior, quem dii immor- 2.
tales naſci voluerunt, vt eſſet in quo ſe virtus per omnes numeros hominibus efficaciter oſtenderet; ſolu- *Gell. 6. c. 8.*
tioris vitæ primos adoleſcentiæ annos egiſſe fertur. Re- *hoc lib. c. 7.*
motos quidem à luxuriæ crimine, ſed tamen Punicis *Valerius.*

*An.vrb.*552 trophæis, deuictæ Carthaginis ceruicibus impoſito iu-
go teneriores.

3. C.quoque Valerius Flaccus ſecundi Punici belli tem-
*An.V.* 544. poribus luxu perditam adoleſcentiam inchoauit. Ce-
*Liuius* 27. terum à P.Licinio Pont.Max.flamen captus quo facili-
us à vitiis recederet; ad curam ſacrorum & ceremonia- 4
rum conuerſo animo, vſus duce frugalitatis religione,
quantum prius luxuriæ fuerat exemplum, tãtum poſtea
modeſtiæ & ſanctitatis ſpecimen euaſit.

4. Nihil Q.Fabio Maximo, qui Gallica victoria cogno-
*An.V.* 633. men Allobrogici ſibimet ac poſteris peperit, adoleſcen-
*Liuius* 61. te magis infame; nil eodem ſene ornatius, aut ſpecio-
*Pad. Ver.* 2. ſius illo ſeculo noſtra ciuitas habuit.

*Velleius* Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo cla-
5. riſſimorum virorum prouentu excelſum gradum obti-
*An. V.* 635. nuiſſe? Cuius, ſi ſuperior ætas reuoluatur; multi luxus,
*Liuius* 90. multæ deliciæ reperientur. Quæ quidem ei impedimen-
*Flor.*3.*c.*23. to non fuerunt quo minus patriæ princeps exiſteret, no-
*Plin.*19.*c.*2. menque eius in Capitolino faſtigio fulgeret, ac virtute
*Cic.in Piſon.* ciuile bellum ingenti motu oriens ſepeliret.

6. L.vero Sulla vsq; ad quæſturæ ſuæ comitia vitam libi-
*An.V.*646. dine, vino, ludicræ artis amore, inquinatã pduxit. Qua-
*Liuius* 66. propter C. Marium Conſulem moleſte tuliſſe traditur,
*Plut.in vita.* quod ſibi aſperrimum in Africa bellum gerenti tam de-
licatus quæſtor ſorte obueniſſet. Eiuſdem virtus quaſi
perruptis & disiectis nequitiæ, qua obſidebatur, clau-
*An.V.* 667. ſtris, catenas Iugurthæ manibus iniecit: Mithridatem
*Plutar. Ap.* compeſcuit: ſocialis belli fluctus repreſſit: Cinnæ do-
*Mithrid.* minationem fregit, eumque qui ſe in Africa quæſtorem
*An.V.* 664. faſtidierat, illam ipſam prouinciam proſcriptum & ex-
*Plut. Liu.*75 ulem petere coegit. Quæ tam diuerſa, tamque inter ſe
*Ap. Ciuil.*1. contraria ſi quis apud animum ſuum attentiore compa-
*Ann.V.*665 ratione expendere velit, duos in vno homine Sullas fuiſ-
*Liu.*77 *Plut.* ſe crediderit: turpem adoleſcentem, & virum dicerem
*Ap.Ciu.*1. fortem, niſi ipſe felicem ſe appellari maluiſſet.

7. Atque vt nobilitatem beneficio pœnitentiæ ſe ipſam 5
admonuimus reſpicere, ita altiora modo ſuo ſperare
auſos ſubtexamus. Ti. Aufidius cum *Aſiatici* publici 6
exiguam admodum particulam habuiſſet, poſtea to-
tam *Aſiam* procõſulari imperio obtinuit. Nec indigna-
ti ſunt



ti ſunt ſocii eius parere faſcibus, quem aliena tribunalia
7 adulantem viderant. Ceſſit ſe etiam integerrime atque *An.V.* 680.
ſplendidiſſime, eoque modo demonſtrauit, priſtinum *Cic.pro Flac-*
quæſtum ſuum fortunæ: præſens vero dignitatis incre- *co & in Bru-*
mentum moribus ipſius imputari debere. *to.*

8 *At* P. Rupilius non publicanum in Sicilia egit, ſed o- 8.
pera publicanis dedit: idem vltimam inopiam ſuam au- *An.V.* 621.
ctorato ſociis officio ſuſtentauit. Ab hoc poſtmodum *Cic. Pad.*
conſule leges vniuerſi Siculi acceperunt, acerbiſſimo- *Ver.*4.
que prædonum ac fugitiuorum bello liberati ſunt. Por- *Liuius* 53.
tus ipſos, ſi quis modo mutis rebus ineſt ſenſus, tantam *Flor.*3.*c.*19.
in eodẽ homine varietatem ſtatus admiratos arbitror.
Quem enim diurnas capturas exigentem animaduer-
terant, eundem iura dantem, claſſesque & exercitus re-
gentem viderunt.

9 Huic tanto incremento maius adiiciam: Aſculo ca- 9.
pto, Cn. Pompeius Magni pater P. Ventidium ætate im- *An.V.*664.
puberem in triumpho ſuo populi oculis ſubiecit. Hic *Velleius.*
eſt Ventidius, qui poſtea Romæ ex Parthis, & per Par- *Gell.*15.*c.*4.
thos de Craſſi manibus in hoſtili ſolo miſerabiliter ia- *Dionyſ.*43.
centibus, triumphum duxit. Itaque qui captiuus carce- *Plut. Anto.*
rem exhorruerat, victor Capitolium felicitate celebra- *App. Parth.*
uit. In eodem etiam illud eximium, quod eodem anno *Dio. & alii.*
Prætor & conſul eſt factus.

10 Caſuum nunc contemplemur varietatem L. Lentulus 10.
conſularis lege Cæcilia repetundarum crimine oppreſ- *An.V.*606.
ſus, cenſor cum L. Cenſorino creatus eſt. Quem quidem
fortuna inter ornamenta & dedecora alterna vice verſa-
uit, conſulatui illius damnationem, damnationi cenſu-
ram ſubiiciendo: & neque bonis eum perpetuis frui, ne-
que malis æternis ingemiſcere patiendo. 11.

Iiſdem viribus vti voluit in Cn. Cornelio Scipione *A-* *An.V.* 493.
*ſina*: Qui conſul à Pœnis apud Liparas captus cum bel- *Liuius* 17.
li iure omnia perdidiſſet; lætiore ſubinde vultu eius ad- *Polyb.*1.
iutus, cuncta recuperauit; conſulque etiam iterum crea- *Zonaras.*
11 tus eſt. Quis crederet illum à duodecim ſecuribus ad
Carthaginienſium peruenturum catenas? quis rurſus *An.V.* 499.
exiſtimaret à Punicis vinculis ad ſumma imperii peruen- *Polyb.*1
turum faſtigia? ſed tamen ex conſule captiuus, & ex ca- *Zonaras.*
ptiuo conſul factus eſt.

12. Quid? Craſſo nonne pecuniæ magnitudo locuple-
*An.V. 694.* tis nomen dedit? ſed eidem poſtea inopia turpem deco-
*Cic.Attic.2* ctoris ſuggillationem iniunxit. Siquidem bona eius à 12
*epiſt.13.* creditoribus, quia ſolidum præſtare non poterat, venie-
runt. Ita quoque amara ſuggillatione non caruit: quia
cum egens ambularet, Diues ab occurrentibus ſaluta-
batur.

13. Craſſum caſus acerbitate Q. Cæpio præcurrit: is nan-
que præturæ ſplendore, triumphi claritate, conſulatus
*An.V. 648.* decore, maximi pontificatus ſacerdotio, vt ſenatus pa-
*Liuius 67.* tronus diceretur aſſecutus; in publicis vinculis ſpiritum
depoſuit, corpuſque eius funeſti carnificis manibus la-
ceratum, in ſcalis Gemoniis iacens, magno cum horro-
re totius fori Romani conſpectum eſt.

14. Iam C. Marius maxima fortunæ luctatio eſt: omnes
enim eius impetus qua corporis qua animi robore for-
*An.V. 629.* tiſſime ſuſtinuit. Arpini honoribus iudicatus inferior, 13
*circiter.* quæſturam Romæ petere auſus eſt: patientia deinde re-
*Cic. pro* pulſarum, irrupit magis in Curiam, quam venit. In tri-
*Planc.* bunatus quoque & ædilitatis petitione cõſimilem cam-
pi notam expertus: Præturæ candidatus ſupremo loco
*An.V. 637.* inhæſit, quam tamen non ſine periculo obtinuit: ambi-
*circiter.* tus enim accuſatus, vix atque ægre abſolutionem à iudi- 14
cibus impetrauit. Ex illo Mario tam humili Arpini, tam 15
ignobili Romæ, tamque faſtiendo candidato, ille Ma-
*An.vrb.649* rius euaſit, qui Africam ſubegit, Iugurtham regem ante
*Sall Iugurt.* currum egit, qui Teutonorum Cimbrorumque exerci-
*Velleius,* tus deleuit. Cuius bina trophęa in vrbe ſpectantur, cuius
*Flor. & alii.* ſeptem in faſtis conſulatus leguntur. Cui poſt exilium
*An.V.667.* conſulem creari, proſcriptoque facere proſcriptionem
*Liuius 80.* contigit. Quid huius conditione inconſtantius aut mu-
*App.Plut.* tabilius? quem ſi inter miſeros poſueris, miſerrimus: in-
*& alii.* ter felices, feliciſſimus reperietur.

15. C. autem Cæſar, cuius virtutes aditum ſibi in cœ-
*An.V.667.* lum ſtruxerunt, inter primæ iuventæ initia priuatus A-
*Suet. Plut.* ſiam petens, à maritimis prædonibus circa inſulam
Pharmacuſam exceptus, quinquaginta ſe talentis rede-
mit. Parua igitur ſumma clariſſimum mundi ſidus in
piratico myoparone rependi fortuna voluit. Quid eſt
ergo quod amplius de ea queramur, ſi ne conſortibus
quidem



16 quidem diuinitatis ſuæ parcit? Sed cœleſte numen ſe ab
iniuria vindicauit, continuo enim captos prædones cru-
cibus affixit.

## EXTERNA.

Attento ſtudio noſtra commemorauimus, remiſ- 1.
17 ſiore nunc animo aliena narrentur. Perditæ luxuriæ A- *Diog.Laert.*
thenis adoleſcens Polemo, neq; illecebris tantummo- *in vita. Ho-*
do, ſed etiam ipſa infamia gaudens; cum è cõuiuio non *rat. Sat. 3.*
poſt occaſum ſolis, ſed poſt ortum ſurrexiſſet, domumq; *lib.2. Suidas*
repetens Xenocratis philoſophi patentem ianuam vidiſ-
ſet; vino grauis, vnguentis delibutus, ſertis capite redi-
mito, pellucida veſte amictus, refertam turba doctorum
hominum ſcholam eius intrauit: Nec contentus tam
deformi introitu, conſedit etiam, vt clariſſimum elo-
quium & prudentiſſima præcepta temulentiæ laſciuiis
eluderet. Orta deinde, vt par erat, omnium indignatio-
ne; Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, o-
18 miſſiſque de quibus diſſerebat, de modeſtia ac tempe-
rantia loqui cœpit. Cuius grauitate ſermonis reſipiſcere
coactus Polemo, primum coronam capite detractam
proiecit, paulo poſt brachium intra pallium reduxit,
procedente tempore oris conuiualis hilaritatem depo-
ſuit; Ad vltimum totam luxuriam exuit, vniusque ora-
tionis ſaluberrima medicina ſanatus, ex infami ganeone
maximus Philoſophus euaſit. Peregrinatus eſt huius a-
nimus in nequitia, non habitauit.

19 Piget Themiſtoclis adoleſcentiam attingere, ſiue 2.
patrem aſpiciam, abdicationis inurentem notam, ſiue *Probus &*
matrē ſuſpendio finire vitam propter filii turpitudinem *Plu. in vita.*
coactam; cum omnium poſtea Graii ſanguinis virorum *Ælian. Var.*
20 clariſſimus extiterit, mediumque *Aſiæ* & Europæ vel *hiſt.2.*
ſpei, vel deſperationis pignus fuerit: Hæc enim ſalutis
eum ſuæ patronum habuit, illa vadem victoriæ aſſum-
pſit.

Cimonis vero incunabula opinione ſtultitiæ fuerunt 3.
referta: eiuſdem imperia ſalutaria *Athenienſes* ſenſe- *Prob. in vita*
runt: Itaque coegit eos ſtuporis ſemetipſos damnare, qui
eum ſtolidum crediderant.

Iam *Alcibiadem* quaſi duæ fortunæ partitæ ſunt: 4.
*Altera* quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes diui- *Probus &*
*Plut. in vita.*

*Iuſtin.* 4. tias formam prçſtantiſſimam, fauorem ciuium propen-
*&* 5. ſum, ſumma imperia, præcipuas potentiæ vires, flagran-
tiſſimum ingenium aſſignaret: altera quæ damnatio-
nem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium
patriæ, violentam mortem infligeret: Nec aut hæc, aut 21
illa ſimul vniuerſa; ſed varie perplexa, freto atque æſtui
ſimilia.

5. *Herod.* 3. *Strab.* 14. *Cic. de fin.* 3. *Plin.* 37. *c.* 1.

*A*d inuidiam vſque Polycratis Samiorum tyranni ab-
undantiſſimis bonis conſpicuus vitæ fulgor exceſſit:
nec ſine cauſſa. Omnes enim conatus eius placido exci-
piebantur itinere: ſpes certum cupitę rei fructum appre-
hendebant: vota nuncupabantur ſimul & ſoluebantur:
velle ac poſſe in æquo poſitum erat: Semel duntaxat vul-
tum mutauit, perquã breui triſtitiæ ſalebra ſuccuſſum;
tunc cum admodum gratum ſibi annulum de induſtria
in profundum, ne omnis incommodi expers eſſet, abie-
cit: Quem tamen continuo recuperauit capto piſce, qui
eum deuorauerat Sed hunc felicitatis ſemper plenis ve- 22
lis proſperum curſum tenere non potuit. Comprehen-
ſum enim Orontes Darii regis præfectus, in excelſiſſimo
Micalenſis montis vertice cruci affixit. E qua putres e-
ius artus & rabido cruore manantia membra, atque il-
lam læuam, cui Neptunus annulum piſcatoris manu re-
ſtituerat, ſitu marcidam Samos amara ſeruitute aliquã-
diu preſſa, liberis ac lætis oculis aſpexit.

6. *Iuſtin.* 21. *Cic. Tuſc.* 3.

Dionyſius autem cum hæreditatis nomine à patre Sy-
racuſanorum, ac pene totius Siciliæ tyrannidẽ accepiſ-
ſet, maximarũ opum dominus, exercituum dux, rector
claſſium, equitatuum potens; propter inopiam, literas 23
puerulos Corinthi docuit. Eodemque tempore, tanta
mutatione maiores natu, ne quis nimis fortunæ crede-
ret, magiſter ludi factus ex tyranno monuit.

7. *An. V.* 574. *Liuius* 28. *Polyb.* 11. *Appian. in Punica.* *An. V.* 550. *Liuius* 30.

Sequitur hunc Suphax rex, conſimilem fortunæ
iniquitatem expertus, quem amicum hinc Roma per
Scipionem, illinc Carthago per Asdrubalem vltro pe-
titum ad penates deos eius venerat. Cæterum eo cla-
ritatis euectus, vt validiſſimorum populorum tantum
non arbiter victoriæ exiſteret: parui temporis interiecta
mora, catenatus à Lælio legato ad Scipionem imperato- 24
rem



rem pertractus eſt. Cuiusque dexteram regio inſidens *Polyb.* 14.
25 ſolio arroganti manu attigerat, ad eius genua ſupplex *Appian.*
procubuit. *Caduca nimium hæc & fragilia, puerilibusque* *Epilogus to-*
*conſentanea crepundiis ſunt, quæ vires atque opes humanæ* *tius capitis.*
*vocantur. Affluunt ſubito, repente dilabuntur; nullo in loco,*
*nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt; ſed in-*
*certiſſimo flatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos in ſublime*
*extulerunt; improuiſo decurſu deſtitutos, profundo cladium*
*miſerabiliter immergunt. Itaque neque exiſtimari, neque dici*
26 *debent bona, quæ vt inflictorum malorum amaritudine de-*
*ſiderium ſui duplicent: propenſiore fauore primo delinitos, ma-*
*iore poſtea malorum cumulo opprimere ſolent.*

# VALERII MAXIMI
## LIBER SEPTIMVS.
### CAPVT I.
### DE FELICITATE.

1 *Q. Metelli Macedonici.* 2 *Gygis Lydorum regis.*

1 VOLVBILIS fortunæ complura exem-
pla retulimus: conſtanter propitiæ ad-
modum pauca narrari poſſunt. Quo
patet, *eã aduerſas res cupido animo infli-*
*gere, ſecundas parco tribuere*: Eadem vbi
malignitatis obliuiſci ſibi imperauit,
non ſolum plurima ac maxima, ſed et-
iam perpetua bona congerit.

Videamus ergo quot gradibus beneficiorum Qu. 1.
Metellum à primo originis die, ad vltimum vſque fa- *Plin.* 7. *c.* 44
ti tempus nunquam ceſſante indulgentia, ad ſum- *Cic. de fin.* 5.
2 mum beatæ vitæ culmen perduxerit. Naſci eum in vrbe *Velleius* 1.
terrarum principe voluit: parentes nobiliſſimos dedit:
adiecit animi rariſſimas dotes, & corporis vires, vt ſuf- *An. V.* 610.
ficere laboribus poſſent: vxorem pudicitia & fæcundi- *An. V.* 607.
tate conſpicuam conciliauit. Conſulatus decus, impe- *Eutrop.*
ratoriam poteſtatem, ſpecioſiſſimi triumphi prætextam *L. Flor.* 2. *c.*
3 largita eſt: Fecit, vt eodem tempore tres filios conſula- 14.

res, vnum etiam cenſorium, ac triumphalem, & quartum prætorium videret. Vtque tres filias nuptum daret, 4 earumque ſobolem ſinu ſuo exciperet. Tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tam multæ nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis ſumma abundantia; cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla cauſſa triſtitiæ. Cælum contemplare: vix tamen ibi talem ſtatum reperies: quoniam quidem luctus & dolores deorum quoque pectoribus a maximis
*An. V. 638.* vatibus aſſignari videmus. Hunc autem vitæ actum e-
*Velleius 2.* ius conſentaneus finis excepit. Nam Q. Metellum vlti-
*Plin. 7. c. 44* mæ ſenectutis ſpacio defunctum, lenique genere mortis inter oſcula complexusque chariſſimorum pignorum extinctum; filii & generi humeris ſuis per Vrbem latum rogo impoſuerunt.

2. CLARA hæc felicitas: obſcurior illa, ſed diuino ſplēdore præpoſita: Cum enim Gyges regno Lydiæ armis
*Plin. 7. c. 46* & diuitiis abundantiſſimo inflatus Apollinem Pythium
*Solin. 7.* ſciſcitatum veniſſet, an aliquis mortalium ſe eſſet felicior: Deus ex abdito ſacrarii ſpecu, voce miſſa, Aglaum Sophidium ei prætulit. Is erat Arcadum pauperrimus, 5 ſed ætate iam ſenior: terminos agelli ſui nunquam exceſſerat, paruuli ruris fructibus contentus. Verum profecto beatæ vitæ finem Apollo, non adumbratum, oraculi ſagacitate complexus eſt. Quocirca inſolenter fulgore fortunæ ſuæ glorianti reſpondit, magis ſe probare ſecuritate ridens tugurium, quam triſtem curis & ſolicitudinibus aulam: paucasque glebas pauoris expertes, quam pinguiſſima Lydiæ arua metu referta: & vnum aut alterum iugum boum facilis tutelæ, quam exercitus & arma, & equitatum voracibus impenſis oneroſum: & vſus neceſſarii horreolum nulli nimis appetendum, quam theſauros omnium inſidiis & cupiditatibus expoſitos. *Ita* Gyges dum adſtipulatorem vanæ opinionis deum habere concupiſcit, vbinam ſolida & ſecura eſſet felicitas, didicit.

## CAPVT II.
## DE SAPIENTER DICTIS AVT FACTIS.

A Ro-



A Romanis.
1 *Ap. Claudio.*
2 *P. Scipione Africano.*
3 *Q. Cæcilio L. F. Metello.*
4 *L. Fimbria.*
5 *L. Papirio L. F. Curſore, Cos.*
6 *Senatu Romano.*
Ab externis.
1 *Socrate Athenienſi.*
2 *Solone Athenienſi.*
3 *Biante Prienenſi.*
4 *Platone Athenienſi.*
5 *Antigono rege.*
6 *Xenocrate philoſopho.*
7 *Ariſtophane comico.*
8 *Thalete philoſopho.*
9 *Anaxagora Clazomenio.*
10 *Demade Athenienſi.*
11 *Anacharſe Scytha.*
12 *Ageſilao Lacedæmonio.*
13 *Annone Pœno.*
14 *Herennio Pontio Samnite.*
15 *Cretenſibus.*

NVnc id genus felicitatis explicabo, quod totum in habitu animi eſt: nec votis petitur; ſed in pectoribus ſapientia præditis natum, dictis factiſque prudentibus eniteſcit.

Ap. Claudium crebro ſolitum dicere accepimus, 1.
*Negotium populo Rom. melius, quam otium committi:* non quod ignoraret quam iucundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quod animaduerteret *præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolui.* Et ſane negotiū nomine horridum, ciuitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit: blandæ appellationis quies plurimis vitiis reſperſit.

Scipio vero Africanus turpe eſſe aiebat in re milita- 2.
ri dicere, *Non putaram*: videlicet quia explorato & excuſſo *Seneca de ira*
conſilio, quæ ferro aguntur, adminiſtrari oportere arbi- *2. c. 31. Fabio*
trabatur: ſumma ratione. *Inemendabilis enim eſt error, qui tribuit.*
*violentia Martis committitur.* Idem negabat *aliter cum hoſte confligi debere, quam aut ſi occaſio obueniſſet, aut neceſſitas incidiſſet:* æq; prudenter. Nam & *proſpere gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia eſt:* & in anguſtias vtique pugnandi compulſum abſtinere ſe prœlio, peſtiferum ignauiæ adfert exitum: Eorumque qui iſta
1 committunt, alter beneficio fortunæ vti, alter iniuriæ neſcit reſiſtere.

Q. quoque Metelli cum grauis, tum etiam alta 3.
in ſenatu ſententia: qui deuicta Carthagine, neſcire ſe, *An. vrb. 551.*

illa victoria bonine plus an mali Reipubl. attuliſſet, aſſeuerauit. Quoniam vt pacem reſtituendo profuiſſet; ita Annibalem ſubmouendo, nonnihil nocuiſſet. Eius enim tranſitu in Italiam, dormientem iam populi Romani virtutem excitatam: metuique debere, ne acri æmulo liberata in eundem ſomnum reuolueretur. In æquo igitur malorum poſuit, vri tecta, vaſtari agros, exhauriri ærarium, & priſci roboris neruos hebetari.

4. Cic. offic. 3. * al. ni Quid illud factum L. Fimbriæ conſularis, quam ſapiens! à M. Lutatio Pythia ſplendido equite Rom. iudex aditus de ſponſione, quam is cum aduerſario, * quod vir bonus eſſet, fecerat; nunquam id iudicium pronuntiatione ſua finire voluit. Ne aut probatum virum, ſi contra eum iudicaſſet, fama ſpoliaret: aut iuraret virum bonum eſſe, cum ea res innumerabilibus laudibus contineatur.

5. An. vr. 460. Liuius 10 Front. Oroſ. 3. cap. 22. Forenſibus hæc, illa militaribus ſtipendiis prudentia exhibita eſt. Papirius Curſor conſul cum Aquiloniam oppugnans prœlium vellet committere, pullariuſque non proſperantibus auibus ementitus optimum ei auſpicium renunciaſſet; de fallacia illius factus certior, ſibi quidem & exercitui bonum omen datum credidit, ac pugnam iniit. Cæterum mendacem ante ipſam aciem conſtituit: vt haberent dii, cuius capite, ſi quid iræ conceperant, expiarent. Directum eſt autem ſiue caſu, ſiue etiam cæleſtis numinis prouidentia, quod primum è contraria parte miſſum erat telum, in ipſum pullarii pectus, eumque exanimem proſtrauit. Id vbi conſul cognouit, fidente animo & hoſteis inuaſit, & Aquiloniam cepit. Tam cito animaduertit, quo pacto iniuria imperatoris vindicari deberet, quemadmodum violata religio expianda foret, & qua ratione victoria apprehendi poſſet. Egit virum ſeuerum, conſulem religioſum, imperatorem ſtrenuum: timoris modum, pœnæ genus, ſpei viam, vno mentis impetu rapiendo.

6. An. vr. 546 Liuius 27. Nunc ad ſenatus acta tranſgrediar. Cum aduerſus Annibalem ſenatus Claudium Neronem & Liuium Salinatorem conſules mitteret; eoſque vt virtutibus pares, ita inimicitiis acerrime inter ſe diſſidentes videret, ſummo ſtudio in gratiam reduxit, ne propter priuatas diſſenſiones



ſiones rempub. parum vtiliter adminiſtrarent. Quia conſimili imperio, niſi concordia ineſt, maior aliena opera interpellandi, quam ſua edendi cupiditas naſcitur: vbi vero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri, quam è contrariis caſtris vtrique certior hoſtis proficiſcitur. Eoſdem ſenatus cum ob nimis aſpere actam cenſuram à Cn. Bæbio tr. b. pl. pro Roſtris agerentur rei, cauſſæ dictione decreto ſuo liberauit. Vacuum omnis iudicii metu eum honorem reddendo, qui exigere debet rationem, nō reddere. Par illa ſapientia ſenatus, qua Ti. Gracchum trib. pl. Agrariam legem promulgare auſum, morte multauit. Idem vt ſecundum legem eius per triumuiros ager populo viritim diuideretur, egregie cenſuit. Siquidem grauiſſimæ ſeditionis eodem tempore & auctorem & cauſſam ſuſtulit. An. vr. 549. Liuius 29. An. vr. 620. Plutarchus in Gracch. App. Ciuil. 1. Liuius 8.

Quam deinde ſe prudenter in rege Maſſaniſa geſſit? Nam cum promptiſſima & fideliſſima eius opera aduerſus Cathaginienſes vſus eſſet, eumque in dilatando regno auidiorem cerneret; legem ferri iuſſit, qua Maſſaniſæ ab imperio populi Rom. ſolutam libertatem tribueret. Quo facto cum optime meriti beneuolentiam retinuit, tum Mauritaniæ & Numidiæ, cæterarumque illius tractus gentium nunquam fida pace quieſcentem feritatem, à valuis ſuis repulit. An. vr. 602. circiter.

### *Externa.*

Tempus deficiet domeſtica narrantem: quoniam imperium noſtrum non tam robore corporum, quam animorum vigore incrementum ac tutelam ſui comprehendit. Maiore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacita reponatur, alienigeniſque huius generis exemplis detur aditus. Socrates humanæ ſapientiæ quaſi quoddam terreſtre oraculum, nihil vltra petendum à diis immortalibus arbitrabatur, quam vt bona tribuerent. Quia ii demum ſcirent quid vnicuique eſſet vtile: nos autem plerunque id votis expetere quod non impetraſſe melius foret. Etenim *denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens*, in quam late patentes errores cæcas precationes tuas ſpargis! Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt; honores concupiſcis, qui 1. Vide Platonem in Alcibiade 2.

complures peſſundederunt: regna tecum ipſa voluis, quo-
rum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur:ſplendidis
coniugiis iniicis manus, at hæc vt aliquando illuſtrant,ita
nonnunquam funditus domos euertunt. Deſine igitur
ſtulta futuris malorum tuorum cauſſis, quaſi feliciſſimis
rebus inhiare, teque totam cæleſtium arbitrio permitte:
Quia qui tribuere bona ex facili ſolent, etiam eligere a-
ptiſſima poſſunt.

Idem expedita & compendiaria via eos ad gloriam
peruenire dicebat,qui id agerent, *vt quales videri vellent,*
*tales etiam eſſent.* Qua quidem prædicatione aperte mo-
nebat, vt homines ipſam potius virtutem quam vmbram
eius conſectarentur. Idem ab adoleſcentulo quodam cõ-
*Laert.in vita.* ſultus, vxorem duceret, an ſe omni matrimonio abſtine- 7
ret; reſpondit vtrum eorum feciſſet,acturum pænitentiã.
Hic te, inquit, ſolitudo,hic orbitas, hic generis interitus,
hic hæres alienus excipiet:illic perpetua ſolicitudo, con-
textus querelarum,dotis exprobratio, affiniũ graue ſuper-
cilium, garrula ſocrus lingua, ſubſeſſor alieni matrimo-
nii,incertus liberorum euentus. Non paſſus eſt iuuenem
in contextu rerum aſperarum, quaſi lætæ materiæ facere
delectum.

*Laert.in vita.* Idem cum Athenienſium ſcelerata dementia triſtem
de capite eius ſententiam tuliſſet, fortique animo & con-
ſtanti vultu potionem veneni è manu carnificis accepiſ-
ſet; admoto iam labris poculo, vxori Xanthippæ inter
fletum & lamentationem vociferanti innocentem eum
perimi, Quid ergo, inquit, nocenti mihi mori ſatius eſſe
duxiſti? O immenſam illam ſapientiam; quæ ne in ipſo
quidem vitæ exceſſu obliuiſci ſui potuit!

Age quam prudenter Solon, neminem, dum ad-
7. *Plut.in vita.* huc viueret, beatum dici debere arbitrabatur: quod ad
vltimum vſque fati diem ancipiti fortunæ ſubiecti eſſe-
mus. Felicitatis igitur humanæ appellationem rogus 8
conſummat, qui ſe incurſui malorum obiicit. Idem
cum ex amicis quendam grauiter mærentem videret, in
arcem perduxit, hortatuſque eſt vt per omnes ſubiecto-
rum ædificiorum partes oculos circumferret: Quod vt
factum animaduertit, Cogita nunc tecum, inquit,quam
multi luctus ſub his tectis & olim fuerint, hodieque ver-
ſentur,



ſentur,inſequentibuſque ſeculis ſint habitaturi: ac mitte
mortalium incommoda tanquam propria deflere. Qua
cõſolatione demõſtrauit *vrbes eſſe humanarum cladium*
*conſepta miſeranda.* Idem aiebat,ſi in vnum locum cuncti
mala ſua contuliſſent,futurum, vt propria deportare do-
mum,quam ex communi miſeriarum aceruo portionem
ſuam ferre mallent. Quo colligebat non oportere nos
quæ fortuito patimur,præcipuæ & intolerabilis amaritu-
dinis iudicare.

Bias autem,cum patriam eius Prienem hoſtes inua- 3.
ſiſſent; omnibus,quos modo ſæuitia belli incolumes ab- *Cic.Parad.*
ire paſſa fuerat, precioſarum rerum pondere onuſtis fu- *Senec. de*
gientibus,interrogatus, quid ita nihil ex bonis ſuis ſecum *tranquil.* 2.
ferret: Ego vero (inquit) bona mea mecum porto. Pe- *cap.*5.
ctore enim illa geſtabat, non humeris:non oculis viſen-
da,ſed æſtimanda animo. Quæ domicilio mentis in-
cluſa, nec mortalium, nec deorum manibus labefactari
queunt:& vt manentibus præſto ſunt, ita fugientes non
deſerunt.

Iam Platonisverbis adſtricta,ſed ſenſu præualens ſen- 4.
tentia. Qui tum demum beatum terrarum orbem futu- *Plat.Epiſt.*7
rum prædicauit;cum aut ſapientes regnare, aut reges ſa- *Cic.epiſt.*1.
pere cœpiſſent. *ad Q.fra-*

Rex etiam ille ſubtilis iudicii, quem ferunt traditum *trem.*
ſibi diadema,priuſquam capiti imponeret, retentum diu 5.
conſideraſſe,ac dixiſſe: O nobilem magis quam felicem *Stob.ſerm.*
pannum! quem ſi quis penitus cognoſcat, quam multis ſo- 47.
licitudinibus,& periculis & miſeriis ſit refertus; ne humi
quidem iacentem tollere vellet.

Quid, Xenocratis reſponſum, quam laudabile! cum 6.
maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſ- *Stob.ſer.*31.
ſet;vno ex his quærente cur ſolus ita linguam ſuam cohi- *Plut.de bon.*
beret: Quia dixiſſe me,inquit, aliquando pænituit, tacuiſ- *valetudine,*
ſe nunquam. *Simonidi*

Ariſtophanis quoque altioris eſt prudentiæ præce- *attribuunt.*
9 ptum,qui in comœdia introduxit remiſſum ab inferis A- 7.
thenienſem Periclem, vaticinantem non oportere in vr- *Ariſtoph. in*
be nutriri leonem.ſin autem ſit alitus, obſequi ei conue- *Ranis.*
nire. Monet enim vt præcipuæ nobilitatis & concitati
ingenii iuuenes refrenentur. Nimio vero fauore ac

profuſa indulgentia paſti, quo minus potentiam obtineant, ne impediantur: quod ſtultum ſit, & inutile eas obtrectare vires, quas ipſe foueris.

8. Mirifice etiam Thales: nam interrogatus an facta
*Laert. in vita.* hominum deos fallerent: Nec cogitata, inquit. Vt non
ſolum manus, ſed etiam mentes puras habere vellemus;
*καρδιογνώστης ὁ θεός.* cum ſecretis cogitationibus noſtris cæleſte numen adeſſe
crediddiſſemus.

*Cic. offic. 2.* Ac ne quod ſequitur quidem minus ſapiens. Vnicæ fi-
*Plut. in vita.* liæ pater Themiſtoclem conſulebat vtrum eam paupe-
*& Apophth.* ri, ſed ornato: an locupleti ſed parũ probato collocaret. cui
is, Malo, inquit, virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem. Quo dicto ſtultum monuit; vt generum potius, quam diuitias generi legeret.

*Cic. Offic. 2.* Age, Philippi quam probabilis epiſtola, in qua Alexandrum quorundam Macedonum beneuolentiam largitione ad ſe attrahere conatum ſic increpuit: Quæ te fili ratio in hanc tam vanam ſpem induxit, vt eos tibi fideles futuros exiſtimares, quos pecunia ad amorem tui compuliſſes? à charitate iſtud præſtatur. At vero ante Philippus maiore ex parte mercator Græciæ quam victor.

*Plutarch.* Ariſtoteles autem Calliſthenem auditorem ſuum ad
*Alex. Laert.* Alexandrum dimittens monuit, vt cum eo aut rariſſime,
*Ariſt. Curt.* aut quam iucundiſſime loqueretur: quo ſcilicet apud regi-
*1.* as aures vel ſilentio tutior, vel ſermone eſſet acceptior. At
*Iuſtin. 15.* ille dum Alexandrum Perſica Macedonum ſalutatione
gaudentem obiurgat, & ad maiorum mores inuitum re- 10
uocare perſeuerat; ſpiritu carere iuſſus, ſeram neglecti ſalubris conſilii pœnitentiam egit.

Idem Ariſtoteles de ſemetipſo in neutram partem loqui debere prædicabat: quoniam laudare ſe, vani: vituperare, ſtulti eſſet. Eiuſdem eſt vtiliſſimum præceptum, Vt voluptates abeuntes cõſideremus: quas quidem ſic oſtendendo minuit: Feſſas enim, pœnitentiæq; plenas animis noſtris ſubiecit, quo minus cupide repetantur.

9. Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam, quiſnam eſſet beatus: Nemo, inquit, ex his quos tu felices exiſtimas: ſed eum in illo numero reperies, qui à te ex miſeris conſtare creditur. Non erit ille diuitiis & honori-



-bus abundans: ſed aut exigui ruris, aut non ambitioſæ doctrinę fidelis ac pertinax cultor, in receſſu quam in fronte beatior.

Demadis quoque dictum ſapiens: nolentibus enim 10.
Athenienſibus diuinos honores Alexandro decernere, *Vide Suid.*
Videte (inquit) ne dum cęlum cuſtoditis, terram amittatis.

Quam porro ſubtiliter Anacharſis leges aranea- 11.
rum telis comparabat: Nam vt illas infirmiora animalia *Plut Solone.*
11 retinere, valentiora tranſmittere, ita his humiles & pau- *Stob. ſer. 43*
peres conſtringi, diuites & præpotentes non alligari videmus.

Nihil etiam Ageſilai facto ſapientius: Siquidem cum 12.
aduerſus rempublicam Lacedæmoniorum conſpiratio- *Plut. Apoph*
nem ortam noctu comperiſſet, leges Lycurgi continuo *aliter.*
abrogauit, quæ de indemnatis ſupplicium ſumi vetabant: Comprehenſis autem & interfectis ſontibus, eaſdem e veſtigio reſtituit. Atque vtrumque ſimul prouidit, ne ſalutaris animaduerſio vel iniuſta eſſet, vel iure impediretur. Itaque vt ſemper eſſe poſſent, aliquando non fuerunt.

12 Sed neſcio an Annonis excellentioris prudentiæ con- 13.
ſilium. Magone enim Cannenſis pugnæ exitum ſenatui *An. vr. 537*
Pœnorum nuntiante, inque tanti ſucceſſus fidem annu- *Liuius 23.*
los aureos trium modiorum menſuram explentes effun- *Zonaras.*
dente, qui interfectis noſtris ciuibus detracti erant; quæſiuit an aliquis ſociorum poſt tantam cladem a Romanis defeciſſet: Atque vt audiuit neminem ad Annibalem tranſiſſe, ſuaſit protinus vt legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur: cuius ſi ſententia valuiſſet, neque ſecundo Punico bello victa Carthago, neque tertio deleta foret.

Ne Samnites quidem paruas pœnas conſimilis er- 14.
roris pependerunt, quod Herennii Pontii ſalutare conſi- *An. vr. 432.*
lium neglexerunt: Qui auctoritate & prudentia cete- *Liuius 9.*
ros præſtans, ab exercitu & eius duce filio ſuo conſul- *Flor. 1. c. 16.*
tus, quidnam fieri de legionibus Romanis apud Furcas Caudinas incluſis deberet, inuiolatas dimittendas reſpondit. Poſtero die eadem de re interrogatus, deleri eas oportere dixit: vt aut maximo beneficio gratia hoſtium

emeretur,aut grauiſſima iactura vires confringerentur:
Sed improuida temeritas victorum, dum vtranque par-
tem ſpernit vtilitatis, ſub iugum miſſas in perniciem ſuã
accendit.

15. Multis & magnis ſapientię exemplis paruulum adii-
† *al.* Cretes ciam.† Cretenſes cum acerbiſſima execratione aduerſus
eos,quos vehementer oderunt,vti volunt;vt mala conſue-
tudine delectentur, optant; modeſtoque voti genere effi-
caciſſimum vltionis euentum reperiunt. Inutiliter enim
aliquid concupiſcere,& in eo perſeueranter morari,exitio
vicina dulcedo eſt.

---

## *CAPVT III.*

## DE VAFRE DICTIS AVT factis.

| | A Romanis. | | Ab externis. |
|---|---|---|---|
| 1 | *Antiſtite templi Dianæ.* | 1 | *Alexandro Magno & quodam aſinario.* |
| 2 | *L.Iunio Bruto.* | 2 | *Darii regis equiſone.* |
| 3 | *P. Scipione Africano maiore.* | 3 | *Biante Prienenſi.* |
| 4 | *Q. Fabio Labeone.* | 4 | *Anaximene.* |
| 5 | *M. Antonio oratore.* | 5 | *Demoſthene oratore.* |
| 6 | *Q.Sertorio.* | 6 | *Quodam Athenienſi.* |
| 7 | *Q. Fabio Max. Verrucoſſo.* | 7 | *Annibale Giſgonis F. Pœno.* |
| 8 | *M. Voluſio Saturnino æd.pl.* | 8 | *Annibale Amilcaris F. Pœno.* |
| 9 | *Sentio Saturnino.* | 9 | *Tuſculanis.* |
| 10 | *Patre quodam.* | 10 | *Tullo Attio Volſcorum duce.* |

EST aliud factorum dictorumque genus à ſapientia
proximo deflexu ad Vafri nomen progreſſum: quod 1
† *al.* finem niſi fallacia vires aſſumpſerit, † fidem propoſiti non in-
uenit: laudemque occulto magis tramite, quam aperta
1. via petit.
*An. vr. 200. circiter.* Ser. Tullio regnante, cuidam patrifamiliæ in agro
Sabino præcipuæ magnitudinis & eximiæ formæ vacca
nata



nata eſt. Quam oraculorum certiſſimi auctores in hoc à *Liuius 1.*
diis immortalibus editam reſponderunt, vt quiſquis eam *Plut. Probl.*
2 Auentinienſi Dianæ immolaſſet; eius patria totius terra-
rum orbis imperium obtineret. Lætus eo dominus, bo-
3 uem cum ſumma feſtinatione Romam actam, in Auen-
tino ante aram Dianæ conſtituit,ſacrificio Sabinis regi-
men humani generis daturus. De qua re antiſtes templi
4 certior factus,religionem hoſpiti intulit, ne prius victi-
mam cæderet,quam proximi amnis aqua ſe abluiſſet. Eo-
que alueum Tiberis petente,vaccam ipſe immolauit, &
vrbem noſtram tot ciuitatum,tot gentium dominam,pio
ſacrificii furto reddidit.

Quo in genere acuminis in primis Iunius Brutus re- 2.
ferendus eſt: Nam cum à rege Tarquinio auunculo ſuo
omnem nobilitatis indolem excerpi, interque ceteros
etiam fratrem ſuum,quod vegetioris ingenii erat, inter-
fectum animaduerteret;obtunſi ſe cordis eſſe ſimulauit,
eaque fallacia maximas virtutes ſuas texit. Profectus et- *An.vr.240*
iam Delphos cum Tarquinii filiis, quos is ad Apollinem *circiter.*
Pythium muneribus ſacrificiiſque honorandum miſe- *Liuius 1.*
rat,aurum deo nomine doni clam cauato baculo inclu- *Dionyſ. 4.*
ſum tulit quia timebat ne ſibi cæleſte numen aperta li-
beralitate venerari tutum non eſſet. Peractis deinde man-
datis patris, Apollinem iuuenes conſuluerunt; quinam
ex ipſis Romę regnaturus videretur. At is penes eum
ſummam vrbis noſtræ poteſtatem futuram reſpondit;
qui ante omnes matri oſculum dediſſet. Tunc Brutus,
perinde atque caſu prolapſus,de induſtria ſe abiecit, ter-
ramque communem omnium matrem exiſtimans, o-
ſculatus eſt. Quod tam vafre telluri impreſſum oſcu- *An.vr.244*
lum, Vrbi libertatem, Bruto primum in faſtis locum *Liuius Dionyſ. & alii.*
tribuit.

Scipio quoque ſuperior præſidium calliditatis am- 3.
plexus eſt. Ex Sicilia enim petens Africam,cum ex for- *An. vr. 548*
tiſſimis peditibus Romanis trecentorum equitum nu- *Liuius 29.*
merum complere vellet,neque tam ſubito poſſet eos in-
ſtruere: quod temporis anguſtiæ negabant, ſagacitate
5 conſilii aſſecutus eſt. Namque ex iis iuuenibus, quos ſe-
cũ ex tota Sicilia nobiliſſimos & ditiſſimos, ſed inermes
habebat,trecentos ſpecioſa arma & electos equos quam

celerrime expedire iuſſit; velut eos continuo ſecum ad op- 6
pugnandam Carthaginem auecturus: Qui cum imperio
vt celeriter, ita longinqui & periculoſi belli reſpectu ſo-
licitis animis paruiſſent; remittere ſe Scipio illam expe-
ditionem, ſi arma & equos militibus ſuis traderent, edi-
xit: Rapuit conditionem imbellis ac timida iuuentus,
inſtrumentoque ſuo cupide noſtris ceſſit. Ergo calliditas
ducis prouidit, vt ſi quod protinus imperaretur, graue
prius, deinde remiſſo militiæ metu maximum benefici-
um fieret.

4. Quod ſequitur narrandum quoque eſt. Q. Fabius La-
*An. vr. 569* beo arbiter à ſenatu finium conſtituendorum inter No-
*circiter.* lanos & Neapolitanos datus, cum in rem præſentem ve-
*Cic. offic. 1.* niſſet, vtroſque ſeparatim monuit; vt omiſſa cupiditate, 7
regredi modo controuerſo, quam progredi mallent: Id-
que cum vtraque pars auctoritate viri mota feciſſet, ali-
quantum in medio vacui agri relictum eſt. Conſtitutis
deinde finibus vt ipſi terminauerant; quicquid reliqui ſoli
fuit, populo Romano adiudicauit: Ceterum etſi circum-
uenti Nolani ac Neapolitani queri nihil potuerunt, ſe-
cundum ipſorum demonſtrationem dicta ſententia; im-
probo tamen præſtigiorum genere nouum ciuitati no-
*An. vr. 564.* ſtræ vectigal acceſſit. Eundem ferunt cum à rege Antio-
*Liu. 38. ali-* cho, quem bello ſuperauerat, ex fœdere icto dimidiam
*ter.* partem nauium accipere deberet, medias omnes ſecuiſſe,
vt eum tota claſſe priuaret.

5. Iam M. Antonio remittendum conuitium eſt; qui id-
*Cic. pro Clu-* circo ſe aiebat nullam orationem ſcripſiſſe, vt ſi quid ſu-
*ent.* periore iudicio actum, ei quem poſtea defenſurus eſſet,
nociturum foret, non dictum à ſe affirmare poſſet: Qui 8
facti vix pudentis, tolerabilem cauſſam habuit: pro peri-
clitantium enim capite, non ſolum eloquentia ſua vti, ſed
etiam verecundia abuti erat paratus.

6. Sertorius vero corporis robore, atque animi con-
*An. vr. 675.* ſilio parem naturæ indulgentiam expertus, proſcri-
*Front. Strat.* ptione Sullana dux Luſitanorum fieri coactus, cum eos
*1. cap. 10.* oratione flectere non poſſet, ne cum Romanorum vni-
*Plut. in vi-* uerſa acie confligere vellent, vafro conſilio ad ſuam ſen-
*ta.* tentiam perduxit. Duos enim in conſpectu eorum con-
ſtituit equos, alterum validiſſimum, alterum infirmiſſi-
mum:



mum: ac deinde validi caudam ab imbecillo ſene paula-
tim carpi, infirmi à iuuene eximiarum virium vniuerſam
conuelli iuſſit. Obtemperatum imperio eſt. Sed dum
adoleſcentis dextera irrito ſe labore fatigat, ſenio confe-
cta manus miniſterium executa eſt. Tunc barbaræ con-
cioni, quorſum ea res tenderet cognoſcere cupienti, ſub-
iecit: Equi caudæ conſimilem eſſe Romanorum exerci-
tum, cuius partes aliquis aggrediens opprimere poſſit: v-
niuerſum conatus proſternere, celerius tradiderit victo-
riam, quam occupauerit. Ita gens barbara aſpera, & regi
difficilis, in exitium ſuum ruens, quam vtilitatem auribus
reſpuerat, oculis præuidit.

Fabius autem Maximus, cuius non dimicare, vin- 7.
cere fuit: cum præcipuæ fortitudinis Nolanum pedi-
tem dubia fide ſuſpectum, & ſtrenuæ operæ Lucanum
equitem amore ſcorti deperditum in caſtris haberet: vt *An. vr. 537.*
vtroque potius bono milite vteretur, quam in vtrumque *Liuius 23. de*
animaduerteret; alteri ſuſpicionem ſuam diſſimulauit: in *Marcello*
altero, diſciplinam paululum à recto tenore deflexit: *narrat idem*
Nam illum plene pro tribunali laudando, omnique ge- *Plut. Vale-*
nere honoris proſequendo animum ſuum à Pœnis ad *rio congruit.*
Romanos coegit reuocare: & hunc clam meretricem *An. vr. 544.*
redimere paſſus, paratiſſimum pro nobis excurſorem *Plut. Fabio.*
reddidit.

Veniam nunc ad eos, quibus ſalus aſtutia quęſita 8.
eſt M. Voluſius ædilis plebis proſcriptus, aſſumpto Iſia- *An. vr. 610*
ci habitu, per itinera viaſque publicas ſtipem petens, *App. Ciu. 4.*
quiſnam re vera eſſet, occurrentes dignoſcere paſſus
non eſt. Eoque fallaciæ genere tectus, in M. Bruti
caſtra peruenit. Quid illa neceſſitate miſerius, quę ma-
giſtratum populi Romani abiecta honoris prætexta, a-
lienigenæ religionis obſcuratum inſignibus, per Vrbem
iuſſit incedere? Omnes autem hi ſuæ vitæ, aut illi alienæ
mortis cupidi, qui talia vel ipſi ſuſtinuerunt, vel alios per-
peti coegerunt.

9 Aliquanto ſpecioſius Sentii Saturnini Vetulionis 9.
in eodem genere caſus vltimæ ſortis auxilium. Qui *An. vr. 610*
cum à triumuiris inter proſcriptos nomen ſuum pro- *App. Ciuil. 4*
poſitum audiſſet; continuo præturæ inſignia inuaſit: *de Pompon.*
præcedentibuſque in modum lictorum, & apparitorum,

publicorumque ſeruorum ſubornatis, vehicula compre-
hendit,hoſpitia occupauit, obuios ſubmouit, ac tam au-
daci vſurpatione imperii,in maxima luce denſiſſimas ho-
ſtilib.oculis tenebras offudit. Idem vt Puteolos venit,
perinde ac publicum miniſterium agens, ſumma cum li-
centia correptis nauibus in Siciliam, certiſſimum tunc
** al.* perfu- proſcriptorum * profugium penetrauit.
gium. His vno adiecto leuioris notæ exemplo, ad externa
10. conuertar. Amantiſſimus quidam filii, cum eum incon-
ceſſis ac periculoſis facibus accenſum,ab inſana cupidita-
te inhibere vellet;ſalubris conſilii aſtutia patriam indul- 10
*Ineasquam-* gentiam temperauit. Petiit enim vt prius quam ad eam,
*libet ante* quam diligebat, iret; vulgari ac permiſſa Venere vtere-
*velim.* tur. Cuius precibus obſecutus adoleſcens, infelicem ani-
*Ouid. de re-* mi impetum ſatietate concubitus liciti reſolutum; ad id, 11
*med. amoris* quod non licebat,tardiorem pigrioremq; afferens, pau-
*2.* latim depoſuit.

*Externa.*

1. Cum Alexander Macedonum rex ſorte monitus vt
eum qui ſibi porta egreſſo primus occurriſſet, interfici
iuberet; aſinarium forte ante omnes obuiam factum, 12
ad mortem arripi imperauit. Eoque querente quidnam
ſe immerentem capitali ſupplicio, innocentemque addi-
ceret;cum ad excuſandum factum ſuum oraculi præce-
ptum retuliſſet:aſinarius, Si ita eſt, inquit, rex, alium ſors
huic morti deſtinauit: nam aſellus, quem ego ante me
agebam,prior tibi occurrit. Delectatus Alexander & il-
lius tam callido dicto, & quod ab errore ipſe reuocatus
erat; occaſionem in aliquanto viliore animali expian-
dæ religionis rapuit. Summa in hoc cum calliditate man-
ſuetudo, ſumma quoque in alterius regis equiſone calli-
ditas.
Sordida Magorum dominatione oppreſſa, Darius 13
2. rex adiutoribus eiuſdem dignitatis aſſumptis, pactum
*Iuſtin.* 1. cum præclari operis conſortibus fecit; vt equis inſiden-
*Herodot.*3. tes, ſolis ortu curſum in quendam locum dirigerent; iſ-
que regno potiretur,cuius equus in eo primus hinniſſet.
Ceterũ maxime mercedis competitoribus fortunæ be-
* *al.* Ocba- neficium expectãtibus,ſolus acumine equiſonis ſui* Eba-
ris. ris



ris proſperum exoptatæ rei effectum aſſecutus eſt: qui in
equæ genitalem partem demiſſam manum, cum ad eum
locum ventum eſſet,naribus equi admouit. Quo odo-
re irritatus, ante omnes hinnitum edidit: Auditoque eo,
14 ſex reliqui ſummæ poteſtatis candidati continuo equis
delapſi,(vt eſt mos Perſarum) humi proſtratis corporibus
Darium regem ſalutauerunt. Quantum imperium,quam
paruo interceptum eſt vaframento!
Bias autem, cuius ſapientia diuturnior inter homi- 3.
nes eſt,quam patria Priene fuit (ſiquidem illa etiam nunc *Ariſt.2. Rhe*
ſpirat, huius perinde atque extinctæ veſtigia tantummo- *tor. Alii aliis*
do extant) ita aiebat oportere homines in vſu amicitiæ *adſcribunt.*
verſari; vt meminiſſent eam ad grauiſſimas inimicitias
poſſe conuerti. Quod quidem præceptum prima ſpecie
nimis fortaſſe callidum videatur, inimicumque ſimplici-
tati qua præcipue familiaritas gaudet: ſed ſi altioribus *Aliter Cic.*
animis cogitatio demiſſa fuerit, perquam vtile reperie- *in Lælio.*
tur. 4.
Lampſacenæ vero vrbis ſalus vnius vaframen- *Pauſan. Elia*
ti beneficio conſtitit. Nam cum ad excidium eius ſum- *ca 2. Suidas.*
mo ſtudio Alexander ferretur,progreſſumque extra mœ-
nia Anaximenem præceptorem ſuum vidiſſet; quia ma-
nifeſtum erat,futurum, vt preces ſuas iræ eius oppone-
ret;non facturum ſe quod petiſſet iurauit. Tunc Anaxi-
menes,Peto, inquit, vt Lampſacum diruas. Hæc velocitas
ſagacitatis oppidum vetuſta nobilitate inclytum exitio
cui deſtinatum erat,ſubtraxit.
Demoſthenis quoque aſtutia mirifice cuidam 5.
ancillæ ſuccurſum eſt, quæ pecuniam depoſiti nomine à
duobus hoſpitibus acceperat, ea conditione vt illam ſimul
vtriſque redderet. Quorum alter interiecto tempore tan-
quam mortuo ſocio ſqualore obſitus, decepta ea omnes
nummos abſtulit. Superuenit deinde alter, & depoſitum
petere cœpit. Hærebat miſera in maxima pariter & pecu-
niæ & defenſionis penuria: iamque de laqueo & ſuſpendio
15 cogitabat: Sed oportune Demoſthenes ei patronus ad-
16 fuit: qui vt in aduocationem venit, Mulier, inquit, para-
ta eſt depoſiti ſe fide ſoluere: ſed niſi ſocium adduxeris, id
facere non poteſt Quoniam vt ipſe vociferaris, hæc dicta
eſt lex,ne pecunia alteri ſine altero numeretur.

6. Ac ne illud parum quidem prudenter. Quidam
Athenis vniuerſo populo inuiſus, cauſſam apud eum
de capitali crimine dicturus, maximum honorem ſubito
petere cœpit: Non quod ſperaret ſe illum conſequi poſ-
ſe; ſed vt haberent homines vbi procurſum iræ, qui
acerrimus eſſe ſolet, effunderent. Neque eum hæc tam
callidi conſilii ratio fefellit: comitiis enim clamore infe-
ſto, & crebris totius concionis ſibilis vexatus, nota etiam
denegati honoris perſtrictus, eiuſdem plebis paulo poſt
in diſcrimine vitæ clementiſſima ſuffragia expertus eſt.
Quod ſi adhuc ei vltionem ſitienti, capitis ſui periculum
obieciſſet, nullam partem defenſionis odio obſeratæ au-
res recepiſſent.

7. Huic vaframento conſimilis illa calliditas. Superior
Annibal à Duilio conſule nauali prœlio victus, timenſque 17
*An.vr. 493.* claſſis amiſſæ pœnas dare; offenſam aſtutia mire auertit:
*Zonaras* Nam ex illa infelici pugna prius quam cladis nuntius do-
*Oroſ. lib. 4. c.* mum perueniret, quendam ex amicis compoſitum & or-
*7. Auct. de* natum Carthaginem miſit. Qui poſtquam ciuitatis eius 18
*Viris illuſt.* curiam intrauit: Conſulit, inquit, vos Annibal, cum
*cap. 38.* dux Romanorum magnas ſecum maritimas trahens co-
pias aduenerit, an cum eo confligere debeat: Acclama-
uit vniuerſus ſenatus, non eſſe dubium quin oporteret.
tum ille; Conflixit, inquit. & ſuperatus eſt. Ita liberum iis
non reliquit id factum damnare, quod ipſi fieri debuiſſe
iudicauerant.

8. Alter item Annibal Fabium Maximum inui- 19
ctam armorum ſuorum vim ſaluberrimis cunctationibus
*An. vr. 536.* pugnæ ludificantem, vt aliqua ſuſpicione trahendi belli
*Liuius 22.* reſpergeret, totius Italiæ agros ferro atque igni vaſtando,
*Plut. in Fa-* vnius eius fundum immunem ab hoc iniuriæ genere re- 20
*bio Front.* liquit. Profeciſſet aliquid tanti beneficii inſidioſa adum-
*1. c. 8.* bratio, niſi Romanæ vrbi & Fabii pietas; & Annibalis va-
fri mores fuiſſent notiſſimi.

9. Tvscvlanis etiam acumine conſilii incolu-
mitas parta eſt: Cum enim crebris rebellationibus me-
*An. vr. 373.* ruiſſent, vt eorum vrbem funditus Romani euertere
*Liuius 6.* vellent, atque ad id exequendum Furius Camillus, dux, 21
*Plutarchus* validiſſimo inſtructus exercitu veniſſet; vniuerſi ei togati
*Camillo.* obuiam proceſſerunt, commeatuſque, & cætera pacis
munia



munia benigniſſime præſtiterunt: Armatum etiam intra-
re mœnia paſſi ſunt, nec vultu, nec habitu mutato. Qua
conſtantia tranquillitatis non ſolum ad amicitiæ noſtræ
22 ius; ſed etiam ad communionem ciuitatis, quam vſque
cupierant, penetrauerunt. Sagaci hercule vſi ſimplicitate;
23 quoniam aptius eſſe intellexerant, metum officio diſſimu-
lare, quam armis protegere.

At Volſcorum ducis Tulli execrabile conſilium; Qui 10.
ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate ac-
cenſus, cum aliquot aduerſis prœliis contuſos animos ſuo-
rum, & ob id paci proniores animaduerteret; inſidioſa
ratione, quo volebat, compulit. Nam cum ſpectandorum
ludorum magna Volſcorum multitudo Romam conue-
niſſet; conſulibus dixit, Vehementer ſe timere, nequid *An. vr. 264.*
hoſtile ſubito molirentur: monuitque vt eſſent cautiores, *Liu. 2. Plut.*
& protinus ipſe vrbe egreſſus eſt. Quam rem conſules ad *Coriolano.*
ſenatum retulerunt, qui, tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, au- *Dionyſ. 8.*
ctoritate tamen Tulli commotus, vt ante noctem Volſci
abirent, decreuit. Qua contumelia irritati, facile impel-
li potuerunt ad rebellandum. Ita mendacium verſuti du-
cis, ſimulatione beneuolentiæ inuolutum, duos ſimul
populos fefellit: Romanũ, vt inſontes notaret: Volſcum,
vt deceptis iraſceretur.

---

## *CAPVT IV.*

## DE STRATAGEMATIS.

Romanorum.
1 *Tulli Hoſtilii regis.*
2 *Sex. Tarquinii L. F.*
3 *Obſeſſorum in Capitolio.*
4 *M. Liuii C. Claudii Coſſ.*
5 *Q. Metelli Macedonici.*

Externorum.
1 *Agathoclis Syracuſanorum regis.*
2 *Annibalis Pœni.*

1 Illa vero pars calliditatis egregia, & ab omni reprehen-
ſione procul remota; cuius opera, quia appellatione no-
ſtra vix apte exprimi poſſunt, Græca pronuntiatione Stra-
tagemata dicuntur.

1. Omnibus militaribus copiis Tullo Hoſtilio Fide-
*An. vr. 90.* nas aggreſſo; quæ ſurgentis imperii noſtri incunabula
*Liuius* 1. crebris rebellationibus torpere paſſæ non ſunt, finitimiſ-
*Dionyſ.* 3. que trophæis ac triumphis alitam virtutem eius, ſpes ſuas
vlterius promouere docuerunt, Metius Suffetius dux Al-
banorum, dubiam & ſuſpectam ſemper ſocietatis ſuæ fi-
dem repente in ipſa acie detexit: Detecto enim Romani
exercitus latere, in proximo colle conſedit, pro adiutore
ſpeculator pugnæ futurus; vt aut victis inſultaret, aut vi-
ctores feſſos aggrederetur. Non erat dubium quin ea res
militum noſtrorum animos debilitatura eſſet; cum eodem
tempore & hoſtes confligere, & auxilia deficere cerne-
rent. Itaque ne id fieret, Tullus prouidit: concitato enim
equo omnes pugnantium globos præcurrit, prædicans
ſuo iuſſu receſſiſſe Metium; eumque, cum ipſe ſignum de-
diſſet, inuaſurum Fidenatium terga. Quo imperatoriæ
artis conſilio metum fiducia mutauit; proque trepidatio-
ne, alacritate ſuorum pectora repleuit.

2. At ne continuo à noſtris regibus recedam, Sex. Tar-
quinius Tarquinii filius indigne ferens quod patris viri-
*An. vr. 225.* bus expugnari Gabii nequirent, valentiorem armis ex-
*circiter.* cogitauit rationem, qua interceptū id oppidum Romano
*Liuius* 1. imperio adiiceret. Subito nanque ſe ad Gabinos contu-
*Dionyſ.* 4. lit, tanquam parentis ſæuitiam & verbera, quæ voluntate
ſua perpeſſus erat, fugiens: Ac paulatim vniuſcuiuſque
fictis & compoſitis blanditiis alliciendo beneuolentiam,
vt apud omnes plurimum poſſet, conſecutus; familiarem
ſuum ad patrem miſit, indicaturum, quemadmodum in
ſua manu haberet vniuerſa: & quæſiturum quidnam fie- 2
ri vellet. Iuuenili calliditati ſenilis aſtutia reſpondit. Si-
quidem re eximia delectatus Tarquinius, fidei autem
nuntii parum credens, nihil reſpondit; ſed ſeducto eo in
hortum, maxima & altiſſima papauerum capita baculo
decuſſit. Cognito adoleſcens ſilentio patris, ſimul ac fa-
cto, cauſſam altioris argumenti peruidit: nec ignorauit 3
præcipi ſibi vt excellentiſſimum quemque Gabinorum,
aut exilio ſummoueret, aut morte conſumeret. Ergo ſpo-
liatam bonis propugnatoribus ciuitatem tantum non
vinctis manibus ei tradidit.

3.
*An. vr. 363.* Illud quoque à maioribus & conſilio prudenter, &
exitu



4 exitu feliciter prouiſum, cum Vrbe capta Galli Capitoliū *Liuius* 5.
5 obſiderent; ſolamque potiendi eius ſpem in fame obſeſ- *Ouid. Faſt.* 6
6 ſorum repoſitam animaduerterent: Per quā callido enim
genere conſilii, vnico perſeuerantiæ irritamento victores
ſpoliauerunt. Panes enim iacere compluribus ex locis
cœperūt. Quo ſpectaculo obſtupefactos, infinitamq; fru-
menti abundantiam noſtris ſupereſſe credētes; ad pactio-
nem omittendæ obſidionis compulerunt. Miſertus eſt *Vna e Iupiter*
tunc profecto Iupiter Romanæ virtutis, præſidium ab a- *Piſtor appel-*
ſtutia mutuantis; cum in ſumma alimentorum inopia, *latus. Lact.*
proiici præſidia inopiæ cerneret. Igitur vt vafro, ita pericu- *Inſtit.* 1.
loſo conſilio ſalutarem exitum dedit.

4.
Idemque Iupiter poſtea præſtantiſſimorum ducum *An. V.* 546.
noſtrorum ſagacibus conſiliis propitius aſpirauit: Nam *Liuius* 27.
cum alterum Italiæ latus Annibal laceraret, alterum inua- *Polyb.* 11.
ſiſſet Aſdrubal, ne duorum fratrum iunctæ copiæ intole- *Front.* 1. c. 1.
rabili onere feſſas ſimul res noſtras vrgerent hinc Claudii
Neronis vegetum conſilium, illinc Liuii Salinatoris in-
clyta prouidentia effecit. Nero enim compreſſo à ſe in
Lucanis Annibale, præſentiam ſuam (quoniam ita ratio
belli deſiderabat) mentitus hoſti; ad opem collegæ feren-
dam per longum iter celeritate mira tetendit. Salinator
in Vmbria apud Metaurum flumen proximo die dimi-
caturus; ſumma cum diſſimulatione Neronem caſtris
noctu recepit: Tribunos enim à tribunis, centuriones à
centurionibus, equites ab equitibus, pedites à peditibus
excipi iuſſit: ac ſine vlla tumultuatione, ſolo vix vnum ex-
7 ercitum capiente, alterum inſeruit. Quo euenit ne Aſdru-
8 bal cum duobus ſe conſulibus prœliaturum prius ſciret;
quam ab vtriſque proſterneretur. Ita illa tota terrarum
orbe infamis Punica calliditas fruſtrata fuit: Romana pru-
dentia Annibalem Neroni, Aſdrubalem Salinatori deci-
piendum tradidit.

5.
Memorabilis etiam conſilii Qu. Metellus. Qui cum *An. vr.* 611.
proconſule bellum in Hiſpania aduerſus Celtiberos ge- *L. Flor.* 2. c.
reret, vrbemque Contrebiam caput eius gentis viribus 17. *Front.* 1.
expugnare non poſſet; intra pectus ſuum diu multumque *cap.* 1. *ſimile*
conſiliis agitatis, viam reperit qua propoſitum ad exitum *quid de Me-*
perduceret. Itinera magno impetu ingrediebatur, deinde *tello Pio.*
alias atque alias regiones petebat. Modo hos obſidebat *Auct. de Vi-*
Q *ris illuſt.* c. 61

montes, paullo poſt ad illos tranſgrediebatur. Cum
interim tam ſuis omnibus, quam ipſis hoſtibus ignota
erat cauſſa inopinatæ eius ac ſubitæ fluctuationis. Inter-
rogatus quoque à quodam amiciſſimo ſibi, quid ita ſpar-
ſum & incertum militiæ genus ſequeretur: Abſiſte,
inquit, iſta quærere: nam ſi huius conſilii mei interio-
rem tunicam conſciam ſenſero, continuo eam cremari
iubebo. Quorſum igitur iſta diſſimulatio erupit? aut
quem finem habuit? Poſtquam vero & exercitum ſuum
ignorantia, & totam Celtiberiam errore implicauit;
cum alio curſum direxiſſet, ſubito ad Contrebiam re-
flexit, eamque inopinatam & attonitam oppreſſit. Ergo
niſi mentem ſuam dolos ſcrutari coegiſſet, ad vltimam ei
ſenectutem apud mœnia Contrebiæ armato ſedendum
foret.

## EXTERNA.

1. Agathocles autem Syracuſanorum rex audaciter cal-
*Iuſt. 2. Dio-* lidus. Cum enim vrbem eius maiore ex parte Cartha-
*dor. de rebus* ginienſes occupaſſent, exercitum ſuum in Africam traie-
*Alexandr.* cit: vt metum metu, vim vi diſcuteret, neq; ſine effectu: Nã
repentino eius aduentu perculſi Pœni, libenter incolumi-
tatem ſuam ſalute hoſtium redemerunt; pactique ſunt vt
eodem tempore & Africa Siculis, & Sicilia Punicis armis
liberaretur. Age ſi Syracuſarum mœnia tueri perſeue-
raſſet, illa belli malis vrgerentur, bona pacis fruenda ſecu-
ræ Carthagini reliquiſſet. Nunc inferendo quæ patieba-
tur, dum alienas potius laceſſit opes, quam ſuas tuetur;
quo æquiore animo regnum deſeruit, eo tutius recepit.

2. Quid Annibal, Cannenſi prœlio? nonne prius quam in
*An. V. 537.* ad dimicandum deſcenderet, aciem populi Rom. com-
*Liuius 12.* pluribus aſtutiæ implicatam laqueis, ad tam miſerabilem
*Front. 2. c. 2.* perduxit exitum? Ante omnia enim prouidit, vt & ſolem
& puluerem, qui ibi vento multus excitari ſolet, aduer-
ſum haberet. Deinde partem copiarum ſuarum, inter
ipſum prœlii tempus de induſtria fugere iuſſit: quam cum
à reliquo exercitu abruptam legio Romana ſequeretur,
trucidandam eam ab iis, quos in inſidiis collocauerat,
curauit. Poſtremo quadringentos equites ſuborna-
uit, qui ſimulata tranſitione petierunt conſulem, à quo

iuſſi



iuſſi more transfugarum depoſitis armis in vltimam pu-
gnæ partem ſecedere; diſtrictis gladiis, quos inter tunicas
& loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum
ceciderunt. Hæc fuit Punica fortitudo, dolis & inſidiis &
fallacia inſtructa. Quæ nunc certiſſima circumuentæ vir-
tutis noſtræ excuſatio eſt: quoniam decepti magis quam
victi fuimus.

---

## CAPVT V.

## DE REPVLSIS.


1 *Q. Ælii Tuberonis.*
2 *P. Scipionis Naſicæ.*
3 *L. Aemilii Paulli.*
4 *Qu. Metelli Macedo-nici.*
5 *L. Cornelii Sullæ.*
6 *M. Catonis Vticenſis.*


CAmpi quoque repræſentata conditio ambitioſam
ingredientes viam, ad fortius ſuſtinendos parum
proſperos comitiorum euentus vtiliter inſtruxerit. Vt
propoſitis ante oculos clariſſimorum virorum repulſis,
non minore cum ſpe honores, ac prudentiore cum ani-
mi iudicio petant: Meminerintque nefas non eſſe, ali-
quid ab omnibus vni negari: cum ſæpenumero ſinguli
cunctorum voluntatibus reſiſtere fas eſſe duxerint. Sci-
entes etiam, patientia quæri debere, quod gratia impetra-
ri nequierit.

Qu. Aelius Tubero, à Qu. Fabio Maximo, epulum 1.
1 populo nomine P. Africani patrui ſui dante, rogatus vt *An. V. 624.*
tricliniium ſterneret: lectulos Punicanos pellibus hædinis *Cic. pro Mu-*
ſtrauit: & pro argenteis vaſis Samia expoſuit. Cuius rei *ren. Senec. e-*
deformitate ſic omnes offendit, vt cum alioqui vir egre- *piſt. 96.*
gius haberetur, comitiiſq; Prætoriis candidatus in cam- *& 99.*
pum L. Paullo auo, & P. Africano auunculo nixus deſcẽ-
2 diſſet, repulſa inde notatus abierit. Nam *vt priuatim ſem-
per continentiam probabant, ita publice maxima cura ſplen-
doris habita eſt*: Quocirca non vnius conuiuii numerum,
3 ſed totam ſe in illis pelliculis iacuiſſe credens ciuitas: ru-
borem epulis ſuffragiis ſuis vindicauit.

4 Pub. autem Scipio Naſica, togatæ potentiæ cla- 2.
* riſſimum lumen, is qui conſul Iugurthæ bellum indixit;

*An.V.642.* qui matrem Idæam Phrygicis ſedibus ad noſtras aras
*Cic.in Bruto* foco ſque migrantem ſanctiſſimis manibus excepit: qui
*Sall. Iugurt.* multas & peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuæ robore
*An.V.608.* oppreſſit: quo principe ſenatus per aliquot annos gloria-
*Cic.pro Planc.* tus eſt: cum ædilitatem curulem adoleſcens peteret, ma-
numque cuiuſdam ruſtico opere duratam more candida-
torum tenacius apprehendiſſet; ioci gratia interrogauit
eum, num manibus ſolitus eſſet ambulare. Quod dictum
à circumſtantibus exceptum ad populum manauit, cauſ-
ſamque repulſæ Scipioni attulit. Omnes namque ruſticæ
tribus paupertatem ſibi ab eo exprobratam iudicantes,
iram ſuam aduerſus contumelioſam eius vrbanitatem di-
ſtrinxerunt. Igitur ciuitas noſtra nobilium iuuenum in-
genia ab inſolentia reuocando, magnos & vtiles ciues fe-
cit; honoribuſque non patiendo eos à ſecuris peti, debitum
auctoritatis pondus adiecit.

3. Nullus error talis in L. Æmilio Paullo conſpectus eſt:
*An.vrb.567 & 568. & 569. Liu.39 & 44. Plut. & Auct. de Viris illuſtr. in vita.*
ſed tamen aliquoties fruſtra conſulatum petiit. Idemque, 5
cum iam campum repulſis ſuis fatigaſſet, bis conſul & cē-
ſor factus, ampliſſimum dignitatis gradum obtinuit. Cu-
ius virtutem iniuriæ non fregerunt, ſed acuerunt. Quo-
niam quidem ipſa nota accenſus, cupiditatem ſummi ho-
noris ardentiorem ad comitia detulit; vt populum, quia
nobilitatis ſplendore & animi bonis mouere non pote-
rat, pertinacia vinceret.

4. Qu. autem Cæcilium Metellum pauci & mæſti a-
*An.V.608.* mici, conſulatus repulſa afflatum, triſtitia ac rubore ple- 6
*& 609.* num, domum reduxerunt: quem de Pſeudophilippo tri- 7
*Auct. de Vi-* umphantem vniuerſus ſenatus lætum & alacrem in Ca-
*ris illuſt.* pitolium proſecutus erat. Achaici etiam belli, cui ſum-
*An.V.607.* mam manum L. Mummius adiecit, maxima pars ab hoc
*App. Punic.* viro profligata fuerat. Ei ne ergo populus conſulatum ne-
*An.V.606* gare potuit, cui mox duas clariſſimas prouincias aut de- 8
*Pauſ. Acha.* bebat, aut erat debiturus? Et quidem hoc facto, meliore
*Iuſtin. 34.* eo ciue vſus eſt. Intellexit enim quam induſtrie ſibi ge-
*Zonaras.* rendus eſſet conſulatus, quem tanto labore impetrari ſen-
ſerat.

5. Quid tam excellens, quid tam opulentum quam L.
*Plut. in vita Ap. Ciuil. 1. An.V.659. Plut. ibid.*
Sulla? Diuitias, & imperia largitus eſt: leges vetuſtas ab-
rogauit, nouas tulit: Hic quoque in eo campo cuius poſt-
ea



ea dominus extitit, repulſa Præturæ ſugillatus eſt: o-
mnia loca petiti honoris, ſi quis modo deorum formam
& imaginem futuræ eius potentiæ populo Romano re-
præſentaſſet, impetraturus.

6. Sed vt comitiorum maximum crimen referam, M.
Portius Cato plus moribus ſuis præturæ decoris adie-
cturus, quam prætexto eius ſplendoris ipſe laturus; con- *An.V.698.*
ſequi illam à populo aliquando non potuit. Proxima *Plut. in vita*
dementiæ ſuffragia, quæ ſatis quidem graues pœnas er- *Senec. ad*
roris ſui pependerunt: quoniam quem honorem Catoni *Albinam.*
negauerant, Vatinio dare coacti ſunt. Ergo ſi vere æſti-
mare volumus, non Catoni tunc prætura; ſed præturæ
Cato negatus eſt.

---

## *CAPVT VI.*

## DE NECESSITATE.

1 *Populi Rom. poſt cladem Cannenſem.*
2 *Caſilinatum in obſidione.*
3 *Præneſtinorum militū in eadem obſidione.*
4 *Populi Rom. bello Mariano.*
5 *C. Cæſaris ad Mundam.*
6 *Populi Aſiatici bello Parthico.*

Externorum.

1 *Cretenſium à Q. Metello obſeſſorum.*
2 *Numantinorum à P. Scipione.*
3 *Calagurritanorum à Cn. Pompeio.*

ABominandæ quoque neceſſitatis amariſſimæ leges,
& truculentiſſima imperia, tum Vrbem noſtram,
tum etiam exteras gentes multa non intellectu tantum,
ſed etiam auditu grauia, perpeti coegerunt.

1. Nam aliquot aduerſis prœliis ſecundo Punico bello
exhauſta militari iuuentute Romana, ſenatus auctore *An.V. 537.*
1 Ti. Gracchо conſule deſign. cenſuit; vti publice ſerui ad- *Liuius 22.*
2 uerſus propulſandorum hoſtium impetum emerentur: *Macrob.*
Eaque de re per tribunos plebis ad populum lata roga- *Sat. 1.*
tione tres creati ſunt viri, qui quatuor & viginti millia
ſeruorum comparauerunt: adactoſque iureiurando, ſtre-
nuam ſe, fortemque operam daturos, Quoad Pœni eſſent

* al. treceti. in Italia, datis armis in castra miſerunt. Ex Apulia quoque & Fidiculis ſeptuaginta atque * ducenti ad ſupplementum equitatus ſunt empti. Quanta violentia eſt caſus acerbi! Quæ ciuitas ad id tempus ingenuæ quoque originis capite cenſos habere milites faſtidierat; eadem cellis ſeruilibus extracta corpora, & à paſtoralibus caſis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentum, exercitui ſuo adiecit. *Cedit ergo interdum generoſus ſpiritus vtilitati, & fortunæ viribus ſuccumbit: vbi niſi tutiora elegerit conſilia, ſpecioſa ſequenti concidendum* 3. *eſt.*

*An. V. 537. Liuius 22. Zonaras.* Cannenſis autem clades adeo vrbem noſtram vehementer confudit, vt M. Iunii opera dictatura rempu- 4. blicam adminiſtrantis ſpolia hoſtium affixa templis, deorum numini conſecrata, inſtrumento militiæ futura conuellerentur, ac prætextati pueri arma induerent: addictorum etiam, & capitali crimine damnatorum ſex 5. millia conſcriberentur. Quæ ſi per ſe aſpiciantur, aliquid ruboris habent: ſi autem admotis neceſſitatis viribus ponderentur, ſæuitiæ temporis conuenientia præſidia videbuntur.

*An. V. 537. Liuius 23.* Propter eandem cladem ſenatus Otacilio, qui Siciliam, & Cornelio Mammulæ, qui Sardiniam proprætoribus obtinebant; querentibus quod neque ſtipendium, neque frumentum claſſibus eorum & exercitibus ſocii præberent: Affirmantibus etiam, ne habere quidem eos, vnde id præſtare poſſent; reſcripſit, ærarium longinquis expenſis non ſufficere: Proinde, quo pacto tantæ inopiæ ſuccurrendum eſſet, ipſi viderent. His literis quid aliud quam imperii ſui gubernacula è manibus abiecit? Siciliamque & Sardiniam, beni- 6. gniſſimas vrbis noſtræ nutrices, gradus & ſtabilimenta 7. bellorum, tam multo ſudore & ſanguine in ius ac poteſtatem redactas, paucis verbis, te ſcilicet neceſſitate iubente, dimiſit.

2. *An. V. 537. Liuius 23.* Eadem Caſilinates obſidione Annibalis clauſos, alimentorumque facultate defectos, lora neceſſariis vinculorum vſibus ſubducta, eque ſcutis detractas pelles feruenti reſolutas aqua mandere voluiſti. Quid illis, ſi acerbitatem caſus intueare, miſerius? ſi conſtantiam reſpicias, fidelius? qui ne à Romanis deſciſcerent, tali cibi genere vti ſuſtinuerunt; cum pinguiſſima arua ſua fertiliſſi-



liſſimoſque campos mœnibus ſuis ſubiectos intuerentur. Itaque Campanæ vrbis, quæ Punicam feritatem delitiis 8 ſuis cupide fouit, in propinquo ſitum Caſilinum modo rara virtute clarum, perſeuerantis amicitiæ pignore impios oculos verberauit.

3. In illa obſidione & fide, cum trecenti Prænestini permanerent, euenit vt ex his quidam murem captum ducentis potius denariis vendere, quam ipſe leniendæ famis gratia conſumere mallet. Sed credo, deorum prouidentia 9 & venditori & emptori, quem vterq; merebatur exitum, attribuit. Auaro enim fame conſumpto, manubiis ſordium ſuarum frui non licuit: æqui animi vir ad ſalutarem impenſam faciendam; care quidem, verum neceſſarie cōparato cibo vixit. *An. V. 537. Liuius 23. Front. 4. c. 5. Plin. 8. c. 57. Strab. 5.*

4. C. autem Mario & Cn. Carbone conſulibus bello ciuili cum L. Sulla diſſidentibus; quo tempore non reipubl. *An. V. 673.* victoria quærebatur, ſed præmium victoriæ res erat publica; ſenatus conſulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus ſtipendia deeſſent, conflata ſunt. Digna enim erat cauſſa, hinc, an illi crudelitatem ſuam 10 proſcriptione ciuium ſatiarent, vt dii immortales ſpoliarentur. Non ergo patrum conſcriptorum voluntas, ſed tua teterrima neceſſitas truculenta manus illi conſulto ſtylum impreſſit.

5. 11 Diui Iulii exercitus, idem inuicti ducis inuicta dextera, cum armis Mundam clauſiſſet, aggeriq; extruendo materia deficeret, congerie hoſtilium cadauerum quam deſiderauerat altitudinem inſtruxit. Eamque tragulis & pilis, quia roboreæ ſudes deerant, magiſtra nouæ molitionis neceſſitate vſus vallauit. *An. V. 708. Hirtius de bello Hiſp. Dio. lib. 43.*

6. Atque vt diuinam filii mentionem cæleſtis patris recordationi ſubnectam: cum effuſurus ſe in noſtras prouincias Parthorum rex Phraartes videretur, vicinæque *An. V. 734. circiter.* imperio eius regiones ſubita indicti tumultus denuntiatione quaterentur; tanta in Boſphorano tractu commeatus penuria inceſſit, vti à militibus, ſingulis olei frumentique modiis totidem mancipia permutarentur. Sed ama- 12 tiſſimam tempeſtatem Auguſti cura, tutelę tunc terrarum vacans diſpulit.

## EXTERNA.

1\. *An. V. 635.* Cretenſibus nihil tale præſidii affulſit: qui obſidione *Livius 99.* Metelli ad vltimam vſque penuriam compulſi, ſua, iu- *Flor. 3. 7.* mentorumque ſuorum vrina ſitim torſerunt, inſtius dixerim, quam ſuſtentarunt: Quia dum vinci timent, id paſſi ſunt, quod eos ne victor quidem pati coegiſſet.

2\. *An. V. 620.* Numantini autem à Scipione vallo & aggere circundati, cum omnia, quæ famem eorum trahere poterant, *Livius 95.* conſumpſiſſent: ad vltimum humanorum corpo- *Flor. 2. c. 18.* rum dapibus vſi ſunt. Quapropter capta iam vrbe, com- *App. Iberic.* plures inuenti ſunt, artus & membra trucidatorum corporum ſinu ſuo geſtantes. Nulla eſt in his neceſſitatis excuſatio: nam quibus mori licuit, ſic viuere neceſſe non fuit.

3\. Horum trucem pertinaciam in conſimili facinore Ca- *An. V. 681.* lagurritanorum execrabilis impietas ſupergreſſa eſt: *Flor. 3. c. 22.* Qui quo perſeuerantius interempti Sertorii cineribus, *Oroſ. 5. c. 23.* obſidionem Cn. Pompeii fruſtrantes, fidem præſtarent: quia nullum iam aliud in vrbe eorum ſupererat animal, vxores ſuas natoſque ad vſum nefariæ dapis verterunt. Quoq; diutius armata iuuentus viſcera ſua viſceribus ſuis aleret, infelices cadauerum reliquias ſalire non dubita- 13 uit. En vnquam aliquis in acie hortaretur, vt pro ſalute coniugum & liberorum fortiter dimicaret? Ex hoc nimirum hoſte, tanto duci pœna magis quam victoria petenda fuit: * quia plus vindicatus libertatis, quam victus gloriæ afferre potuit: cum omne ſerpentum ac ferarum genus comparatione ſui titulo feritatis ſuperarit: Nam quæ illis dulcia vitæ pignora proprio ſpiritu chariora ſunt, ea Calagurritanis prandia atque cœnæ extiterunt.

## CAPVT VII.
## DE TESTAMENTIS RESCISSIS.

1. *Patris qui filium exhæredauerat.*
2. *M. Anneii Carſeolani.*
3. *C. Tetti.*
4. *Septitiæ Trachalorum matris.*
5. *Terentii cuiuſdam.*
6. *Næuiani cuiuſdam.*
7. *Iuuentii cuiuſdam.*



Vacemus nunc negotio, quod actorum hominis & præcipuæ curæ, & vltimi eſt temporis: conſideremuſque quæ teſtamenta aut reſciſſa ſunt legitime facta: aut cum merito reſcindi poſſent, rata manſerunt: quæue ad alios quam qui expectabant, honorem hæreditatis tranſtulerunt. 1.

Atque iſta, vt ordine, quo propoſui exequar: militantis cuiuſdam pater, cum de morte filii falſum è caſtris *Cic. de Orat. 1.* nuncium accepiſſet, aliis hæredibus ſcriptis deceſſit. Peractis deinde ſtipendiis; adoleſcens reuerſus, domum errore patris, impudentiaque amicorum ſibi clauſam reperit. Quid enim illis inuerecundius? florem iuuentæ pro republica abſumpſerat, maximos labores, & plurima pericula tolerauerat, aduerſo corpore exceptas oſtendebat cicatrices: & poſtulabat ne auitos eius lares otioſa ipſi vrbi onera poſſiderent. Itaque depoſitis armis coactus eſt in foro togatam ingredi militiam. Acerbe, cum improbiſſimis enim hæredibus de paternis bonis apud centumuiros contendit: omnibuſque non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit.

Item M. Anneius M. Carſeolani ſplẽdidiſſimi equitis 2. Rom. filius, à Sufenate auunculo ſuo adoptatus, teſtamẽtum naturalis patris, quo præteritus erat, apud centumuiros reſcidit, cum in eo Tullianus Pompeii Magni familiaris, ipſo quidem Pompeio ſignatore, hæres ſcriptus eſſet. Itaque plus illi in iudicio cum excellentiſſimi viri gratia, quam cum parentis cineribus negotii fuit: Ceterum quamuis vtraque hæc aduerſus eum nitebantur, tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius & P. Popilius, quos M. Anneius ſanguine ſibi coniunctos eadem ex parte, qua Tullianum hæredes fecerat, ſacramẽto cum adoleſcentulo contendere auſi non ſunt: tametſi præcipuis eo tempore Magni viribus ad defendendas tabulas teſtamenti inuitari poterant. Et aliquantulum adiuuabat *An. V. 695. circiter.* hæredes, quod M. Anneius in Sufenatis familiam ac ſacra tranſierat: ſed arctiſſimum inter homines procreationis vinculum, patris ſimul voluntatem, & principis viri auctoritatem ſuperauit.

C. Autem Tettium infantem à patre exhæredatum, Petronia matre, quam Tettius quoad vixit, in 3.

matrimonio habuerat, natum, Diuus Auguſtus in bona
paterna ire decreto ſuo iuſſit: patris patriæ animo vſus:
Quoniam Tettius in proprio iure procreato filio, ſum-
ma cum iniquitate paternum nomen abrogauerat.

4. Septicia quoque mater Trachalorum Ariminen-
ſium filiis irata, in contumeliam eorum, cum iam pare-
re non poſſet, Publicio ſeni admodum nupſit, teſtamen-
to etiam vtrunque præteriit. A quibus aditus Diuus Au- 2.
guſtus, & nuptias mulieris, & ſuprema iudicia improba-
uit. Nam hæreditatem maternam filios habere iuſſit:
dotem, quia non quærendorum liberorum cauſſa coniu-
gium interceſſerat, virum retinere vetuit. Si ipſa æqui-
tas hac de re cognoſceret, poſſetne iuſtius aut grauius
pronuntiare? Spernis quos genuiſti: nubis effœta: 3
teſtamenti ordinem violento animo confundis: neque
erubeſcis ei totum patrimonium addicere, cujus pollin- 4
cto iam corpori marcidam ſenectutem tuam ſubſtraui-
ſti. Ergo dum ſic te geris, ad inferos vſque cæleſti fulmi-
ne afflata es.

5.
An. V. 682. Egregia eſt quoque C. Calpurnii Piſonis prætoris
Vrb. Conſtitutio. Cum enim ad eum Terentius ex o- 5
cto filiis, quos in adoleſcentiam perduxerat, ab vno in
adoptionem dato exhæredatum ſe querelam detuliſſet:
bonorum adoleſcentis poſſeſſionem ei dedit, hæredeſ-
que lege agere paſſus non eſt. Mouit profecto Piſonem
patria maieſtas, donum vitæ, beneficium educationis:
ſed aliquid etiam flexit circumſtantium liberorum nume-
rus, quod cum patre ſeptem fratres impie exhæredatos
videbat.

6.
An. V. 676. Quid Mamerci Æmilii Lepidi conſulis quam graue
decretum! Genucius quidam, Matris Magnæ Gallus,
à Cn. Oreſte prætore Vrbis impetrauerat, vt reſtitui ſe in
bona Næuiani iuberet, quorum poſſeſſionem ſecun-
dum tabulas teſtamenti ab ipſo acceperat. Appellatus
Mamercus à Surdino, cuius libertus Genucium hæredem
fecerat, prætoriam iuriſdictionem abrogauit: quod dice-
ret Genucium amputatis ſui ipſius ſponte genitalibus
corporis partibus, neque virorum, neque mulierum nu-
mero haberi debere. Conueniens Mamerco, conueniens
principi ſenatus decretum: quo prouiſum eſt ne obſcœ-





na Genucii præſentia inquinataque voce, tribunalia ma-
giſtratuum ſub ſpecie petiti iuris polluerentur.

Multo Q. Metellus prætorem vrbanum ſeuerio- 7.
rem egit, quam Oreſtes geſſerat: Qui Vecilio lenoni bo- An. vr. 680.
norum * Iuuentii poſſeſſionem ſecundum tabulas teſta- * al. Vibie-
menti non dedit; quia vir nobiliſſimus & grauiſſimus, fori ni
ac lupanaris ſeparandam conditionem exiſtimauit: Nec
aut factum illius comprobare voluit, qui fortunas ſuas in
ſtabulum contaminatum proiecerat: aut huic tanquam
integro ciui iura reddere, qui ſe ab omni honeſto vitæ ge-
nere abruperat.

---

## *CAPVT VIII.*

## DE RATIS TESTAMENTIS & inſperatis.

1 *Sempronii Tuditani.*
2 *Æbuciæ.*
3 *Q. Metelli.*
4 *Fratris Pompeii Rhegini.*
5 *Q. Cæcilii.*
6 *T. Marii.*
7 *L. Valerii Heptachordi.*
8 *T. Barruli.*
9. *M. Popillii.*

HIs reſciſſorum teſtamentorum exemplis contenti
attingamus ea quæ rata manſerunt, cum cauſſas ha-
berent propter quas reſcindi poſſent.

Quam certæ, quam etiam notæ inſaniæ Tuditanus; vt- 1.
pote qui * populo nummos ſparſerit, togamque velut tra- Cir. Philip. 3
gicam veſtem in foro trahens, maximo cum hominum ri- * al. publice
ſu conſpectus fuerit, ac multa his conſentanea fecerit: Te-
ſtamento O. filium inſtituit hæredem: quod Ti. Longus
ſanguine proximus, haſtæ iudicio ſubuertere fruſtra co-
natus eſt. Magis enim centumuiri, quid ſcriptum eſſet
in tabulis, quam quis eas ſcripſiſſet, conſiderandum exiſti-
mauerunt.

2. Vita Tuditani demens: Æbuciæ autem, quæ L.
Menenii Agrippæ vxor fuerat, tabulæ teſtamenti plenæ
furoris. Nam cū haberet duas ſimillimæ probitatis filias
Plætoriam & Afraniam; animi ſui potius inclinatione

prouecta, quam vllis alterius iniuriis aut officiis commo-
ta, Plætoriam tantummodo hæredem inſtituit: Filiis au-
tem Afraniæ ex ſuo admodum amplo patrimonio vigin 1
ti nummum legauit. Afrania tamen cum ſorore ſua ſa- 2
cramento contendere noluit; teſtamentumque matris,
patientia honorare, quam iudicio conuellere ſatius eſſe
duxit: Eo ſe ipſa indigniorem iniuria oſtendens, quo eam
æquiore animo ſuſtinebat.

*Forte igitur hic Q. Metellus Nepos cuius uxor P. Clodii ſoror fuit. Vt ex Cic. Cal. colligimus.*

3. Minus mirandum errorem muliebrem Qu. Metellus
fecit. Is namque plurimis & celeberrimis eiuſdem no-
minis viris in vrbe noſtra vigentibus, Claudiorum etiam
familia, quam arctiſſimo ſanguinis vinculo contingebat,
florente; Carrinatem ſolum hæredem reliquit: nec hocce
eius teſtamentum quiſquam attentauit.

4. Item Pompeius Rheginus, vir tranſalpinæ regionis;
cum teſtamento fratris præteritus eſſet, & ad coarguen-
dam iniquitatem eius, binas tabulas teſtamentorum ſuo-
rum in comitio inciſas, habita vtriuſque ordinis maxima
frequentia, recitaſſet; in quibus magna ex parte hęres fra-
ter erat ſcriptus, prælegabaturque ei centies & quinqua-
gies ſeſtertium: multum ac diu inter aſſentientes indigna-
tioni ſuæ amicos queſtus, quod ad haſtæ iudicium atti-
nuit, cineres fratris quietos eſſe paſſus eſt. Et erant ab eo
inſtituti hæredes, neque ſanguine patrio pares, neque 3
proximi: ſed & alieni & humiles: vt non ſolum flagitio-
ſum ſilentium, ſed etiam prælatio contumelioſa videri
poſſet.

*Cornel. Nepos in Attici vita.*

** al.* fore

*An. V. 695. Cic. ad Att. lib 3. epi. 20.*

5. Æque felicis impunitatis, ſed neſcio an tetrioris hæc
delicti teſtamenta. Q. Cæcilius L. Luculli promptiſſimo
ſtudio, maximaq; liberalitate, & honeſtum dignitatis gra-
dum, & ampliſſimum patrimonium conſecutus: cum prę
ſe ſemper tuliſſet, vnum illum ſibi * eſſe hæredem, mori-
ens etiam annulos ei ſuos tradidiſſet; Pomponium Atticũ
teſtamento adoptauit, omniumq; bonorum reliquit hæ-
redem. Sed fallacis & inſidioſi cadauer pop Rom ceruι-
cibus reſte circundatum per viam traxit: Itaque nefarius
homo filium quidem, & hæredem habuit quem voluit:
funus autem & exequias quales meruit.

6. Neque aliis dignus fuit T. Marius Vrbinas qui ab in-
fimo militiæ loco, beneficiis Diui Augusti imperatoris
ad



ad ſummos caſtrenſes honores perductus, eorumque v-
berrimis quæſtibus locuples factus; non ſolum ceteris
vitæ temporibus ei ſe fortunas ſuas relinquere, à quo ac-
ceperat, prædicauit; ſed etiam pridie quam expiraret, idem
iſtud ipſi Auguſto dixit: cum interim ne nomen quidem
eius tabulis teſtamenti adiecerit.

7. L. autem Valerius, cui cognomen Heptachordo fu-
it, togatum hoſtem Cornelium Balbum expertus, vtpote
opera eius & conſilio compluribus priuatis vexatus liti-
bus, ad vltimumque ſubiecto accuſatore capitali, crimine
accuſatus: præteritis aduocatis & patronis ſuis, ſolum hæ-
4 redem reliquit: nimia conſternatione quæ animum e-
ius tranſuerſum egit, deprauatus. Amauit enim ſordes
ſuas, & dilexit pericula, & damnationem votis expetiuit:
auctorem harum rerum beneuolentia, propulſatores o-
dio inſecutus.

8 T. Barrulus Lentulo Spintheri, cuius amantiſſimum
animum, liberaliſſimamque amicitiam ſenſerat, decedens
ſuos annulos perinde atque vnico hæredi tradidit, quem
nulla ex parte hæredem relinquebat. Quantum illo
momento temporis conſcientia, (ſi modo vires, quas ha-
bere creditur, poſſidet) à teterrimo homine ſupplicium
exegit! Inter ipſam enim fallacis & ingratæ culpæ cogita-
tionem, ſpiritum poſuit, quaſi tortore aliquo mentem eius
intus cruciante: Quod animaduertebat è * vita ad mor- **al.* iens.
tem tranſitum ſuum, & ſuperis diis inuiſum eſſe, & inferis
deteſtabilem futurum.

9. M. vero Popillius ſenatorii ordinis Oppium Gallum
ab ineunte ætate familiariſſimum ſibi, moriens, pro vetu-
ſto iure amicitiæ, & vultu benigno reſpexit, & verbis ma-
gnum præ ſe amorem ferentibus proſecutus eſt. Vnum
etiam de multis, qui aſſidebant vltimo complexu & o-
ſculo dignum iudicauit; ſuperque annulos ſuos ei tra-
didit: videlicet nequid ex ea hæreditate, quam non erat
5 aditurus, amitteret. Quos ocyus vir diligens, ſed mo-
rientis amici plenum contumeliæ ludibrium, in locel-
lum repoſitos & à præſentibus * aſſignatos, diligentiſſi- *obſigna-
me heredibus illius, exhæres ipſe reddidit. Quid hoc lo- tos, *forte.*
6 co inhoneſtius? aut quid intempeſtiuius? Senatorem
pop. Rom. Curia egreſſum homo vitæ fructibus con-

tinuo cariturus, ſanctiſſimæ iura familiaritatis morte preſſis oculis, & ſpiritu ſupremos anhelitus reddēte, ſcurrili luſu ſugillanda ſibi deſumpſit.

# VALERII MAXIMI LIBER OCTAVVS.

## CAPVT I.

## DE IVDICIIS PVBLICIS INSIGNIBVS.

| | Quibus abſoluti. | | Damnati. |
|---|---|---|---|
| 1 | *M. Horatius Tergeminus.* | 1. | *L. Scipio Aſiaticus.* |
| 2 | *Ser. Sulpitius Galba.* | 2 | *C. Decianus.* |
| 3 | *A Gabinius.* | 3 | *Sex. Titius.* |
| 4 | *P. Claudius Pulcher.* | 4 | *Claudia Ap. Cæci F.* |
| 5 | *Tuccia virgo Veſtalis.* | 5 | *M. Muluius, Cn. Lollius, L. Sextilius, III. viri.* |
| 6 | *L. Calpurnius Piſo.* | 6 | *P. Villius III. vir.* |
| 7 | *Q. Flauius augur.* | 7. | *M Æmilius Porcina.* |
| 8 | *C. Coſconius Callidianus.* | 8 | *Paterfamilias quidam.* |
| 9 | *A. Atilius Calatinus.* | | Ambuſtæ duæ. |
| 10 | *M. Æmilius Scaurus iunior.* | | |
| 11 | *L. Aurelius Cotta.* | 1 | *Mulier matricida.* |
| 12 | *Calidius Bononienſis.* | 2 | *Materfamilias quædam.* |
| 13 | *Clœlii duo T. F. Tarracinenſes.* | | |

### ABSOLVTI.

NVnc quoque vt æquiore animo ancipites iudiciorum motus tolerentur, recordemur inuidia laborantes, quibus de cauſſis aut abſoluti ſunt, aut damnati.





M. Horatius interfectæ ſororis crimine à Tullo rege damnatus, ad populum prouocato iudicio abſolutus eſt. Quorum alterum atrocitas necis mouit, alterum cauſſa flexit: quia immaturum virginis amorem ſeuere magis, quam impie punitum exiſtimabat. Itaq; forti punitione librata fratris dextera, tantum conſanguineo, quantum hoſtili cruore gloriæ haurire potuit. 1. *Ann. V. 87. circiter. Liu. 1. Dionyſ. 3.*

Atque ſe tunc pudicitiæ cuſtodem populus Romanus poſtea plus iuſto placidum iudicem præſtitit. Cum à Libone trib. pleb. Ser. Galba pro roſtris vehementer increparetur, quod Luſitanorum magnam manum interpoſita fide prætor in Hiſpania interemiſſet; actionique tribuniciæ M. Cato vltimæ ſenectutis, oratione ſua quam in Origines retulit, ſubſcriberet: reus pro ſe iam nihil recuſans, paruulos liberos ſuos, & Galli ſanguine ſibi coniunctum filium, flens commendare cœpit: Eoque facto mitigata concione, qui omnium conſenſu periturus erat, pene nullum triſte ſuffragium habuit. Miſericordia ergo illam quæſtionem, non æquitas rexit: quoniam quæ innocentiæ tribui nequierat abſolutio, reſpectui puerorum data eſt. 2. *An. V. 604. Liuius 49. Cic. de Orat. 1. & Bruto. pro Murena.*

Conſentaneum eſt quod ſequitur.

A Gabinius in maximo infamiæ ſuæ ardore ſuffragiis populi C. Memmio accuſatore ſubiectus abruptæ eſſe ſpei videbatur: quoniam & accuſatio partes ſuas plene exhibebat, & defenſionis præſidia inualida fide nitebantur: & qui iudicabant, ira præcipiti, pœnam hominis cupide expetebant. Lictor igitur & carcer ante oculos obuerſabantur; cum interim omnia iſta propitiæ fortunæ interuentu diſpulſa ſunt. Filius namque Gabinii Siſenna conſternationis impulſu ad pedes ſe Memmii ſupplex proſtrauit: inde aliquod fomentum procellæ petens, vnde totus impetus tempeſtatis eruperat: Quem truci vultu à ſe victor inſolens repulſum, excuſſo è manu annulo humi iacere aliquandiu paſſus eſt. Quod ſpectaculum fecit, vt Lælius trib. pleb approbantibus cunctis Gabinium dimitti iuberet; ac documentum daretur, neq; ſecundarum rerum prouentu inſolenter abuti, neque aduerſis propere quemquam debilitari oportere. 3. *An. V. 699. Cic. ad Att. 4. ad Qu. frat. 3. epi. 1.*

Idque proximo exemplo æque patet, P. Claudius 4. *An. V. 504.*

*Cic. de diu.* 1 neſcio religionis maior, an patriæ iniuria ( ſiquidem illius
*& de Nat.* vetuſtiſſimum morē neglexit, huius pulcherrimam claſ-
*deorum* 2. ſem amiſit) infeſto populo obiectus, cum effugere debi-
*Polyb.* 1. tam pœnam nullo modo poſſe crederetur, ſubito coorti
*Zonaras.* imbris beneficio tutus fuit à damnatione. diſcuſſa enim
*Ioue tonāte* quæſtione aliam velut diis interpellantibus, de integro
*comitia diri-* inſtaurari non placuit. Ita cui maritima tempeſtas cauſæ
*mebantur.* dictionem contraxerat, cæleſtis ſalutem attulit.

5. Eodem auxilii genere Tucciæ virginis Veſtalis ince-
*An.V.*609. ſti criminis reæ caſtitas infamiæ nube obſcurata emerſit:
*Plin.* 28.*c.*2. quæ conſcientia certæ ſinceritatis ſuæ, ſpem ſalutis anci- 4
*D. Auguſt.* piti argumento auſa petere eſt. Arrepto enim cribro, Ve-
*de Ciuit.* 10. ſta, inquit, ſi ſacris tuis caſtas ſemper admoui manus, effi-
*c.*16. *Dion.* ce, vt hoc hauriam è Tiberi aquam, & in ædem tuam per-
*Halic.* 2. feram. Audaciter & temere iactis votis ſacerdotis, rerum
ipſa natura ceſſit.

6. Item L. Piſo à P. Claudio Pulchro accuſatus, quod gra-
*An.V.*694. ues & intolerabiles iniurias ſociis intuliſſet: haud dubiæ
ruinæ metum fortuito auxilio vitauit. Namque per id i-
ſum tempus, quo triſtes de eo ſententiæ ferebantur; re-
pentina vis nimbi incidit. Cumque proſtratus humi pedes
* *al.* Quo iudicum oſcularetur; os ſuum cœno repleuit. * Quod
conſpectu. conſpectum totam quæſtionem à ſeueritate ad clemen-
tiam & manſuetudinem tranſtulit: quia ſatis tam graues
eum pœnas ſociis dediſſe arbitrati ſunt huc deductum ne-
ceſſitatis; vt abiicere ſe tam ſuppliciter, aut attollere tam
deformiter cogeretur.

7. Subnectam duos accuſatorum ſuorum culpa abſolu- 5
*An.V.*425. tos. Q. Flauius Augur à C. Valerio ædile ad populum reus
*Liuius* 8. actus, cum quatuordecim tribuum ſuffragiis damnatus
eſſet; proclamauit ſe innocentem opprimi. Cui Valerius
æque clara voce reſpondit, nihil ſua intereſſe, nocenſne an
innoxius periret, dummodo periret. Qua violentia dicti,
reliquas tribus aduerſario donauit. Abiecerat inimicum:
eundem, dum pro certo peſſundatum credidit, erexit: vi-
ctoriamq; in ipſa victoria perdidit.

C. etiam Coſconium Seruilia lege reum, propter
*An.V.*651. plurima & euidentiſſima facinora, ſine vlla dubitatione
* *al.* Laberii nocentem, * Valerii Valentini accuſatoris eius recitatum
in iudicio carmen, quo puerum prætextatum, & inge-
nuam



nuam virginem à ſe corruptam poetico ioco ſignifica-
uerat, erexit. Siquidem iudices iniquum rati ſunt, eum
victorem dimittere; qui palmam non ex alio ferre, ſed de
ſe dare merebatur. Magis ergo Valerius in Coſconii ab-
ſolutione damnatus, quam Coſconius in cauſſa ſua li-
beratus eſt.

Attingam eos quoque quorum ſalus propriis obruta 9.
criminibus, proximorum claritati donata eſt. A. Atili-
um Calatinum Soranorum oppidi proditione reum ad-
modum infamem, imminentis damnationis periculo,
Q. Maximi ſoceri pauca verba ſubtraxerunt: quibus af-
firmauit; ſi in eo crimine ſontem illum ipſe comperiſſet,
diremptúrum ſe fuiſſe affinitatem. Continuo enim po-
pulus pene iam exploratam ſententiam ſuam vnius iu-
dicio conceſſit: indignum ratus eius teſtimonio nō cre-
dere, cui difficilimis reip. temporibus bene ſe exercitus
crediſſe meminerat.

M. Quoque Æmilius Scaurus repetundarū reus, ad- 10.
eo perditam & comploratam defenſionem in iudicium *An.V.*699.
attulit; vt accuſator diceret, lege ſibi centum atque vi- *Padian. in*
ginti hominibus denunciare teſtimonium licere, ſeque *Scaurian.*
non recuſare quo minus abſolueretur, ſi totidem nomi-
naſſet, quibus in prouincia nihil abſtuliſſet. Licet tam *Cic. ad At-*
6 bona conditione vti non potuerit; tamen propter vetu- *tic.* 4.16.
ſtiſſimam nobilitatem, & recentem memoriam patris,
abſolutus eſt.

Sed quemadmodum ſplendor ampliſſimorum viro- 11.
rum in protegendis reis plurimum valuit; ita in oppri- *An.V.*622.
7 mendis non ſane multum potuit. Quin etiam euidenter *Pad. Cic.*
8 noxiis, dum eos acrius impugnat, profuit. P. Scipio Æ- *Ver.* 1. *& pro*
milianus L. Cottam ad prætorem accuſauit. Cuius cauſ- *Muren.*
ſa, quanquam grauiſſimis criminibus erat confoſſa: ſe-
pties ampliata, & ad vltimum octauo iudicio abſoluta
eſt. Quia homines ſapientiſſimi verebantur ne præcipue
accuſatoris amplitudini damnatio eius donata exiſti-
maretur. Quos hæc ſecū locutos crediderim: Nolumus
caput alterius petentem, in iudicium triumphos & tro-
phæa, ſpoliaque ac deuictarum nauium roſtra deferre:
Terribilis ſit is aduerſus hoſtem: ciuis vero ſalutem, tan- * *al.* frago-
to * fulgore gloriæ ſubnixus, ne inſequatur. re.

Tam vehementes hi iudices aduerſus excellentiſſimũ
accuſatorem, quam illi mites in longe inferioris fortu-
12. næ reo. Calidius Bononienſis in cubiculo mariti noctu
depreheſus, cum ob id cauſſam diceret; inter maximos,
& grauiſſimos infamiæ fluctus emerſit; tanquã fragmẽ-
tum naufragii, leue admodum genus defenſionis am- 9
plexus. Adfirmauit enim ſe ob amorem pueri ſerui eo eſ-
ſe perductum. Suſpectus erat locus, ſuſpectum tempus,
ſuſpecta matris familiæ perſona, ſuſpecta etiam adole-
ſcentia ipſius: ſed crimen adulterii, libidinis intempe- 10
rantis confeſſio liberauit.

13. Remiſſioris hoc, illud aliquanto grauioris materiæ
*An.V.660.* exemplum. Cum parricidii cauſſam duo fratres Clœlii
*circiter.* dicerent, ſplendido Tarracinæ loco nati, quorum pa-
*Cic. pro Sex.* ter T. Clœlius in cubiculo quieſcens, filiis altero lecto
*Roſcio.* cubantibus erat interemptus: neque aut ſeruus quisquã
aut liber inueniretur, ad quem ſuſpicio cædis pertine-
ret: hoc vno nomine abſoluti ſunt, quia iudicibus pla-
num factum eſt, illos aperto oſtio inuentos eſſe dormi-
entes. *Somnus innoxiæ ſecuritatis certiſſimus index* miſeris
opem tulit. Iudicatum eſt enim rerum naturam non re-
cipere, vt occiſo patre, ſupra vulnera & cruorem eius,
quietem capere potuerint.

## DAMNATI.

Percurremus nunc eos, quibus in cauſſę dictione, ma-
gis quæ extra quæſtionem erant, nocuerunt; quam ſua
1. innocentia opem tulit. L. Scipio poſt ſpecioſiſſimum
*An.vrb.566* triumphum de rege Antiocho ductum, perinde ac pe-
*Liuius 38.* cuniam ab eo accepiſſet, damnatus eſt. Non puto quod
*Plut.Caton.* pretio corruptus fuerat, vt illum totius Aſiæ dominum
*App.Syriaca* & iam Europę victrices manus iniicientem, vltra Taurũ
montem ſummoueret: ſed alioqui vir ſinceriſſimæ vitæ,
& ab hac ſuſpicione procul remotus, inuidiæ, quæ tunc
in duorum fratrum inclytis cognominibus habitabat,
2. reſiſtere non potuit.
*An.V.654.* At Scipioni quidem maximus fortunæ fulgor, C.
*Cic. pro C.* autem Deciano ſpectatæ integritatis viro, vox ſua exi-
*Rabir. & L.* tium attulit. Nam cum P. Furium inquinatiſſimæ vitæ
*Flacc.* pro Roſtris accuſaret; quia quadam in parte actionis de
morte



morte L. Saturnini queri auſus fuerat: nec reum damna-
11 uit, & inſuper ei pœnas addictas pependit.

Sex. quoque Titium ſimilis caſus proſtrauit: Erat in- 3.
nocens, erat agraria lege lata gratioſus apud populum. *An.vrb.655*
Tamẽ quia Saturnini imaginem domi habuerat, ſuffra- *Cic.pro C.*
12 giis eum tota cognitio oppreſſit. *Rabirio.*

13 Adiiciatur his Claudia, quam inſontem crimine, vo- 4.
tum impium ſubuertit: Quia cum à ludis domum redi- *Ann.V.5 07è*
ens turba elideretur, optauerat vt frater ſuus maritima- *Liuius 19.*
rum virium noſtrarum præcipua iactura reuiuiſceret; ſę- *Gell. 10. c. 6.*
piusque conſul factus, infelici ductu nimis magnam vr- *Suet.Tib.*
bis frequentiam minueret. 5.

Poſſumus & ad illos breui diuerticulo transgredi, *An. V. 585.*
quos leues ob cauſſas damnationis incurſus abripuit. *Frag. Diarii*
14 M. Muluius, Cn. Lollius, L. Sextilius triumuiri, quod ad *antiqui me-*
incendium in Sacra via ortum extinguendum tardius *minit incen-*
venerant; à tribunis plebis die dicta ad populum damna- *dii in Sacra*
ti ſunt. *via.*

Item P. Villius triumuir nocturnus à P. Aquillio trib. 6.
pleb. accuſatus, populi iudicio concidit: quia vigilias ne- *An. V. 698.*
gligentius circumierat.

Admodum ſeueræ notæ & illud populi iudicium, cum 7.
M. Æmilium Porcinam à L. Caſſio accuſatum crimine *An. V. 616.*
nimis ſublime extructæ villæ in Alſienſi agro, graui
multa affecit.

Non ſupprimenda illius quoque damnatio, qui pue- 8.
ruli ſui nimio amore corruptus, rogatus ab eo ruri vt o-
maſum in cœnam * ferri iuberet, cum bubulæ carnis in * *al.* fieri
propinquo emendæ nulla facultas eſſet; domito boue
occiſo, deſiderium eius expleuit. Eoque nomine publica
quæſtione afflictus eſt: innocens, niſi tam priſco ſeculo
natus eſſet.

## AMBVSTÆ.

Atque vt eos quoque referamus qui in diſcrimen
capitis adducti, neque damnati neque abſoluti ſunt.
Apud M. Popillium Lænatem prætorem quædam, 1.
quod matrem fuſtim interemerat, cauſſam dixit: de *An. V. 610.*
qua neutram in partem latæ ſententiæ ſunt. Quia ab-
unde conſtabat, eandem veneno necatorum liberorum
dolore commotam, (quos auia filiæ infenſa ſuſtule-

rat) parricidium vltam eſſe parricidio. Quorum alterũ 15
vltione dignum, alterum abſolutione non dignum iudi-
catum eſt.

2. *An. V. 685. Gell. 12. c. 7.* **al.* procos

Eadem hæſitatione P. Dolabellæ proconſulari im-
perio Aſiam obtinentis, animus fluctuatus eſt. Materfa-
milias Smyrnæa virum & filium interemit, cum ab his
optime indolis iuuenem, quem ex priore viro enixa fue-
rat, occiſum comperiſſet. Quam rem Dolabella ad ſe de-
latam, *A*thenas ad *A*reopagi cognitionem relegauit:
quia ipſe neq; liberare cædibus duabus contaminatam,
neque punire eam iuſto dolore impulſam, ſuſtinebat.
Conſideranter, & manſuete * populi Romani magiſtra-
tus; ſed Areopagitæ quoque non minus ſapienter. Qui
inſpecta cauſſa, & accuſatorem & ream poſt centum an-
nos adeſſe iuſſerunt: eodem affectu moti, quo Dolabel- 16
la. Sed ille transferendo quæſtionem, hi differendo da-
mnandi atque abſoluendi inexplicabilem cunctatio- 17
nem inuitabant.

---

## *CAPVT II.*

## DE PRIVATIS IVDICIIS INSIGNIBVS.

QVIBVS DAMNATI.

1 *T. Claudius Centumalus.*
2 *Otacilia Laterenſis.*
3 *C. Titinius Minturnenſis.*
4 *Quidam ob equi vecturam longiorem.*

PVblicis iudiciis adiiciam priuata, quorum magis æ- 1
quitas quærentium delectare, quam immoderata
turba lectorem offendere poterit.

1. *An. V. 559. circiter. Cic. offic. lib. 3.*

Claudius Centumalus ab auguribus iuſſus altitudi-
nem domus ſuæ, quam in Cœlio monte habebat, ſum-
mittere, quia his ex arce augurium capientibus officie-
bat, vendidit eã Calpurnio Lanario: nec indicauit quod 2
imperatum à collegio augurũ erat. *A* quib. Calpurnius
demoliri domum coactus, M. Portium Catonem inclyti
Catonis patrem arbitrum Claudio adduxit, & formulam
QVIDQVID. SIBI. DARE. FACERE. OPORTE-
RET.



RET. EX FIDE. BONA. Cato vt eſt edoctus, de in-
duſtria Claudium edictum ſacerdotum ſuppreſſiſſe; con-
tinuo illum Calpurnio damnauit. Summa quidem cum
ęquitate, quia *bonæ fidei venditorem nec commodorum
ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare
oportere.*

2. *An. V. 675. circiter. Meminit Varr. huius Cic. in Brut. & Verr. 3.*

Notum ſuis temporibus iudicium commemoraui:
ſed nec quod relaturus quidem ſum, obliteratum eſt ſi-
lentio. C. Viſellius Varro graui morbo correptus, tre-
centa millia nummum ab Otacilia Laterenſi, cum qua
commercium libidinis habuerat, expenſa ferri ſibi paſ-
ſus eſt: Eo conſilio, vt ſi deceſſiſſet, ab hæredibus eam
ſummam peteret, quam legati genus eſſe voluit, libidi-
noſam liberalitatem debiti nomine colorando. Euaſit
deinde Viſellius ex illa tempeſtate aduerſus vota Otaci-
liæ. Quæ offenſa quod ſpem prædæ ſuæ morte non ma-
turaſſet; ex amica obſequenti, ſubito diſtrictam fœne-
ratricem agere cœpit nummos petendo; quos vt fronte
inuerecunda, ita inani ſtipulatione captauerat. De qua
re C. *A*quillius, vir magnæ autoritatis, & ſcientia iuris
ciuilis excellens, iudex adductus, adhibitis in conſilium
principibus ciuitatis, prudentia & religione ſua mulie-
rem reppulit. Quod ſi eadem formula & Varro damnari,
& aduerſaria abſolui potuiſſet; eius quoque non dubito
quin turpem & inconceſſum errorem libenter caſtiga-
turus fuerit. Nunc priuatæ actionis calumniam ipſe
3 compeſcuit, adulterii crimen publicæ quæſtioni vindi-
candum reliquit.

3. *An. vrb. 653 Plut. in vita*

Multo animoſius, & vt militari ſpiritu dignũ erat, ſe
in conſimili genere iudicii C. Marius geſſit: Nam cum
C. Titinius Minturnenſis Fanniam vxorem, quam im-
pudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiatam,
dote ſpoliare conaretur: ſumptus inter eos iudex, in
4 conſpectu habita quæſtione, ſubductum Titinium
monuit, vt incepto deſiſteret, ac mulieri dotẽ redderet.
Quod cum ſæpius fruſtra feciſſet, coactus ab eo ſenten-
tiam pronũtiare: mulierem impudicitiæ ream ſeſtertio
nummo, Titinium ſumma totius dotis damnauit: Præ-
fatus, idcirco ſe hunc iudicandi modum ſecutum, quod
liqueret ſibi Titinium patrimonio Fanniæ inſidias

ſtruentem, impudicæ coniugium expetiſſe. Fannia autem hæc eſt, quæ poſtea Marium hoſtem à ſenatu iudicatum, cœnoque paludis, qua extractus erat, oblitum,
*An. V. 665.* etiam in domum ſuam cuſtodiendum Minturnis dedu-
*Plut. App.* ctum, ope quantacunque potuit, adiuuit: Memor, quod
*Ciu. I. & alii* impudica iudicata eſſet, ſuis moribus; quod dotem ſeruaſſet, illius religioni acceptum ferri debere.

4. Multus ſermo eo etiam iudicio manauit, in quo quidam furti damnatus eſt; quod equo, cuius vſus illi vſque Ariciam commodatus fuerat, vlteriore eius municipii cliuo vectus eſſet. Quid aliud hoc loci quam verecundiam illius ſeculi laudemus, in quo tam minuti à pudore exceſſus puniebantur?

---

## *CAPVT III.*

## DE MVLIERIBVS QVÆ CAVSAS APVD MAGISTRATVS egerunt.

1 *Amaſia Sentia.*
2 *Afrania Licinii Buccionis.*
3 *Hortenſia Q. F.*

NE de his quidem feminis tacendum eſt, quas conditio naturæ, & verecundiæ ſtola vt in foro & iudiciis tacerent, cohibere non potuit.

1. Amæſia Sentiarea, cauſſam ſuam L. Titio prætore iu- 1
*An. V. 676.* dicium cogente, maximo populi concurſu egit: parteſ-
que omnes ac numeros defenſionis non ſolum diligen- 2
ter, ſed etiã fortiter executa, prima actione, cunctis pene ſententiis liberata eſt: Quam, quia ſub ſpecie feminæ virilem animum gerebat, Androgynem appellabant.

2. Afrania vero Licinii Buccionis ſenatoris vxor prom- 3
pta ad lites contrahendas, pro ſe ſemper apud Prætorem verba fecit: non quod aduocatis deficiebatur, ſed 4
quod impudentia abundabat. Itaque inuſitatis foro latratibus aſſidue tribunalia exercendo, muliebris calumniæ, notiſſimum euaſit exemplum: adeo vt pro crimine improbis feminarum moribus Afraniæ nomen obiiciatur.



5 tur. Prorogauit autem ſpiritum ſuum ad C. Cæſarem III. *An. V. 705.*
Iterum ad P. Seruilium coss. Tale enim monſtrum magis quo tempore extinctum, quam quo ſit ortum, memoriæ tradendum eſt.

Hortenſia vero Q. Hortenſii filia, cum ordo matro- 3.
narum graui tributo à triumuiris eſſet oneratus, nec *An. vrb. 710*
quiſquam virorum patrocinium eis accommodare au- *App. Ciuil. 4*
deret; cauſſam feminarum apud triumviros & conſtan- *Quinct. I.*
ter & feliciter egit. Repræſentata enim patris facundia, *c. I.*
impetrauit vt maior pars imperatæ pecuniæ his remitteretur. Reuixit tum muliebri ſtirpe Q. Hortenſius, verbiſque filiæ aſpirauit: cuius ſi virilis ſexus poſteri vim ſequi voluiſſent, Hortenſianæ eloquentiæ tanta hæreditas vna fœminæ actione abſciſa non eſſet.

---

## *CAPVT IV.*

## DE QVÆSTIONIBVS.

HABITIS A
1 *M. Agrii ſeruo.*
2 *Alexandro C. Fannii.*
3 *Philippo Fuluii Flacci.*

ATque vt omnes iudiciorum numeros exequamur, quæſtiones quibus aut creditum non eſt, aut temere habita fides eſt, referamus.

M. Agrii argentarii ſeruus Alexandrum C. Fannii ſer- 1.
vum occidiſſe inſimulatus eſt; eoque nomine tortus à domino admiſiſſe ſe id facinus conſtantiſſime aſſeuerauit: Itaque Fannio deditus, ſupplicio affectus eſt. Paruulo deinde tempore interiecto, ille cuius de nece creditum erat, domum rediit.

1 Contra Fannii ſeruus Alexander, cum in ſuſpicionem
2 * C. Fl. equitis Romani occiſi veniſſet, ſexies tortus per- 2.
negauit ei ſe culpæ affinem fuiſſe. Sed perinde atq; con- * *al.* C. Ful-
feſſus, & à iudicibus damnatus, & à L. Calpurnio trium- uii.
viro in crucem actus eſt.

Item Fuluio Flacco cauſſam dicente, Philippus ſer- 3.
uus eius, in quo tota quæſtio nitebatur, octies tortus, nullum omnino verbum quo dominus perſtringeretur, emiſit: Et tamen reus damnatus eſt: cum certius argu-

mentum innocentię vnus octies tortus exhiberet, quam octo ſemel torti præbuiſſent.

## CAPVT V. DE TESTIMONIIS IRRITIS VEL RATIS.

1 *Cæpionum ac Metellorum in Q. Pompeium.*
2 *M. Æmilii Scauri in diuerſos.*
3 *L. Craſſi in M. Marcellum.*
4 *Q. Metelli, Lucullorum, Hortenſii & Lepidi in C. Cornelium.*
5 *M. Ciceronis in P. Clodium.*
6 *P. Seruilii Iſaurici in quendam reum.*

1\. SEquitur vt ad teſtes pertinentia exempla commemorem. Cn. & Q. Seruiliis Cæpionibus iiſdem parentibus natis, & per omnes honorum gradus ad ſummam amplitudinem prouectis: item fratribus Q. & L. Metellis conſularibus & cenſoriis, altero etiam triumphali in Q. Pompeium A. F. repetundarum reum acerrime dicentibus teſtimoniũ non abrogata fides abſoluto Pompeio; ſed ne potentia inimicum oppreſſiſſe viderentur, occurſum eſt. 1

*An. vrb. 615 Cic. pro Fonteio.*

2\. M. etiam Æmilius Scaurus princeps ſenatus C. Memmium repetundarum reum deſtricto teſtimonio inſecutus eſt. Item C. Flauium eadem lege accuſatum teſtis proſcidit. Iam C. Norbanum maieſtatis crimine publicæ quæſtioni ſubiectum, ex profeſſo opprimere conatus eſt: nec tamen aut auctoritate, qua plurimum pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quenquam illorum affligere potuit.

*An. V. 650. Cic pro Fonteio, in part An. V. 547. Cic. Font. An V. 559. Cic. partit. & de orat. 2.*

3\. L quoque Craſſus tantus apud iudices, quantus apud P. C. Æmilius Scaurus: namque eorum ſuffragia robuſtiſſimis & feliciſſimis eloquentiæ ſtipendiis regebat, eratque ſic fori, vt ille curiæ princeps. Cum vehementiſſimum teſtimonii fulmen in M. Marcellum reum iniciſſet: impetu grauis, exitu vanus apparuit.

*An. V. 660. Cic. pro Fõt.*

4\. Age Q. Metellus Pius, L. M. Luculli, Q. Hortenſius, M. Lepidus, C. Cornelii maieſtatis rei, quam non onerarunt tantummodo teſtes ſalutem; ſed etiam negantes illo incolumi ſtare rempublicam poſſe, depopoſcerunt? Quæ decora ciuitatis (pudet referre) vmbone iudiciali repulſa ſunt. 2

*An. vr. 687 Pedianus in Cornelian.*



5\. Quid, M. Cicero forenſi militia ſummos honores ampliſſimumque dignitatis locum adeptus, nonne in ipſis eloquentiæ ſuæ caſtris teſtis abiectus eſt, dum P. Clodium Romæ apud ſe fuiſſe iurauit, illo ſacrilegum flagitium vno abſentiæ argumento tuente? Siquidem iudices Clodium inceſti crimine, quam Ciceronem infamia periurii liberare maluerunt. 3

*An. V. 692. Plutarch. Cic. Dio. 37. Cic. Attic. lib. 1. Senec. Lucilio epiſt. 98.*

6\. Tot eleuatis teſtibus, vnum, cuius noua ratione iudicium ingreſſa auctoritas confirmata eſt, referam. P. Seruilius conſularis, cenſorius, triumphalis, qui maiorum ſuorum titulis Iſaurici cognomen adiecit; cum forum præteriens teſtes in reum dari vidiſſet, loco teſtis conſtitit; ac inter ſummam patronorum pariter & accuſatorum admirationem ſic orſus eſt. Hunc ego, iudices, qui cauſſam dicit, cuias ſit, aut quam vitã egerit, quamque merito vel iniuriæ accuſetur, ignoro: illud tantum ſcio, cum occurriſſet mihi Laurentina via iter facienti, admodum anguſto loco equo deſcẽdere noluiſſe. Quod an aliquid ad religionem veſtram pertineat, ipſi æſtimabitis: ego id ſupprimendum non putaui. Iudices reum, vix auditis cæteris teſtibus, damnauerunt. Valuit enim apud eos, cum amplitudo viri, tum grauis neglectæ dignitatis eius indignatio: cumque qui venerari principes neſciret, in quodlibet facinus procurſurum crediderunt. 4

*An. V. 679. L. Flor. 3. c. 6 Cic. Verr. 3.*

## CAPVT VI. QVI QVÆ IN ALIIS VINDICARANT IPSI COMMIſerunt.

1 *C. Licinius Hopplomachus.*
2 *C. Marius Cos. 6.*
3 *C. Licinius Caluus Stolo.*
4 *Q. Varius Ibrida.*

NE illos quidem latere patiamur, quàquæ in aliis vindicarant, ipſi commiſerunt.

1\. C. Licinius cognomine Hoplomachus, à prętore po-
ſtulauit, vt patri ſuo bonis, tanquam ea diſſipanti inter-
diceretur. Et quidem quod petierat impetrauit: ſed ipſe
paruo poſt tempore, mortuo ſene, amplam ab eo reli- 1
ctam pecuniam latifundiaque feſtinanter conſumpſit.
Dignus hac viciſſitudine pœnæ fuit: quoniam hæredita-
*al. colere, tem abſumere, quam hæredem maluit * tollere.
*forte*, alere. C. autem Marius, cum magnum & ſalutarem reipub.
2\. ciuem in L. Saturnino opprimendo egiſſet, à quo in mo-
*An. V.* 653. dum vexilli pileum ſeruituti ad arma capienda oſtenta-
*Liuius* 69. tum erat: L. Sulla cum exercitu in Vrbem irrumpente, ad
*Cic. pro Ra-* auxilium ſeruorum pileo ſublato confugit. Itaque dum
*bir Flo.* 3. *c.* 16 facinus, quod punierat, imitatur; alterũ Marium à quo 2
*An. V.* 665. affligeretur, inuenit.
3\. C. vero Licinius Stolo, cuius beneficio plebei peten-
*An. V.* 386. di conſulatum poteſtas facta eſt, cum lege ſanxiſſet ne-
*Liuius* 7. quis amplius quam quingenta agri iugera poſſideret, i-
*Plutarch.* pſe mille comparauit: diſſimulantique criminis gratia
*Camillo.* dimidiam partem filio emancipauit. Quam ob cauſam à
*An. V.* 396. M. Popillio Lænate accuſatus, primus ſua lege cecidit:
*Liuius* 7. ac docuit *nihil aliud præcipi debere, niſi quod prius quiſq; ſibi*
*Plut. Cam.* *imperauerit.*
*Plin.* 18. *c.* 3. Q. autem Varius, propter obſcurum ius ciuitatis Ibri-
4\. da cognominatus, trib. pleb. legem aduerſus interceſſio-
*An. V.* 662. nem collegarum perrogauit: qua iubebat quæri quo- 3
*Cic. Bruto.* rum dolo malo ſocii ad arma ire coacti eſſent, magna
*Ap. Ciuil.* 1. cum clade reipublicæ: ſociale enim prius, deinde ciuile
bellum excitauit. Sed dum ante peſtiferum tribunum
pleb. quam certum ciuem agit, ſua lex eum domeſticis
laqueis conſtrictum abſumpſit.

---

## *CAPVT VII.*

## DE STVDIO ET INDVSTRIA.

ROMANORVM.

1 *M. Catonis maioris.*
2 *M. Catonis Vticenſis.*
3 *M. Terentii Varronis.*
4 *C. Liuii Druſi.*
5 *Paulli ſenatoris & Pontii Lupi.*
6 *Craſſi*



*Muciani.*
7 *Q. Roſcii comœdi.*

EXTERNORVM.

1 *Demoſthenis Athenienſis.*
2 *Pythagoræ Samii.*
3 *Platonis Athenienſis.*
4 *Democriti Abderitæ.*
5 *Carneadis Cyrenæi.*
6 *Anaxagoræ Clazomenii.*
7 *Archimedis Syracuſii.*
8 *Socratis Athenienſis.*
9 *Iſocratis Athenienſis.*
10 *Chryſippi Tarſenſis.*
11 *Cleanthis Aſſii.*
12 *Sophoclis Athenienſis.*
13 *Simonidis Ceii.*
14 *Solonis Athenienſis.*
15 *Themiſtoclis Athenienſis.*

QVid ceſſo vires induſtriæ commemorare? cuius alacri ſpiritu militiæ ſtipendia roborantur; forenſis gloria accenditur, fido ſinu cuncta ſtudia recepta nutri-
1 untur: quicquid animo, quicquid manu, quicquid lingua admirabile eſt, ad cumulum laudis perducitur. Quæ cum perfectiſſima ſit virtus, eam tamen duramento ſui confirmat.

Cato ſextum & octogeſimum annum agens, dum in 1.
republ. tuenda iuvenili animo perſtat; ab inimicis capi- *An. V.* 604.
tali crimine accuſatus, ſuam cauſſam egit. Neque aut *Plin.* 7. *c.* 17.
memoriã eius quiſquam tardiorem, aut firmitatem la- *Cic. Acad.*
teris vlla ex parte quaſſatam, aut os hæſitatione impedi- *quæſtion.* 2.
tum animaduertit. Quia omnia iſta in ſtatu ſuo æquali *Plut. Catone*
ac perpetua induſtria continebat. Quin etiam in ipſo
diutiſſime actæ vitæ fine diſertiſſimi oratoris Galbæ ac- *Cic. in Brut.*
cuſationi defenſionem ſuam pro Hiſpania appoſuit.

Idem Græcis literis erudiri concupiuit: quam ſero, inde æſtimemus, quod etiam Latinas pene iam ſenex didicit. Cumque eloquentia magnam iam gloriã partam haberet; id egit, vt iuris ciuilis quoque eſſet peritiſſimus.

Cuius mirifica proles, propior ætati noſtræ Cato, ita 2.
doctriæ cupiditate flagrauit; vt ne in curia quidẽ, dum *Cic. de fin.* 3.
ſenatus cogitur, temperaret ſibi, quo minus libros Græcos lectitaret: Qua quidem induſtria oſtendit, aliis tempora deeſſe, alios temporibus ſupereſſe.

2 TERENTIVS autem Varro humanæ vitæ exem- 3.
plum, ætatiſque ſpacium nominandus: non annis, qui- *Gell.* 3. *c.* 10.
bus ſeculi tempus æquauit, quam ſtylo viuacior fuit,

In eodem enim lectulo & ſpiritus eius, & egregiorum o-
perum curſus extinctus eſt.

4. Conſimilis perſeuerantiæ Liuius Druſus, qui ætatis
*Cic. Tuſc. 5.* viribus, & acie oculorum defectus, ius ciuile populo be-
*& in Bruto.* nigniſſime interpretatus eſt: vtiliſſimaque diſcere id cu-
pientibus monimenta compoſuit. Nam vt ſenem illum
natura cæcum fortuna facere potuit, ita neutra inter-
pellare valuit; ne non animo & videret & vigeret.

5. Paulus vero ſenator, & Pontius Lupus eques Roma- 3
nus, ſuis temporibus celebres cauſſarum auctores, lu-
minibus capti, eadem induſtria forenſia ſtipendia exe-
cuti ſunt. Itaque frequentius etiam audiebantur, con-
currentibus aliis, quia ingenio eorum delectabantur, a- 4
liis, quia conſtantiam admirabantur. Namque tali in-
commodo perculſi ſeceſſum petunt, duplicantque tene-
bras, fortuitis voluntarias adiicientes.

6. *An. V. 622.* Iam P. Craſſus, cum in *Aſiam* ad Ariſtonicum regem
*Quint. 11. c. 2.* debellandum conſul veniſſet, tanta cura Græcæ linguæ
notitiam animo comprehendit, vt eam in quinque diui-
*Cic. in Brut.* ſam genera per omnes partes ac numeros penitus cog-
*ingenium,* noſceret. Quæ res maximum ei ſociorum amorem con-
*ſtudium, ac* ciliauit, qua quis eorum lingua apud tribunal illius po-
*induſtriam* ſtulauerat, eadem decreta reddenti.
*eius commẽdat.*

Ne Roſcius quidem ſubtrahatur ſcenicæ induſtriæ
notiſſimum exemplum, qui nullum vnquam ſpectanti
7. populo geſtum, niſi quem domi meditatus fuerat, po-
*Cic. pro eodẽ, & Archia poeta. Macrob. Sat. 3.* nere auſus eſt. Quapropter non ludicra ars Roſcium,
ſed Roſcius ludicram artem commendauit: nec vul-
gi tantum fauorem, verum etiam principum familiari-
tates amplexus eſt. Hęc ſunt attenti & anxii, & nunquam
ceſſantis ſtudii præmia: propter quæ tantorum viro-
rum laudibus non impudenter ſe perſona hiſtrionis in-
ſeruit.

## EXTERNA.

1. Græca quoque induſtria, quoniam noſtræ multum
*Cic. de Orat. 1.* profuit, quem meretur fructum Latinæ linguæ recipiat.
Demoſthenes, cuius commemorato nomine, maximæ
eloquentiæ cõſummatio audientis animo oboritur, cũ
*Cic. diuin. 2.* inter initia iuuentę, artis, quam affectabat, primam lite-
ram



ram dicere non poſſet, oris ſui vitium tanto ſtudio expu-
gnauit, vt ea à nullo expreſſius efferretur. Deinde pro- *Vide Plut. in vita.*
pter nimiam exilitatem acerbam auditu vocem ſuam ex-
ercitatione continua ad maturum & gratum auribus ſo-
nũ perduxit. Lateris etiam firmitate defectus, quas cor- *Quint. 11. c. 3. Cic. de fin. 5.*
poris habitus vires negauerat, à labore mutuatus eſt:
Multos enim verſus vno impetu ſpiritus complecteba-
tur, eoſque aduerſa loca celeri gradu ſcandens, pronun-
tiabat. Ac vadoſis littoribus inſiſtens declamationes flu-
ctuum fragoribus obluctantibus edebat, vt ad fremitus
5 concitatarum concionum patientia * duratis auribus ** al.* duratis actionibus
vteretur. Fertur quoque ore inſertis calculis multum ac
diu loqui ſolitus, quo vacuum promptius eſſet & reſolu-
tius. Prœliatus eſt contra rerum naturam & quidẽ victor
abiit, malignitatem eius pertinaciſſimo animi robore
ſuperando. Itaque alterum Demoſtenem mater, alterum
induſtria enixa eſt.

2. Atque vt ad vetuſtiorem induſtriæ actum transgredi-
ar, Pythagoras perfectiſſimum opus ſapientiæ à iuuenta *Diog. Laert. in vita.*
pariter omnis honeſtatis percipiendę cupiditatẽ ingreſ-
ſus (*nihil* enim *quod ad vltimum ſui finem peruenturum eſt, non & mature & celeriter incipit*) Ægyptum petiit, vbi li- *Cic. de fin. 5.*
teris gentis eius aſſuefactus, præteriti æui ſacerdotum
commentarios ſcrutatus, innumerabilium ſeculorum
obſeruationes cognouit. Inde ad Perſas profectus, ma-
gorum exactiſſimæ prudentiæ ſe formandũ tradidit; à
6 quibus ſiderum motus curſusq; ſtellarum, & vniuscuius-
7 que vim, proprietatem & effectum benigniſſime demon-
ſtratum docili animo hauſit. Cretam deinde, & Lacedę-
mona nauigauit: quarum legibus ac moribus inſpectis,
ad Olympicum certamen deſcendit. Cumque multipli-
cis ſcientiæ maxima totius Græciæ admiratione ſpeci-
men exhibuiſſet: quo cognomine cenſeretur interroga- *Cic. Tuſc. 5.*
8 tus, non ſe σοφὸν (iam enim illud ſeptem excellentes viri
9 occupauerant) ſed φιλόσοφον eſſe reſpondit. In Italiæ etiã
partẽ, quæ tunc maior Græcia appellabatur, perrexit; in *Tuſc. 1. & 5.*
10 qua plurimis & opulentiſſimis vrbibus effectus ſuorum
ſtudiorũ approbauit. Cuius ardentẽ rogum plenis vene-
rationis oculis Metapondus aſpexit: oppidũ Pythagorę
quam ſuorum cinerum nobilius clariusve monumento. *Cic. de fin. 5.*

3. Plato autem patriam Athenas, præceptorem Socra-
*Laert. in vi-* tem ſortitus, & locum & hominem doctrinæ fertiliſſi-
*ta.* mum; ingenii quoque diuina inſtructus abundantia:
cum omnium iam mortalium ſapiētiſſimus haberetur,
*Cic. n Brut.* eo quidem vſque, vt ſi ipſe Iupiter cælo deſcendiſſet, nec
elegantiore, nec beatiore facundia vſurus videretur: Æ-
gyptum peragrauit, dum à ſacerdotibus eius gentis
*Cic. de fin. 5.* Geometriæ multiplices numeros, atque cæleſtium ob-
ſeruationum rationem percipit. Quoque tempore à
ſtudioſis iuuenibus certatim Athenæ Platonem docto-
rem quærentibus petebantur; ipſe Nili fluminis inexpli-
cabiles ripas, vaſtiſſimosque campos, effuſam barbari-
em, & flexuoſos foſſarum ambitus Ægyptiorum ſenum
*Cic. de Se-* diſcipulus luſtrabat. Quo minus miror eum in Italiam
*nect. de fin. 5.* transgreſſum, vt ab Archita Tarenti, à Timæo & Ario-
ne, & Echecrate Locris Pythagoræ præcepta & inſtituta
acciperet. Tanta enim vis, tanta copia literarum vndiq;
colligenda erat, vt inuicem per totum terrarum orbem
*Quinct. 2.* diſpergi & dilatari poſſet. Altero etiam & octogeſimo 11
*c. 17.* anno decedēs ſub capite Sophronis mimos habuiſſe fer-
*Laert. in vi-* tur: ſic ne extrema quidem eius hora agitatione ſtudii
*ta.* vacua fuit.

*Suidas.* At Democritus, cum diuitiis cenſeri poſſet, quæ tan-
4. tæ fuerunt, vt pater eius Xerxis exercitui epulum dare
ex facili potuerit: quo magis vacuo animo ſtudiis litera 12
rum eſſet operatus, parua admodum ſumma retēta, pa-
trimonium ſuum patriæ donauit. Athenis autem com-
pluribus annis moratus, omnia temporum momenta ad
percipiendam & exercendā doctrinam conferens, igno-
tus illi vrbi vixit; quod ipſe in quodam volumine teſta-
tur. Stupet mens admiratione tantæ induſtriæ, & iam
tranſit alio.

5. Carneades laborioſus & diuturnus ſapientiæ mi-
*Cic. Acad. 1.* les; ſiquidem nonaginta expletis annis, idem illi viuen-
di ac philoſophandi finis fuit: Ita ſe mirificum doctri-
næ operibus addixerat, vt cum cibi capiendi cauſſa re-
cubuiſſet, cogitationibus inhærens; manum ad men-
ſam porrigere obliuiſceretur. Sed eum Meliſſa, quam 13
vxoris loco habebat, temperato inter ſtudia non inter-
pellandi, ſed inediæ ſuccurrendi officio dexteram ſuam
neceſ-



ſariis vſibus aptabat. Ergo animo tantummodo
vita fruebatur, corpore vero quaſi alieno & ſuperua-
cuo circumdatus erat. Idem cum Chryſippo diſputa- *Gell. 17. c. 15.*
turus, helleboro ſe ante purgabat, ad exprimendum in- *Plin. 25. c. 5.*
genium ſuum attentius, & illius refellendum acrius:
quas potiones induſtria ſolidæ laudis cupidis efficit ap-
petendas.

Quali porro ſtudio Anaxagoram flagraſſe credimus? *6.*
qui cum è diutina peregrinatione patriam repetiſſet, *Plat. in Hip-*
poſſeſſionesque deſertas vidiſſet, Non eſſem, inquit, ego *pia maiore.*
ſaluus, niſi iſtæ periiſſent. Vocem petitæ ſapientiæ com- *Laert.*
potem. Nam ſi prædiorum potius, quam ingenii cultu-
ræ vacaſſet; dominus rei familiaris intra penates man-
ſiſſet, nec tantus Anaxagoras ad eos rediiſſet.

Archimedis quoque fructuoſam induſtriam fuiſſe *7.*
dicerem, niſi eadem illi & dediſſet vitam, & abſtuliſſet.
Captis enim Syracuſis, Marcellus machinationibus *An. V. 541.*
eius multum ac diu victoriam ſuam inhibitam ſenſe- *Liuius 25.*
rat: eximia tamen hominis prudentia delectatus, vt ca- *Plut. Mar-*
piti illius parceretur, edixit; pene tantum gloriæ in Ar- *cell.*
chimede ſeruato, quantum in oppreſſis Syracuſis repo- *Cic. de fin. 5.*
14 nens. At is dum animo & oculis in terram defixis for- *& Ver. 6.*
mas deſcribit, militi qui prædandi gratia domū irrupe-
rat, ſtrictoque ſuper caput gladio; quisnē eſſet, interro-
gabat: propter nimiam cupiditatā inueſtigādi quod re-
quirebat, nomen ſuum indicare non potuit. Sed pro ta-
cto manibus puluere, Noli, inquit, obſecro, iſtum dis-
15 turbare: Ac perinde quaſi negligens imperii victoris, ob-
truncatus, ſanguine ſuo artis ſuæ lineamenta confudit.
Quo accidit, vt propter idem ſtudium modo donaretur
vita, modo ſpoliaretur.

Socratem etiam conſtat ętate prouectum fidibus tra- *8.*
ctandis operam dare cœpiſſe: ſatius iudicantem eius ar- *Plat. in Eu-*
tis vſum ſero, quam nunquam percipere. Et quantula *thyd. Cic.*
Socrati acceſſio iſta futuræ ſcientiæ erat? ſed pertinax *Pato. Iohan.*
hominis induſtria, tantis doctrinæ ſuæ diuitiis etiam *Sarisberien-*
Muſicæ rationis viliſſimum elementum accedere vo- *ſis lib. 8.*
luit. Ergo dum ad diſcendum ſemper ſe pauperem credi-
dit, ad docendum fecit ſe locupletiſſimum. *9.*

Atque vt longæ & felicis induſtriæ quaſi in vnum *Cic. Catone.*

aceruum exempla redigamus, Iſocrates nobiliſſimũ li-
brum, qui inſcribitur Παναθηναϊκὸς, quartum & nonage-
ſimum annum agens, vt ipſe ſignificat, compoſuit, opus
ardentis ſpiritus plenum. Ex quo apparet, *ſeneſcentibus
membris eruditorum, intus animos induſtriæ beneficio florem
iuventæ retinere.* Neque hoc ſtylo terminos vitę ſuæ clau-
ſit: namque admirationis eius fructum quinquennio
percepit.

10. Citeriores ætatis metas, ſed non parui tamen ſpatii
*Laert. Suid.* Chryſippi viuacitas flexit: nam octogeſimo anno cœ-
*Lucian. Ma-* ptum, vnde quadrageſimum λογικῶν exactiſſimæ ſubtili- 16
*crob.* tatis volumen reliquit. Cuius ſtudium in tradendis in-
genii ſui monimentis tantum operæ laborisque ſuſtinu-
it; vt ad ea quæ ſcripſit penitus cognoſcenda, longa vita
ſit opus.

11. Te quoque Cleanthe tam laborioſe haurientem, &
*Laert. Suid.* tam pertinaciter tradentem ſapientiam, numen ipſius
*Lucian. Cic.* induſtriæ ſuſpexit: cum adoleſcentem quæſtu extrahen-
*Acad. 1.* dæ aquæ nocturno tempore inopiam tuam ſuſtentan-
tem diurno Chryſippi præceptis percipiendis vacan-
tem, eundemque ad vndecenteſimum annum attenta
cura erudientem auditores tuos videret: Duplici enim
labore vnius ſeculi ſpacium occupaſti, incertum redden-
do diſcipulusne an præceptor eſſes laudabilior.

12. Sophocles quoque glorioſum cum rerum natura cer-
tamen habuit; tam benigne mirifica opera illa ſua exhi-
bendo, quam illa operibus eius tempora liberaliter ſub-
*Lucia. Ma-* miniſtrando: Prope enim centeſimum annum attigit,
*crob. Cic.* ſub ipſum tranſitum ad mortem Oedipode Coloneo
*Catone. Ipſe* ſcripto; qua ſola fabula omnium eiuſdem ſtudii poeta-
*Valer. 9. c. 12* rum præripere gloriam potuit: *I*dque ignotum eſſe po- 17
ſteris filius Sophoclis *I*ophon noluit, ſepulchro patris,
quæ retuli, inſculpendo.

13. Simonides vero poeta octogeſimo anno & docuiſſe
*Vix. an. 89.* ſe carmina, & in eorum certamen deſcendiſſe ipſe glori-
*Suid.* atur: nec fuit iniquum, illum voluptatem ex ingenio ſuo
diu percipere, cum eam omni æuo fruendam traditurus
eſſet.

14. *I*am Solon quanta induſtria flagrauerit, & verſibus
*Cic. Catone.* complexus eſt, quibus ſignificat ſe quotidie aliquid ad-
diſcen-



diſcentem ſeneſcere, & ſupremo vitæ die confirmauit. *Plato Lachete,*
quum aſſidentibus amicis & quadam de re ſermonem in- *te, & de*
ter ſe conferentibus, fatis iam preſſum caput erigeret: In- *rep. 7.*
terrogatuſque quapropter id feciſſet, reſpondit; Vt cum
iſtud, quicquid eſt, de quo iam diſputatis, percepero, mo-
riar. Migraſſet profecto ex hominibus inertia, ſi eo animo
vitam ingrederemur, quo eam Solon egreſſus eſt.

Quam porro induſtrius Themiſtocles, qui maxima- 15.
rum rerum cura diſtrictus, omnium tamen ciuium ſuorũ *Cic. Catone.*
18 nomina memoria comprehendit: Per ſummamque ini- *Plut. &*
quitatem patria pulſus, & ad Xerxem, quem paullo ante *Prob. in vi-*
deuicerat, confugere coactus, prius quam in conſpectum *ta.*
eius veniret, Perſico ſermoni ſe aſſuefecit: vt labore parta
commendatione, regiis auribus familiarem & aſſuetum
ſonum vocis adhiberet.

Cuius vtriuſque induſtriæ laudem duo reges partiti *Plin. 7. c. 24.*
ſunt; Cyrus omnium militum ſuorum nomina; Mithri- *Sol. & Quin-*
dates duarum & viginti gentium, quæ ſub regno eius *til. 11. c. 24.*
erant linguas ediſcendo. Ille, vt ſine monitore exercitum
ſalutaret: hic, vt eos quibus imperabat, ſine interprete al-
loqui poſſet.

---

## CAPVT VIII.
## DE OTIO LAVDATO.

| In Romanis. | In externis. |
|---|---|
| 1 *P. Æmiliano & C. Lælio.* | 1 *Socrate Athenienſi.* |
| 2 *Q. Mucio Scæuola Augure.* | 2 *Achille Homerico.* |

1 OTium, quod induſtriæ, & maxime ſtudio contra-
rium videtur, ſubnecti breuiter debet; non quo eua-
neſcit virtus, ſed quo recreatur. Alterum enim etiam
inertibus vitandum; alterum ſtrenuis quoque interdum
2 appetendum eſt: Illis, ne vitam eneruem exigant: his vt
tempeſtiua laboris intermiſſione ad laborandum fiant
vegetiores.

Par veræ amicitiæ clariſſimum Scipio & Lælius, cum 1.
amoris vinculo, tum etiam omnium virtutum inter ſe iun-

cti ſocietate, vt actuoſæ vitæ iter æquali gradu exequebantur; ita animi quoque remiſſioni communiter ac-
*Cic. de orat.* quieſcebant. Conſtat namque eos Caietæ & Laurenti va-
*2. Horat. 2.* gas littoribus conchulas, & vmbilicos lectitaſſe: Idque
*Sat. 1.* ſe L. Craſſus ex ſocero ſuo Q. Scæuola, qui gener Lælii fuit, audiſſe ſæpenumero prædicauit.

2. Scæuola autem quietæ remiſſionis eorum certiſſimus teſtis, optime pila luſiſſe traditur: quia videlicet ad hoc diuerticulum animum ſuum forenſibus miniſteriis fatigatum, transferre ſolebat. Alueo quoque & calculis vacaſſe interdum dicitur; cum bene ac diu iura ciuium, & cæremonias deorum ordinaſſet: vt enim in rebus ſeriis Scæuolam; ita & in ſcurrilibus luſibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris patientem eſſe non ſinit.

*Externa.*

1. Idque vidit, cui nulla pars ſapientiæ obſcura fuit,
*Equitare in* Socrates: ideoque non erubuit tunc, cum interpoſita
*arundine* arundine cruribus ſuis, cum paruulis filiolis ludens ab Al-
*longa. Horat.* cibiade riſus eſt.
*2. Sat. 3.* Homerus quoque ingenii cæleſtis vates non aliud
2. ſenſit, vehementiſſimis Achillis manibus canoras fides
*Iliad. Ouid.* aptando, vt earum militare robur leni paçis ſtudio relaxaret.

---

## *CAPVT IX.*
## DE VI ELOQVENTIÆ.

| In Romanis. | | In externis. | |
|---|---|---|---|
| 1 | V. *Valerio Max. dict.* | 1 | *Piſiſtrato Athenienſi.* |
| 2 | *M. Antonio oratore.* | 2 | *Pericle Athenienſi.* |
| 3 | *C. Aurelio Cotta.* | 3 | *Hegeſia Cyrenaico.* |

POTENTIAM vero eloquentiæ etſi plurimum valere animaduertimus; tamen ſub propriis exemplis, quo ſcilicet vires eius teſtatiores fiant, recognoſci
1. conuenit.
*An. vr. 259.* Regibus exactis, plebs diffidens à patribus, iux-
*Liuius 3.* ta ripam fluminis Anienis in colle, qui Sacer appellatur,





armata conſedit. Eratque non ſolum deformis, ſed etiam *Dionyſ. 12.*
miſerrimus reipublicæ ſtatus: à capite eius cætera parte *Plut. Pomp.*
corporis peſtifera ſeditione diuiſa. Ac ni Valerii ſubue- *Zonaras.*
niſſet eloquentia, ſpes tanti imperii in ipſo pene ortu ſuo corruiſſet. Is nanque populum noua & inſolita libertate temere gaudentem, oratione ad meliora & ſaniora conſilia reuocatum, ſenatui ſubiecit, id eſt, vrbem vrbi iunxit. Verbis ergo facundis ita, conſternatio, & arma ceſſerunt.

Quæ etiam Marianos Cinnanoſque mucrones ciuilis 2.
profundendi ſanguinis cupiditate furentes, inhibuerunt.
Miſſi enim à ſæuiſſimis ducibus milites ad M. Antonium *An. vr. 666.*
obtruncandum, ſermone eius obſtupefacti, deſtrictos *App. Ciuil. 1.*
iam & vibrantes gladios cruore vacuos vaginis reddi- *Plut. Mario.*
derunt. Quibus digreſſis, * P. Antronius (is enim ſolus *Velleius.*
in ambitu expers Antonianæ vocis ſteterat) crudele im- * *al.* P. An-
perium truculento miniſterio peregit. Quam diſertum nius
igitur eum fuiſſe putemus, quem ne hoſtium quidem quiſquam occidere ſuſtinuit, qui modo vocem eius ad aures ſuas voluit admittere!

Diuus quoque Iulius, quam cæleſtis numinis, tam 3.
etiam humani ingenii perfectiſſimum columen, vim facundiæ propriæ expreſſit: dicendo in accuſatione Cn.
Dolabellæ, quem reum egit, extorqueri ſibi cauſſam o- *An. vr. 676.*
ptimam C. Cottæ patrocinio. Siquidem maxima tunc *Suet. Cæſare.*
vis eloquentiæ queſta eſt: cuius facta mentione, quoniam *Plut. & alii.*
domeſticum nullum maius adiecerim exemplum, pere- *Cic. in Bru-*
grinandum eſt. *to.*

*Externa.*

PISISTRATVS dicendo tantum valuiſſe tra- 1.
ditur, vt ei Athenienſes regium imperium oratione ca- *Iuſt. 2. Plut.*
pti permitterent: cum præſertim ex contraria parte a- *Solone. He-*
mantiſſimus patriæ Solon niteretur. Sed alterius ſalu- *rodot. 1.*
briores erant conciones, alterius diſertiores: quo euenit, vt alioqui prudentiſſima ciuitas libertati ſeruitutem
præferret. 2.
Pericles autem feliciſſimis naturæ incremen- *Plut. in vita.*
tis, ſub Anaxagora præceptore ſummo ſtudio perpolitus *Cic. in Bru-*
& inſtructus, liberis Athenarum ceruicibus iugum ſer- *to. & 3. de*
*orat.*

uitutis impoſuit: egit enim ille vrbem, & verſauit arbi-
trio ſuo. Cumque aduerſus voluntatem populi loquere-
tur, iucunda nihilominus, & popularis eius vox erat. Itaq;
*Eupolis ἐν δήμοις.* veteris comœdiæ maledica lingua, quanuis potentiam vi-
ri perſtringere cupiebat, tamen in labris eius hominis
melle dulciorem leporem fatebatur habitare: inque ani-
mis eorum, qui illum audierant, quaſi aculeos quoſdam
relinqui prædicabat. Fertur quidam, cum admodum ſe-
nex primę concioni Periclis adoleſcentuli intereſſet, idem-
que iuuenis Piſiſtratum iam decrepitum concionantem
audiſſet; non temperaſſe ſibi quo minus exclamaret, Ca-
ueri illum ciuem oportere, quod Piſiſtrati orationi ſimil-
lima eius eſſet oratio: Nec hominem aut æſtimatio elo-
quii, aut morum augurium fefellit. Quid enim inter Pi-
ſiſtratum & Periçlem interfuit? niſi quod ille armatus, hic
ſine armis tyrannidem geſſit?

3. Quantum eloquentia valuiſſe Hegeſiam Cyrenai-
*Laert. Ari-* cum philoſophum arbitramur? qui ſic mala vitæ repræ-
*ſtip. Cic.* ſentabat; vt eorum miſeranda imagine audientium pecto-
*Tuſc. 1.* ribus inſerta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupi-
ditatem ingeneraret? Ideoque à rege Ptolemæo vlterius
haç de re diſſerere prohibitus eſt.

---

## *CAPVT X.*

## DE PRONVNTIATIONE ET Apto motu corporis.

| In Romanis. | Externo vno. |
|---|---|
| 1 *C. Graccho.* | *Demoſthene Athenienſi.* |
| 2 *Q. Hortenſio.* | |
| 3 *M. Tullio.* | |

ELoquentiæ autem ornamenta in pronuntiatione a-
pta, & conuenienti motu corporis conſiſtunt: quibus
cum ſe inſtruxit, tribus modis homines aggreditur, ani-
mos eorum ipſa inuadendo, horum alteri aures, alteri ocu-
los permulcendos tradendo.

1. Sed vt propoſiti fides in perſonis illuſtribus exhibea-
tur, C. Gracchus eloquentiæ quam propoſiti felicioris
adoleſcens,



adoleſcens, quoniám flagrantiſſimo ingenio cum optime *An. vr. 630*
rempublicam tueri poſſet, perturbare impie maluit: quo- *Plu. in vita.*
ties apud populum concionatus eſt, ſeruum poſt ſe muſi- *Gell. 1. c. 21.*
cę artis peritum habuit, qui occulte eburnea fiſtula pro- *Quint. 1. c.*
nuntiationis eius modos formabat; aut nimis remiſſos *17.*
excitando, aut plus iuſto concitatos reuocando: Quia i- *Cic. 3. de o-*
pſum calor atq; impetus actionis attentum huiuſce tem- *rat.*
peramenti ęſtimatorem eſſe non patiebatur.

Q. autem Hortenſius plurimum in corporis decoro 2.
motu repoſitum credens, pene plus ſtudii in eodem elabo- *Gell. 1. c. 5.*
rando, quam in ipſa eloquentia affectanda impendit. Ita-
que neſcires, vtrum cupidius ad audiendum eum, an ad
1 ſpectandum conçurreretur: ſic verbis oratoriis aſpectus,
& rurſus aſpectui verba ſeruiebant. Itaque conſtat Æſo-
pum & Roſcium ludicræ artis peritiſſimos viros, illo cau-
ſas agente, in corona frequenter aſtitiſſe; vt foro petitos
geſtus, in ſcenam referrent.

Iam M. Cicero quantum in vtraque re, de qua lo- 3.
quimur momenti ſit, oratione quam pro Gallio habuit, *An. vr. 687*
ſignificauit, M. Calidio accuſatori exprobrando, quod *Cic. in Brut.*
præparatum ſibi à reo venenum, teſtibus, chirographis, *Pæd. pro*
quæſtionibus ſe probaturum affirmans, remiſſo vultu, & *Cornel.*
languida voce, & ſoluto genere orationis vſus eſſet: Pari- *Quint. 11.*
terque & oratoris vitium detexit, & cauſſæ periclitantis *c. 3.*
argumentum adiecit, totum hunc locum ita claudendo:
Tu iſtud M. Calidi niſi fingeres ſic ageres?

### *Externa.*

Conſentaneum huic Demoſthenis iudicium, qui cum 1.
2 interrogaretur, quidnam eſſet in dicendo efficaciſſimum, *Cic. Brut. &*
reſpondit, ἡ ὑπόκρισις. Iterum deinde & tertio interpel- *de orat. 3.*
latus idem dixit, pene totum ſe illi dedere confitendo. *Quint. 11. c. 3*
Recte itaque Æſchines, cum propter iudicialem igno- *Cic. de orat.*
miniam, relictis Athenis, Rhodum petiſſet, atque ibi *3. Plin. 7.*
rogatu ciuitatis ſuam prius in Cteſiphontem, deinde De- *cap. 30.*
moſthenis pro eodem orationem clariſſima & ſuauiſſima
voce recitaſſet; admirantibus cunctis vtriuſque * columi- ** al. volu-*
nis eloquentiam, ſed aliquanto magis Demoſthenis; *minis*
Quid ſi, inquit, ipſum audiſſetis! tantus orator, & mo-

do tam infeſtus aduerſarius ſic inimici vim, ardoremque dicendi ſuſpexit; vt ſe ſcriptorum eius parum idoneum lectorem eſſe diceret : expertus acerrimum oculorum vigorem, terribile vultus pondus, accommodatum ſingulis verbis ſonum vocis, efficaciſſimos corporis motus. Ergo etſi operi illius adiici nihil poteſt; tamen in Demoſthene magna pars Demoſthenis abeſt; quod legitur potius, quam auditur.

---

## CAPVT XI.

## DE EFFECTIB. ARTIVM RARIS.

| | |
|---|---|
| Apud Romanos, vt in | 2 *Pictura Apellis & Plaſtice Lyſippi.* |
| 1 *Aſtrologia C. Sulpicii Galli.* | 3 *Vulcano Alcamenis.* |
| 2 *Aruſpicina Spurinæ.* | 4 *Venere Praxitelis.* |
| Apud exteros, vt in | 5 *Neptuno Euphranoris.* |
| 1 *Aſtrologia Periclis.* | 6 *Agamemnone Timantis.* |
| | 7 *Equo Nealcis.* |

Effectus etiam artium recogniti poſſunt aliquid afferre voluptatis : protinuſque & quam vtiliter excogitatæ ſunt, patebit: & memoratu dignæ res lucido in loco reponentur, & labor in iis edendis ſuo fructu non carebit.

1. Sulpicii Galli maximum in omni genere literarum re-
*An. vr.* 580 cipiendo ſtudium plurimum reipublicæ profuit. Nam
*Liuius* 44. cum L. Paulli bellum aduerſum regem Perſen gerentis,
*Plin.* 2. *c.* 12. legatus eſſet, ac ſerena nocte ſubito luna defeciſſet; eoque
*Front.* 1. *c.* 12 veluti diro quodam monſtro perterritus exercitus noſter,
*Plutarchus* manus cum hoſte conferendi fiduciam amiſiſſet; de cæli
*in Paullo.* ratione, & ſiderum natura peritiſſime diſputando, alacrem eum in aciem miſit. Itaque illi inclytæ Paullianæ victoriæ liberales artes Galli aditum dederunt: quia niſi ille metum noſtrorum militum viciſſet, imperator Romanus vincere hoſtes non potuiſſet.

2. Spurinæ quoque in conſectandis deorum monitis
*An. vr.* 709 efficacior ſcientia apparuit, quam vrbs Romana voluiſ-

ſet,



ſet, prædixerat enim C. Cæſari, vt proximos 30. dies qua *Suet. Plut.*
ſi fatales caueret, quorum vltimus erat Idus Martiæ. Eo *in vita.*
1 cum forte mane vterque in domum Caluini Domitii ad officium conueniſſet, Cæſar Spurinæ, Ecquid ſcis inquit Idus Martias iam veniſſe? & is; Ecquid ſcis illas nondum præteriiſſe? Abiecerat alter timorem, tanquam exacto tempore ſuſpecto, alter ne extremam quidem eius partem periculo vacuam eſſe arbitratus eſt. Vtinam aruſpicem potius augurium, quam patriæ parentem ſecuritas fefelliſſet.

### *Externa.*

Sed vt alienigena ſcrutemur, cum obſcurato repente 1.
ſole inuſitatis perfuſę tenebris Athenæ ſolicitudine age- *Plut. in vita*
rentur, interitum ſibi cæleſti denuntiatione portendi cre- *Front.* 1. *c.* 11
dentes; Pericles proceſſit in medium, & quæ à præceptore ſuo Anaxagora pertinentia ad ſolis & lunæ curſum ac-
2 ceperat, diſſeruit: nec vlterius trepidare ciues ſuos vano metu paſſus eſt.

Quantum porro dignitatis à rege Alexandro tribu- 2.
tum arti exiſtimamus; qui ſe & pingi ab vno Apelle, & *Plut. de fort.*
fingi à Lyſippo tantummodo voluit? *Alexan.*

Tenet viſentes Athenas Vulcanus Alcamenis ma- *Plin. & Cic.*
nibus fabricatus. Præter cetera enim perfectiſſimæ ar- *fam.*
tis in eo pręcurrentia indicia, etiam illud mirantur; quod 3.
ſtat diſſimulatæ claudicationis ſub veſte leuiter veſtigium *Pauſ. in At-*
repræſentans, vt non tanquam exprobratum vitium, ita *tic. Plin.* 36.
3 tamen certam propriamque dei notam decore ſigni- *c.* 5.
ficans.

Cuius coniugem Praxiteles in marmore quaſi ſpi- 4.
rantem in templo Gnidiorum collocauit, propter pul- *Plin.* 36. *c.* 5.
chritudinem operis à libidinoſo cuiuſdam complexu pa- *Lucian. in*
rum tutam. Quo excuſabilior eſt error equi, qui viſa pi- *Amorib.*
ctura equæ, hinnitum edere coactus eſt: & canum latratus *Ælian. Var.*
aſpectu picti canis incitatus; tauruſque ad amorem & *hiſt.* 2.
concubitum æneæ vaccæ Syracuſis nimię ſimilitudinis irritamento compulſus. Quid enim vacua rationis animalia arte decepta miremur, cum hominis ſacrilegam cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam videamus?

5. *Pauſ. Attic. Plin. 35.* Ceterum natura quemadmodum ſæpenumero æmulam virium ſuarum artem eſſe patitur: ita aliquando irritam feſſo labore dimittit: quod ſummi artificis Euphranoris manus ſenſerunt. Nam cum Athenis 12. deos pingeret, Neptuni imaginem quam poterat excellentiſſimis maieſtatis coloribus complexus eſt, perinde ac Iouis aliquanto auguſtiorem repræſentaturus. Sed omni impetu cogitationis in ſuperiori opere abſumpto, poſteriores eius conatus aſſurgere quo tendebant, nequiuerunt.

6. *Plin.35.c.10* Quid ille alter æque nobilis pictor, luctuoſum immolatæ Iphigeniæ ſacrificium referens, cum Calchanta triſtem, mæſtum Vlyſſem, clamantem Aiacem, lamentantem Menelaum circa aram ſtatuiſſet; caput Agamemnonis inuoluendo, nonne ſummi mæroris acerbitatem, arte exprimi non poſſe confeſſus eſt? Itaq; pictura eius, aruſpicis amicorum, & fratris lacrymis madet, patris fletum ſpectantis affectui æſtimandum reliquit.

7. *Plin.35.c.10 Plut. de for. Alexand.* Atque vt eiuſdem ſtudii adiiciam exemplum: Præcipuæ artis pictor equum ab exercitatione venientem, modo non viuum, labore induſtriæ ſuæ comprehenderat: cuius naribus ſpumas adiicere cupiens, tantus artifex in tam paruula materia multum ac diu fruſtra terebatur. Indignatione deinde accenſus, ſpongiam omnib. imbutam coloribus forte iuxta ſe poſitam apprehendit, & veluti corrupturus opus ſuum, tabulæ illiſit: Quam fortuna ad ipſas equi nares directam deſiderium pictoris coegit* explere. Itaq; quod adumbrare non valuit, caſus imitatus eſt.

* *al.* exemplare, *vel* explanare.

## CAPVT XII.

## OPTIMIS ARTIVM MAGISTRIS concedendum eſſe.

Vt factum apud Romanos.
1 *Furio & Caſellio in iure Prædiatorio.*

Apud exteros.
1 *Euclidi in geometria.*
2 *Philoni in architectura.*
3 *Apelli in pictura.*

Svæ



1 SVæ autem artis vnumquemque & actorem, & diſputatorem optimum eſſe ne dubitemus, paucis exemplis admoneamus.

2 Q. Scæuola legum clariſſimus & certiſſimus vates, quotieſcunque de iure prædiatorio conſulebatur, ad Furium, & Caſcellium, quia huic ſcientię dediti erant, conſultores reiiciebat. Quo quidem facto moderationẽ magis ſuam commendabat, quam auctoritatem minuebat: ab his id negotium aptius explicari poſſe confitendo, qui quotidiano eius vſu callebant. Sapientiſſimi igitur artis ſuæ profeſſores ſunt, à quibus & propria ſtudia verecunde, & aliena callide æſtimantur. 1. *Cic. Balb.*

### *Externa.*

4 Platonis quoque eruditiſſimum pectus hæc cogitatio attigit: 1.
3 qui conductores ſacræ arcis de modo & forma eius ſecum ſermonem conferre conatos, ad Euclidem Geometram ire iuſſit, ſcientiæ eius cedens, imo profeſſioni.

Gloriantur Athenæ armamentario ſuo, nec ſine cauſa: eſt enim illud opus & impenſa & elegantia viſendum: Cuius architectum Philonem ita facunde rationem inſtitutionis ſuæ in theatro reddidiſſe conſtat, vt diſertiſſimus populus non minorem laudem eloquentiæ eius, quam arti tribuerit. 2. *Plin.7.c.37. Cic. de ora. 1*

Mirifice & ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe à ſutore de crepida, & anſulis paſſus: de crure etiam diſputare incipientem, ſupra plantam aſcendere vetuit. 3. *Plin.35.c.10 de Apelle.*

## CAPVT XIII.

## DE SENECTVTE MEMORABILI.

In Romanis.
1 *M. Valerio Coruo ſexties Coſ.*
2 *L. Metello pont. max.*
3 *Q. Fabio Max. Verrucoſſo.*
4 *M. Perperna cenſorio.*
5 *App. Claudio Cæco.*
6 *Mulieribus, Liuia, Terentia, & Clodia.*

In externis.
1 *Hierone Siciliæ, & Maſſaniſſa Numidiæ regibus.*

2 *Gorgia Leontino.*
3 *Xenophilo Chalcidenſi.*
4 *Argantonio Gaditanorum rege.*
5 *Æthiopibus, Indis &*
*Epimenide Cnoſio.*
6 *Gente Epiorum Ætola.*
7 *Danthone quodam, & Lachmiorum regibus duobus.*

SEnectus quoque ad vltimum ſui finem prouecta, in
hoc eodem opere, inter exempla induſtriæ, in ali-
quot claris viris conſpecta eſt, ſeparatum tamen & pro-
prium titulum habeat: ne, cui deorum immortalium
præcipua indulgentia adfuit, ei noſtra ornata mentio de- 1
fuiſſe exiſtimetur. Et ſimul ſpe diuturnioris vitæ, quaſi
adminicula quædam dentur: quibus inſiſtens, alacriorem
ſe reſpectu vetuſtæ felicitatis facere quis poſſit tranquil-
litatemque ſeculi noſtri, qua nulla vnquam beatior fuit,
ſubinde fiducia confirmet, ſalutaris principis incolumi-
tatem, ad longiſſimos humanæ conditionis terminos
prorogando.

1. M. Valerius Coruus centeſimum annum compleuit:
*Plin.7.c.48* cuius inter primum & ſextum conſulatum quadraginta
*Cic.Catone.* ſeptem anni interceſſerunt: ſuffecitque integris viribus 2
*Plut. in Mario.* corporis non ſolum ſpecioſiſſimis reipublicæ miniſteriis,
ſed etiam exactiſſimæ agrorum ſuorum culturæ, & ciuis
& patrisfamilias optabile exemplum.

2. Cuius vitæ ſpatium æquauit Metellus, quartoque an-
*An.vr.510.* no poſt conſularia imperia, ſenex admodum pont. max.
*Cic.Catone.* creatus, tutelam cæremoniarum per duos & viginti an-
*Plin.7.c.48* nos, neq; ore in votis nuncupandis hæſitante, neq; in ſa-
crificiis faciendis tremula manu geſſit.

3. Q. autem Fabius Max. duobus & ſexaginta annis au-
*Vſq; ad an. vrb.550.* guratus ſacerdotium ſuſtinuit, robuſta iam ætate id ade-
ptus: quæ vtraq; tempora ſi in vnum conferantur, facile
*Liuius 30.* ſeculi modum expleuerint.
*Plin.7.c.48* Iam de M. Perperna quid loquar? qui omnibus, quos
4. in ſenatu conſul rogauerat ſuperſtes fuit: ſeptem quoq; 3
*An.vr.661.* tantummodo, quos cenſor collega L. Philippi legerat, è
*An.vr 167.* patribus conſcriptis reliquos vidit; toto ordine ampliſſi-
*Plin.7.c.48.* mo diuturnior.
*Dio. 41.* Appii vero æuum clade metirer, quia infinitum nu-
5. merum annorum orbatus luminibus exegit, niſi qua-
tuor



tuor filios, & quinque filias, plurimas clientelas, rem de-
niq; publicã hoc caſu grauatus fortiſſime rexiſſet. Quin-
etiam feſſus iam viuendo, lectica ſe in Curiam deferri iuſ-
ſit, vt cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. *An.vr.473*
Hunc cæcum aliquis nominet, à quo patria quod hone- *Cic. de Sen.*
ſtum erat, per ſe parum cernens, coacta eſt peruidere? *Liu. 13. & alii.*
Muliebris etiam vitæ ſpatium non minus longum in
compluribus apparuit; quarum aliquas ſtrictim retuliſſe 6.
me ſatis erit. Nam & Liuia Rutilii ſeptimum & nonage- *Plin.7.c.48*
ſimum, & Terentia Ciceronis tertium & centeſimum, &
4 Clodia Auſilii quindecim filiis ante amiſſis, quintumde-
5 cimum & centeſimum expleuit annum.

*Externa.*

Iungam his duos reges, quorum diuturnitas po- 1.
pulo Romano fuit vtiliſſima. Siciliæ rector Hiero ad *Ad An.vrb. 538.*
nonageſimum annum peruenit. Maſſaniſa Numidiæ
rex hunc modum exceſſit, regni ſpacium ſexaginta an- *Liuius 24.*
nis emenſus, vel ante omnes homines robore ſenectæ *Lucian.*
admirabilis. Conſtat eum, quemadmodum Cicero re- *Macr.*
fert libro quem De ſenectute ſcripſit, nullo vnquam im- *Ad An. vr. 605.*
bre, nullo frigore, vt caput ſuum veſte tegeret, adduci
potuiſſe. Eundem ferunt aliquot horis in eodem veſti- *Liu.50. Suid*
6 gio perſtare ſolitum, non ante moto pede, quam conſi- *Plin.7.c.14. & 48.*
mili labore iuuenes fatigaſſet: Ac ſi quid agere aſſiden-
tem oporteret, toto die ſæpenumero nullam in partem
conuerſo corpore in ſolio duraſſe. Ille vero etiam exer-
citus equo inſidens, noctem diei plerunque iungendo
7 duxit: nihilque omnino ex iis operibus, quæ adoleſcens
ſuſtinere aſſeuerat, quum illam ſenectutem ageret, omi-
ſit. Veneris etiam vſu ita ſemper viguit, vt poſt ſextum
& octogeſimum annum filium generarit, cui Methy-
mnato nomen fuit. Terram quoque, quam vaſtam & 2.
deſertam acceperat, perpetuo culturæ ſtudio frugiferam *Cic.Catone.*
reliquit. *Quinct.3.c.8*
Gorgias etiam Leontinus Iſocratis, & complu- *Lucian.*
rium magni ingenii virorum præceptor, ſua ſententia *Macr.*
feliciſſimus. Nam cum centeſimum & ſeptimum age- *Plin.7.c.48*
ret annum, interrogatus quapropter tamdiu vellet in *Ælian. Var.*
vita remanere: Quia nihil, inquit, habeo, quod Senectu- *hiſt. 2.*

tem meam accuſem. Quid iſto tractu ætatis aut longius, aut beatius? Iam alterum ſeculum ingreſſus, neque in hoc querelam vllam inuenit, neque in illo reliquit.

3. Biennio minor Xenophilus Chalcidenſis Pytha-
*Lucian. Macrobius.* goricus, ſed felicitate non inferior. Siquidem (vt ait
Ariſtoxenus muſicus) omnis humani incommodi expers,
*Plin. 7. c. 50* in ſummo perfectiſſimæ ſplendore doctrinæ extinctus
eſt.

4. Arganthonius autem Gaditanus tamdiu regnauit,
*Cic. Catone.* quamdiu etiam ad ſacietatem vixiſſe abunde foret. Octo-
*Plin. 7. c. 48* ginta enim annis patriam ſuam rexit, cum ad imperium 8
*Herod. 3.* quadraginta annos natus acceſſiſſet: cuius rei certi ſunt
*Luc. Macro.* auctores. Aſinius etiam Pollio non minima pars Rom.
ſtyli, in tertio hiſtoriarum ſuarum libro centum illum & 9
triginta annos expleſſe commemorat: & ipſe neruoſæ vi- 10
uacitatis haud paruum exemplum.

5. Huius Regis conſummationem annorum minus ad-
*Herodot. 3.* mirabilem faciunt Æthiopes: quos Herodotus ſcribit
*Plin. 7. c. 48.* centeſimum & vigeſimum annum tranſgredi. Et Indi, de 11
*Laert. in vita.* quibus Cteſias idem tradit. Et Epimenides Cnoſius; quē
Theopompus dicit ſeptem & quinquaginta & centum
annos vixiſſe.

6. Hellanchus vero ait, quoſdam ex gente Epiorum, 12
*Plin. 7. c. 48* quæ pars eſt Ætoliæ, ducenos explere annos, eique ſub-
ſcribit Damaſthes hoc amplius adfirmans, Litoriū quen- 13
dam ex his maximarum virium, ſtaturæque præcipuæ,
trecenteſimum annum cumulaſſe.

7. Alexander vero in eo volumine, quod de Illyri-
*Plin. 7. c. 48* co tractu compoſuit, affirmat Danthona quendam ad
quingenteſimum vſque annum nulla ex parte ſeneſcen-
tem proceſſiſſe. Sed multo liberalius Xenophon cu- 14
ius περίπλους legitur; Inſulæ enim Lachmiorum regem
octingentis vitæ annis donauit. Ac ne pater eius parum
benigne acceptus videretur, ei quoq; ſexcentos aſſignauit
annos.

---

## *CAPVT XIV.*
## DE CVPIDITATE GLORIÆ.

IN




| In Romanis. | | In externis. | |
|---|---|---|---|
| 1 | *P. Africano maiore.* | 1 | *Themiſtocle Athenienſi.* |
| 2 | *D. Bruto Gallaico.* | 2 | *Alexandro Magno.* |
| 3 | *Cn. Pompeio Magno.* | 3 | *Ariſtotele Stagirite.* |
| 4 | *Sulla Felice.* | 4 | *Pauſania Macedone.* |
| 5 | *Equite quodam.* | 5 | *Heroſtrato.* |
| 6 | *C. Fabio Pictore.* | | |


GLoria autem vnde oriatur, aut cuius ſit habitus, aut qua ratione debeat comparari, & an melius à virtute ac veluti non neceſſaria, negligatur; viderint ii, quorum in contemplandis huiuſmodi rebus cura teritur; quibuſq; illa quæ prudenter animaduerterunt, facunde contigit eloqui. Ego in hoc opere factis auctores, & auctoribus facta ſua reddere contentus, quanta cupiditas eius eſſe ſoleat, propriis exemplis demonſtrare conabor.

*Tullium reſpicere videtur, qui de gloria ſcripſit.*

1. *Liuius 38. Cic. pro Arch. Plin. 7. c. 30. Euſ. Chron. Solin. cap. 7.*

Superior Africanus Ennii poetæ effigiem in mo-
numentis Corneliæ gentis collocari voluit, quod ingenio
eius opera ſua illuſtrata iudicaret. Non quidem ignarus
quandiu Romanum imperium floreret, & Africa Italiæ
pedibus eſſet ſubiecta, totiuſque terrarum orbis ſummum
columen arx Capitolina poſſideret; eorum extingui me-
1 moriam non poſſe: * Si tamen literarum quoque lumen
illis acceſſiſſe, magni æſtimans. Vir Homerico, quam ru-
di atque impolito præconio dignior.

** Sed*

2. *An. vr. 621. Cic. in Bruto, & pro Archia.*

Similiter honoratus animus erga poetam Accium D. Bruti ſuis temporibus clari ducis extitit: cuius familiari cultu, & prompta laudatione delectatus eius verſibus templorum aditus, quæ ex manubiis conſecrauerat, adornauit.

3. *An. vr. 692. circiter. Strab. 13. Cic. pro Arch.*

Ne Pompeius quidem Magnus ab hoc affectu gloriæ auerſus; qui Theophanem Mitylenæum ſcriptorē rerum ſuarum in concione militum ciuitate donauit, beneficium per ſe amplum, accurata etiam & teſtata oratione proſecutus: Quo effectum eſt, vt ne quis dubitaret quin referret potius gratiam, quam inchoaret.

4. *An. vr. 647. Plut. in vita Plin. 37. c.*

L. autem Sulla, etſi ad neminem ſcriptorem animum direxit; tamen Iugurthæ à Boccho rege ad Marium perducti totam ſibi laudem tam cupide aſſeruit: vt annulo, quo ſignatorio vtebatur, inſculptam il-

lam traditionē haberet: Et quantus poſtea! ne minimum quidem gloriæ veſt gium contempſit.

5. *An. vr. 707. bello Ciuil. in Africa.* Atque vt imperatoribus glorioſiſsim militis ſpiritum ſubnectam; Scipionem dona militaria iis qui ſtrenuam operam ediderant, diuidentem, T. Labienus, vt forti equiti aureas armillas tribueret, admonuit: Eoque negante ſe id facturum, ne caſtrenſis honos in eo, qui paullo ante ſeruiſſet, violaretur, ipſe ex præda Gallica aurum equiti largitus eſt. Nec tacite id Scipio tulit: nam equiti, Habebis, inquit, donum viri diuitis. Quod vbi ille accepit, proiecto ante pedes Labieni auro, vultum demiſit. Idem vt audiit Scipionem dicentem, Imperator te argenteis armillis donat: alacer gaudio abiit. Nulla eſt ergo tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

6. *An. vr. 451. Liuius 9. Plin. 35. c. 4.* Illa vero & iam à claris viris interdum ex humillimis rebus petita eſt. Nam quid ſibi voluit C. Fabius nobiliſsimus ciuis? qui cum in æde Salutis, quam C. Iunius Bubulcus dedicauerat, parietes pinxiſſet, nomen his ſuum inſcripſit. Id enim demum ornamenti familiæ conſulatibus, & ſacerdotiis, & triumphis celeberrimæ deerat. Cæterum ſordido ſtudio deditum ingenium, qualemcunque illum laborem ſuum ſilentio obliterari *Cic. Tuſc. 1. & de orat. 2.* noluit: Videlicet Phidiæ ſecutus exemplum, qui clypeo Mineruæ effigiem ſuam incluſit: qua conuulſa, tota operis colligatio ſolueretur.

*Externa.*

1. *Plut. in vita. & apopht.* Sed melius aliquanto, ſi imitatione aliena capiebatur, Themiſtoclis ardorem eſſet æmulatus: quem ferunt ſtimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem, quærentibus, quid ita eo tempore in publico verſaretur reſpondiſſe: Quia me trophæa Miltiadis de ſomno excitant. Marathon nimirum animum eius, & Artemiſium, & Salamis naualis gloriæ fertilia nomina illu- *Cic. pro Arch.* ſtranda tacitis facibus incitabant. Idem theatrum petens, cum interrogaretur, cuius vox auditu illi futura eſſet gratiſſima, dixit: Eius à quo artes meæ canentur optime. Dul- 2

2. *Iuuen. Sat. 10.* cedinem gloriæ pene adiecit glorioſam. Iam Alexandri pectus inſatiabile laudis, qui Anaxarcho



xarcho comiti ſuo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos eſſe referenti, Heu me, inquit, miſerum; quod ne vno quidem adhuc potitus ſum! Anguſta homini poſſeſſio gloriæ fuit, quæ deorum omnium domicilio ſufficit. *Plut. de tranquil. animi.*

3. Regis & iuuenis flagrantiſsimæ cupiditatis ſimilem Ariſtotelis in capeſſenda laude ſitim ſubnectam. Is nanque Theodecti diſcipulo oratoriæ artis libros, quos ederet, donauerat: moleſteque poſtea ferens titulum eorum ſic alii ceſſiſſe; proprio volumine quibuſdam rebus inſiſtens, planius ſibi de his in Theodectis libris dictum eſſe adiecit. Niſi me tantæ & tam late patentis ſcientiæ verecundia teneret, dicerem dignum philoſophum, cuius ſtabiliendi mores, altioris animi philoſopho *Extant verba eius in principio Rhetorices ad Alex.*

3 traderentur. Cæterum gloria ne ab his quidem qui contemptum eius introducere conantur, negligitur: quoniam quidem ipſis voluminibus nomina ſua diligenter adiiciunt; vt quod profeſſione eleuant, vſurpatione memoriæ conſequantur. Sed qualiſcunque horum diſſimu- *Cic. pro Arch. & Tuſc. 1.*

4 latio propoſito illorum longe tolerabilior eſt, qui dummodo æternam memoriam aſſequantur, etiam ſceleribus innoteſcere non dubitarunt.

4. Quorum è numero neſcio an in primis Pauſanias debeat referri: Nam dum Hermocratem percontatus eſſet, quonam modo ſubito clarus poſſet euadere: atque is reſpondiſſet, ſi illuſtrem virum aliquem occidiſſet futurum vt gloria eius ad ipſum redundaret: continuo Philippum interemit. Et quidem quod petierat, aſſecutus eſt: tam enim ſe parricidio, quam Philippus virtute notum poſteris reddidit. *Diodor. & Plut. in Alex. Iuſtin. 9.*

5. Illa vero gloriæ cupiditas ſacrilega: inuentus eſt enim qui Dianæ Epheſiæ templum incendere vellet, vt opere pulcherrimo conſumpto, nomē eius per totum terrarum orbem * diſiceretur. Quem quidem mentis furorem eculeo impoſitus detexit. At bene conſuluerant Epheſii, decreto memoriam teterrimi hominis abolendo: niſi Theopompi magnæ facundiæ ingenium in hiſtoriis eum ſuis comprehendiſſet. *Strab. 14.* ** al. differeretur.*

## CAPVT XV.

### QVÆ CVIQVE MAGNIFICA contigerunt.

Romanis.

1 *P. Africano maiori.*
2 *M. Catoni cenſorio.*
3 *P. Scipioni Naſicæ.*
4 *P. Scipioni Æmiliano.*
5 *M. Valerio Coruo.*
6 *Q. Mucio Scæuulæ.*
7 *C. Mario.*
8 *Cn. Pompeio Magno.*
9 *Q. Lutatio Catulo.*
10 *M. Catoni Vticenſi.*
11 *L. Marcio eq. Rom.*
12 *Sulpiciæ Ser. F. Q. Flacci.*

Exteris.

1 *Pythagoræ Samio.*
2 *Gorgiæ Leontino.*
3 *Amphiarao vati.*
4 *Pherenicæ mulieri Græcæ.*

CANDIDIS autem animis voluptatem præbuerint in conſpicuo poſita, quæ cuique magnifica merito contigerunt: Quia æque præmiorum virtus, atque honorum contemplatio iudicanda eſt; ipſa natura nobis alacritatem ſubminiſtrante, cum honorem induſtrie appeti, & exolui grate videmus. Verum etſi mens hoc loco protinus ad Auguſtam domum beneficentiſſimum & honoratiſſimum templum omni impetu fertur, melius cohibebitur: quoniam cui aſcenſus in cœlum pa-
1. tet, quamuis maxima, debito tamen minora ſunt, quæ in
*An. vr.* 548. terris tribuuntur.
*Liuius* 28. Superiori Africano conſulatus citerior legitimo 1
*An. vr.* 552. tẽpore datus eſt. Cui quæ in vita præcipua aſſignata ſunt,
*Liu.* 38. *ipſe* & longum eſt referre, quia multa: & non neceſſarium,
*Valer.* 4. *c.* 1. quia maiore ex parte iam relata ſunt. Itaque quod hodie-
2. que eximium, capiti adiiciam. Imaginem in cella Iouis 2
*An. vr.* 604. opt. max. poſitam habet; quæ quotieſcunque funus ali-
*Auct. de Viris illuſt. in* quod Corneliæ genti celebrandum eſt, inde petitur, vniq; 3
illi inſtar atrii Capitolium eſt.
*vita.* Tam hercle, quam Curia ſuperiori Catoni. Vnde ef- 4
* *al.* tanquã figies illius ad eiuſdem generis officia expromitur. Gra-
*An. vr.* 604. tum ordinem, qui vtiliſſimum reipublicæ ſenatorem * tã-
*Liuius* 49. tum non ſemper ſecum habitare voluit, omnibus nume-
*Cic. Catone.* ris virtutum diuitem, magiſque ſuo merito, quam fortunæ beneficio



5 beneficio magnum: cuius prius conſilio, quam minoris
Scipionis imperio eſt deleta Carthago.
6 Rarum ſpecimen honoris à Scipione quoque Naſi- 3.
ca oboritur: Eius namque manibus, & penatibus non- *An. vr.* 549
dum quæſtorii, ſenatus Pythii Apollinis monitu, Peſſi- *Liuius* 29.
7 nunte accerſitam deam excipi voluit: quia eodem oracu- *Ouid. Faſt.*
lo præceptum erat, vt hæc miniſteria Matri Deum à ſan- 4.
ctiſſimo viro præſtarentur. *Explica totos faſtos, conſtitue* *Auct. de Vi-*
8 *omnes currus triumphales, nihil tamen morum principa-* *ris illuſt. ca.*
*tu ſpecioſius reperies.* 44.
9 Tradunt ſubinde nobis ornamenta ſua Scipiones *Solin. ca.* 7.
commemoranda. Æmilianum enim populus ex candi- 4.
dato ædilitatis, conſulem fecit. Quod fieri oportere exer- *An. vr.* 606
citus ſenatum literis admonuit. Ita neſcias vtrum illi plus *App. Li.* 50.
decoris patrum conſcriptorum auctoritas, an militum *Auct. de Vi-*
conſilium adiecerit: toga enim Scipionem ducem aduer- *ris illuſtr. in*
ſus Pœnos creauit, arma popoſcerunt. Eundemque, cum *vita.*
quæſtoriis comitiis ſuffragator Q. Fabii, Maximi fratris *An. vr.* 619
filii, in campum deſcendiſſet, conſulem iterum reduxit. *Cic. Lælio.*
10 Eidem ſenatus bis ſine ſorte prouinciam; prius Africam, *Liuius* 56.
11 deinde Hiſpaniam dedit. Atque hæc neque ciui, neq; ſe- *An. v.* 624.
natori ambitioſo: quemadmodum non ſolum vitæ eius *Liuius* 59.
ſeueriſſimus curſus, ſed etiam mors clandeſtinis illata in- *Vellei⁹. Plu.*
ſidiis declarauit. *Gracch.*
M. quoque Valerium duabus rebus inſignibus dii pa- 5.
riter atq; ciues ſpecioſum reddiderunt. Illi cum quodam *An. vr.* 404
Gallo cominus pugnanti coruum propugnatorem ſub- *&* 405. *Li.*
iicientes: hi tertium & vigeſimum annum ingreſſo, con- 7. *Gell.* 9. *c.*
ſulatum largiti: quorum alterum decus vetuſtæ originis 11. *& alii.*
12 ac optimi ominis: * gens Coruini amplexa cognomen * *al.* gens
13 vſurpat: alterum ſummo ſubiungitur ornamẽto, tam ce- noſtra.
leritate, quam principio conſulatus gloriando. 6.
At ne Q. quidem Scæuolæ, quem L. Craſſus in conſu- *An. vr.* 658
latu collegam habuit, gloria parum illuſtris: Qui Aſiam *Cic. in Bru.*
tam ſancte, & tam fortiter obtinuit; vt ſenatus deinceps *ad Attic.* 5.
in eam prouinciam ituris magiſtratibus, exemplum atq; *&* 6. *Ver.* 4.
formam officii Scæuolam decreto ſuo proponeret. *Pæd. in diu.*
Inhærent illi voci poſterioris Africani ſeptem C. Ma- 7.
rii conſulatus, ac duo ampliſſimi triumphi. Ad rogum *An. vr.* 619
enim vſq; gaudio exultauit. Qui cum apud Numantiam *Plut. in vit.*

T

ſub eo duce ſtipendia equeſtria mereret, & forte inter cœ-
nam quidam Scipionem interrogaſſet, ſi quid illi accidiſ- 14
ſet, quemnam reſp. æque magnum habitura eſſet. Impe-
rator ipſum reſpiciens infra ſe cubantem, vel hunc, dixit:
Quo augurio perfectiſſima virtus, maximam orientem
virtutem, videritne certius, an efficacius accenderit, per-
*An.vr. 651* pendi vix poteſt. Illa nimirum cena militaris, ſpecioſiſſi- 15
*Plut.in vit.* mas tota in vrbe Mario futuras cenas ominata eſt. Poſt-
quam enim Cimbros ab eo deletos initio noctis nuntius
peruenit, nemo fuit, qui non illi tanquam diis immorta-
libus, apud ſacra menſæ ſuæ libauerit.

8 Iam quæ in Cn. Pompeium & ampla & noua conge-
ſta ſunt, hinc aſſenſione fauoris, illinc fremitu inuidiæ li-
*An. v. 676* terarum monumentis obſtrepuntur. Eques Romanus;
*& 672. &* Proconſule in Hiſpaniam aduerſus Sertorium, pari im-
*682. & 683* perio cum Pio Metello principe ciuitatis miſſus eſt. non-
*& 701. &* dum vllum honorem auſpicatus bis triumphauit: initia
*692.* magiſtratuum à ſummo imperio cepit: tertium conſula-
*Plut.in vit.* tum decreto ſenatus ſolus geſſit: de Mithridate, & Tigra-
*Plin. 7. c. 26* ne, de multis præterea regibus, gentibus, plurimiſque ci-
*Velleius.* uitatibus, & prædonibus vnum duxit triumphum.
*Dion. Cice.* Q. etiam Catulum pop. Rom. voce ſua tantum non
*& alij.* ad ſidera vſque euexit. Nam cum ab eo pro Roſtris inter-
9. rogaretur, ſi in vno Pompeio magno omnia reponere
*An vr. 687* perſeueraſſet, abſumpto illo ſubiti caſus incurſu, in quo
*Cic. pro lege* ſpem eſſet habiturus; ſummo conſenſu acclamauit, In te.
*Manilia.* Vim honorati iudicii admirabilem. Siquidem Magnum
Pompeium cum omnibus ornamentis, quæ retuli, dua-
rum ſyllabarum ſpatio incluſum Catulo æquauit.

10. Poteſt & M. Catonis ex Cypro cum regia pecunia re- 16
*An. v. 697.* uertentis appulſus ad vrbem videri memorabilis: cui na-
*Plut, in vit.* ui egredienti conſules, & ceteri magiſtratus, & vniuerſus
*Dionyſ. 39.* S. P. Q. R. officii gratia præſto fuit. Non quod magnum
pondus auri & argenti; ſed quod M. Catonem claſſis illa
incolumem aduexerat, lætatus.

11. Sed neſcio an præcipuum ſit L. Marcii inuſitati deco-
ris exemplum, quem equitem Romanum duo exercitus
*An. vr. 541* P. & Cn. Scipionum interitu, victoriaque Aſdrubalis la-
*Liuius 25.* cerati, ducem legerũt: quo tempore ſalus eorũ in vltimas
*App. Iberic.* anguſtias deducta, nullum ambitioni locũ relinquebat.
*Polyb. & al.*





Merito virorum commemorationi Sulpitia, Ser. 12.
Paterculi filia, Q. Fuluii Flacci vxor, adiicitur. Quæ cum *An. vr. 639*
ſenatus libris Sibullinis per decemuiros inſpectis cen- *Plin. 7. c. 35.*
ſuiſſet, vt Veneris Verticordiæ ſimulachrum conſecrare- *Oui. Faſt. 5.*
tur, quo facilius virginum mulierumque mentes à libi- *Iul. Obſeq.*
dine ad pudicitiam conuerterentur; & ex omnibus ma- *Solin. ca. 7.*
tronis centum, ex centum autem decem ſorte ductæ; de
ſanctiſſima femina iudicium facerent, cunctis caſtitate
prælata eſt.

EXTERNA.

Ceterum quia ſine vlla diminutione Romanæ 1.
maieſtatis extra quoque inſignia reſpici poſſunt, ad ea
tranſgrediamur. Pythagoræ tanta veneratio ab auditori-
bus tributa eſt; vt quæ ab eo acceperãt, in diſputationem
deducere nefas exiſtimarent: Quinetiam interpellati ad *Ariſtoph.*
reddendam cauſſam; hoc ſolum reſpondebant, Ipſum di- *interpres in*
17 xiſſe. Magnus honos, ſed ſchola tenus. Illa vrbium ſuffra- *Nubib.*
giis tributa eſt. Enixo Crotoniatæ ſtudio ab eo petierũt *Laer. in vit.*
vt ſenatum ipſorum, qui mille hominum numero con- *Iuſtin. 20.*
ſtabat, conſiliis ſuis vti pateretur. Opulentiſſimaque
ciuitas tam frequenter venerati poſt mortem domum,
18 Cereris ſacrarium fecit: quantumque illa vrbs viguit,
& dea in hominis memoria, & homo in deæ religione
cultus eſt.

Gorgiæ vero Leontini ſtudiis literarum ætatis ſuæ 2.
cunctos præſtantis, adeo vt primus in conuentu poſcere, *Plato in*
qua de re quiſque audire vellet, auſus ſit, vniuerſa Græcia *Gorg.*
in templo Delphici Apollinis ſtatuam ſolido ex auro po- *Cic. de Or. 3*
ſuit; cum ceterorum ad id tempus auratas collocaſſet. *& de fin. 2.*

Eadem gens ſummo conſenſu ad Amphiaraum de- *Plin. 33. c. 4.*
corandum incubuit; locum in quo humatus eſt, in formã 3.
conditionemque templi redigendo, atque inde oracula *Strab. 9. &*
capi inſtituendo. Cuius cineres idem honoris poſſident, *16.*
quod Pythicæ Cortinæ, quod aheno Dodonæ, quod Hã- *Pauſ. in At.*
monis fonti datur. *Cic. de diu. 1*

PHERENICES quoque non vulgaris honos, cui ſoli *Philoſt. icõ.*
omnium feminarum gymnico ſpectaculo intereſſe per- 4.
miſſum eſt; cum ad Olympia filium Euclea certamen in- *Plin. 7. c. 41*
greſſurum adduxiſſet, Olympionice patre genita, fratri- *Ælia. Var.*
bus eandem palmam aſſecutis latera eius cingentibus. *hiſtor. 10.*
*Pauſ.*

# VALERII MAXIMI
## LIBER NONVS.

### CAPVT I.

### DE LVXVRIA ET LIBIDINE.

| Exempla Romana ſvnt. | | Externa. | |
|---|---|---|---|
| 1 | *C. Sergius Orata.* | 1 | *Annibal Pœnus Amilcaris F.* |
| 2 | *Clodius Æſopi Tragœdi F.* | 2 | *Vulſinienſes.* |
| 3 | *Mulieres legis Oppiæ oppugnatrices.* | 3 | *Xerxes Perſarum rex.* |
| 4 | *Cn. Domitius & L. Craſſus cens.* | 4 | *Antiochus Syriæ rex.* |
| 5 | *Q. Metellus Pius.* | 5 | *Ptolemæus Ægypti rex.* |
| 6 | *C. Scribonius Curio filius.* | 6 | *Ægyptii.* |
| 7 | *P. Clodii iudicium.* | 7 | *Cyprii.* |
| 8. | *Gemellus viator tribunicius.* | | |
| 9 | *L. Catilina.* | | |

BLANDVM etiam malum luxuria,
quam accuſare aliquanto facilius eſt,
quam vitare, operi noſtro inſeratur:
Non quidem vt vllum honorem reci-
piat; ſed vt ſeipſam recognoſcens ad
pænitentiam impelli poſſit. Iungatur
illi libido: quoniam ex iiſdem vitiorũ
principiis oritur: neque aut à reprehenſione, aut ab emẽ-
datione ſeparentur gemino mentis errore connexæ.

C. Sergius Orata penſilia balnea primus facere in-
1. *An. vr. 656 circiter.* ſtituit: quæ impenſa leuibus initiis cœpta, ad ſuſpenſa ca-
lidæ aquæ tantum non æquora penetrauit.
*Plin. 9. c. 54.* Idem videlicet, ne gulam Neptuni arbitrio ſubiectam
*Macrob. 3.* haberet, peculiaria ſibi maria excogitauit, æſtuariis in-
*cap. 15.* tercipiendo fluctus, piſciumque diuerſos greges ſepara-
tos molibus includendo, vt nulla tam ſæua tempeſtas in-
ciderct



1 ciderct, qua non Oratæ menſæ varietate ferculorum ab-
undarent. Ædificiis etiam ſpatioſis, & excelſis deſerta
ad id tempus ora Lucrini lacus preſſit; quo recentiore
vſu conchyliorũ frueretur: vbi dum ſe publicæ aquæ cu-
2 pidius immergit, cum Conſidio publicano iudicium na-
ctus eſt: in quo L. Craſſus aduerſus illum cauſſam agens,
errare amicum ſuum Conſidium dixit, quod putaret O-
ratam remotum à lacu, cariturum oſtreis: nanque ea, ſi
inde petere non licuiſſet, in tegulis reperturum.

3 Huic nimirum magis Æſopus tragicus in adoptio- 2.
nem dare filium ſuum, quam bonorum ſuorum hære- *An. vr. 699*
dem relinquere debuit; non ſolum perditæ, ſed etiam fu- *circiter.*
rioſæ luxuriæ iuuenem. Quem conſtat cantu commen- *Plin. 10. c. 52*
dabiles auiculas immanibus emptas preciis, in cena pro *& li. 9. c. 35.*
ficedulis ponere, acetoq; liquatos magnæ ſummæ vnio- *Horat. Sat.*
nes potionibus aſpergere ſolitum; ampliſſimum patri- *3. lib. 2.*
monium, tanquam amaram aliquam ſarcinam, quam
celerrime abiicere cupientem: Quorum alterius ſenis,
4 alterius adoleſcentis ſectam ſecuti plurimi, longius ma-
nus porrexerunt. *Neque enim vllum finitur vitium ibi,*
5 *vbi oritur.* Inde ab Oceani littoribus attracti piſces, inde
infuſæ culinis oſtreæ. Arte cenſibuſque edendi atque bi-
bendi voluptas reperta eſt.

Vrbi autem noſtræ ſecundi belli Punici finis, & Phi- 3.
lippus rex Macedoniæ deuictus, licentioris vitæ fiduciam *An. vr. 558*
dedit. Quo tempore matronæ Brutorum domum auſæ *Liuius 34.*
ſunt obſidere, qui abrogationi legis Oppiæ intercedere *Zonaras &*
parati erant, quam feminæ tolli cupiebant: quia his nec *alii.*
veſte varii coloris vti, nec auri plus ſemuncia habere, nec
iuncto vehiculo propius Vrbem mille paſſus, niſi ſacrifi-
cii gratia vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt vt ius
per continuos viginti annos ſeruatum aboleretur. Non
enim prouiderunt ſeculi illius viri, ad quem cultum ten-
deret inſoliti cœtus pertinax ſtudium, aut quo ſe vſque ef-
fuſura eſſet *legum victrix audacia.* Quod ſi animi mu-
liebris apparatus intueri potuiſſent, quibus quotidie a-
liquid nouitatis ſumptuoſius adiectum eſt; in ipſo introi-
tu ruenti luxuriæ obſtitiſſent.

Sed quid ego de feminis vlterius loquor? quas & 4.
imbecillitas mentis, & grauiorum operum negata affe- *An. vr. 66[illegible]*
*Plin. 17. c. [illegible]*
*& lib. 3[illegible]*

ctatio omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum horta-
tur conferre; cum temporum ſuperiorum & nominis &
animi excellentes viros, in hoc priſcæ continentiæ igno-
tum diuerticulum prolapſos videam. Idque iurgio ipſo-
rum pateat.

Cn. Domitius L. Craſſo collegæ ſuo altercatione or-
ta obiecit quod columnas Hymettias in porticu domus
haberet. Quem continuo craſſus, quanti ipſe domum
ſuam æſtimaret, interrogauit. Atque vt reſpondit ſexa- 6
gies ſeſtertio: Quanto ergo eam, inquit, minoris fore
exiſtimas, ſi decem arbuſculas inde ſuccidero? Ipſo tri-
cies ſeſtertio, ait Domitius. Tunc Craſſus: Vter igitur lu-
xurioſior eſt? Egone, qui decem columnas centum mil-
libus nummum emi; an tu qui decem arbuſcularum vm-
bram tricies ſeſtertium ſumma compenſas? Sermonem
oblitum Pyrrhi, immemorem Annibalis, iamque tranſ- 7
marinorum ſtipendiorum abundantia oſcitantem: ali-
quanto tamen inſequentium ſeculorum ædificiis & ne-
moribus anguſtiorem. Quoniam inchoatam à ſe lauti-
tiam poſteris relinquere, quam à maioribus acceptam
continentiam retinere maluerunt.

5. Quid enim ſibi voluit princeps ſuorum temporum
*An.vr.673* Metellus Pius, tunc cum in Hiſpania aduentus ſuos ab
*Macrobius* hoſpitibus aris & thure excipi patiebatur? cum Attalicis
*Sat.3.ca.13.* aulæis contectos parietes læto animo intuebatur? cum
immanibus epulis apparatiſſimos interponi ludos ſine-
bat? cum palmata veſte conuiuia celebrabat, demiſſaſq;
lacunaribus aureas coronas velut cæleſti capiti recipie-
bat? Et vbi iſta? non in Græcia, neque in Aſia; quarum
luxuria ſeueritas ipſa corrumpi poterat: ſed in horrida &
bellicoſa prouincia, cum præſertim acerrimus hoſtis Ser-
torius, Romanorum exercituum oculos Luſitanis telis
perſtringeret: Adeo illi patris ſui Numidica caſtra exci-
derant. Patet igitur, quam celeri tranſitu luxuria affluxe-
rit. Nam cuius adoleſcentia priſcos mores vidit, ſenectus
6. nouos orſa eſt.

*Cic. in Bru-* Conſimilis mutatio in domo Curionum extitit: Si-
*to, Vati. fam* quidem forum noſtrum & patris grauiſſimum ſuperci-
*2. & alibi* lium, & filii ſexcenties ſeſtertium æris alieni aſpexit, con-
*ſæpe. Plut.* tractum famoſa iniuria nobilium iuuenum. Itaque eo-
*Cæſare.* dem



dem tempore, & in iiſdem penatibus diuerſa ſecula ha- *App. Ciu. 2.*
bitarunt, frugaliſſimum alterum, alterum nequiſſi- *Dion. 40.*
mum. *Velleius &*

P. autem Clodii iudicium quanta luxuria & libidine *alii.*
abundauit? in quo vt euidenter inceſti crimine nocens *An. vr. 700.*
reus abſolueretur, noctes matronarum, & adoleſcentium *circiter.*
nobilium magna ſumma emptæ mercedis loco iudicibus 7:
erogatæ ſunt. Quo in flagitio tam tetro, tamque mul- *Dionyſ. 37.*
tiplici, neſcias primum quem deteſtere, an qui iſtud cor- *Senec. ad Lu*
ruptelæ genus excogitauit, an qui ſuam pudicitiam ſe- *cil. epiſt. 98.*
queſtrem periurii fieri paſſi ſunt, an qui religionem ſtu- *Cic. Atti. 1.*
pro permutarunt.

Æque flagitioſum illud conuiuium, quod Gemellus 8
Tribunicius viator ingenui ſanguinis, ſed officii intra *An. vr. 701*
8 ſeruilem habitum deformis, Metello Scipioni conſuli,
ac tribunis plebis magno cum rubore ciuitatis compa-
rauit. Lupanari enim domi ſuæ inſtituto, *Muciam & **al.* Mum-
9 Fuluiam tum à patre, tum à viro vtranque abductam, & miam & Fla
nobilem puerum Saturninum in eo proſtituit. Probroſæ uiam.
patientiæ corpora, ludibrio temulentæ libidini futura:
epulas conſulibus & tribunis non celebrandas, ſed vin-
dicandas.

Præcipue vero Catilinæ libido ſceleſta: Nam veſano 9
amore Aureliæ Oreſtillæ correptus, cum vnum impedi-
mentum videret, quo minus nuptiis inter ſe iungerentur,
filium ſuum, quem & ſolum, & ætate iam puberem habe-
bat, veneno ſuſtulit: protinuſque ex rogo eius marita-
lem facem accendit, ac nouæ maritæ orbitatem ſuam lo-
co muneris erogauit. Eodem deinde animo ciuem ſe ge- *An. vr. 690*
rens, quo patrem egerat: filii pariter manibus, & nefarie *Salluſt. Cat.*
attentatæ patriæ pœnas dedit. *& alii.*

## EXTERNA.

At Campana luxuria perquam vtilis ciuitati no- 1.
ſtræ fuit. Inuictum enim armis Annibalē illecebris ſuis *An. vr. 537.*
complexa, vincendum Romano militi tribuit. Illa vigi- *Liuius 23.*
lantiſſimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus *Cic. Rull. 2.*
largis, abundanti vino, vnguentorum fragrantia, Vene- *Zonaras.*
ris vſu laſciuiore, ad ſomnum & delitias euocauit. Ac
tum demum fracta & contuſa Punica feritas eſt, cum

*Vide Pædiā. in Piſonia-nam. & Nō. Marcell.* Seplaſia ei & Albana, caſtra eſſe cœperunt. Quid ergo
his vitiis fœdius, quid etiam damnoſius, quibus virtus at-
teritur, victoriæ langueſcunt, ſopita gloria in infamiam
conuertitur, animique pariter & corporis vires expugnā-
tur? Adeo vt neſcias ab hoſtibuſne, an ab illis capi perni-
cioſius habendum ſit.

2. Quæ etiam Volſinienſium vrbem grauibus & eru-
*An.v.428.* beſcendis cladibus implicarunt. Erat opulenta, erat mo-
*Oroſ.4.c.5.* ribus & legibus ornata. Etruriæ caput habebatur: ſed
*Zonaras.* poſtquam luxuria prolapſa eſt, in profundum iniuriarum
*Flor.1.c.21.* & turpitudinis decidit, vt ſeruorum ſe inſolentiſſimæ do-
*Auct. de Vi-* minationi ſubiiceret. Qui primum admodum pauci ſe-
*ris illuſt. ca.* natorium ordinem intrare auſi, mox vniuerſam rempu-
*36.* blicam occupauerunt. Teſtamenta ad arbitrium ſuum
ſcribi iubebant: conuiuia, cœtuſque ingenuorum fieri
vetabant: filias dominorum in matrimonium ducebant.
Poſtremo lege ſanxerunt, vt ſtupra ſua in viduis pariter
ac nuptis impunita eſſent: ac nequa virgo ingenuo nu-
beret, cuius caſtitatem non ante ex numero ipſorum ali-
quis delibaſſet.

3. Age, Xerxes opum regiarum oſtentatione eximia,
*Cic. Tuſc.5.* eo vſque luxuria gaudebat, vt edicto præmium ei propo-
neret, qui nouum voluptatis genus reperiſſet. Quanta,
dum deliciis nimiis carpitur, ampliſſimi imperii ruina e-
uaſit.

4. Antiochus quoque Syriæ rex nihilo continentioris 10
*An.vr.625* exempli: Cuius cæcam & amentem luxuriam exercitus
*circiter.* imitatus, magna ex parte aureos clauos crepidis ſubie-
*Iuſtin.38.* ctos habuit: argenteaque vaſa ad vſum culinæ compara-
*Liuius 59.* uit: & tabernacula textilibus ſigillis adornata ſtatuit. A-
5. uaro potius hoſti præda optabilis, quam vlla ad vincen-
*An.v.625.* dum ſtrenuo mora.
*circiter.* Iam Ptolemæus rex acceſſione vitiorum ſuorum vi-
*Iuſtin.38.* xit: ideoque Phyſcon appellatus eſt. Cuius nequitia quid
*Strab.17.* nequius? ſororem natu maiorem communi fratri nu-
*Liu.59. Io-* ptam ſibi nubere coegit. Poſtea deinde filia eius per vim
*ſeph. ant. 2.* ſtuprata, ipſam dimiſit, vt vacuum locum nuptiis puellæ
6. faceret.
*An.v.698* CONSENTANEVS igitur regibus ſuis generis Ægy-
*Dionyſ.39.* ptiæ populus: qui ductu Archelai aduerſus A. Gabinium
*Liuius 105.* mœni-



mœnibus vrbis egreſſus, cum caſtra vallo atque foſſa cin-
gere iuberetur: vniuerſus ſucclamauit, vt id opus publica
pecunia faciendum locaretur. Quapropter delitiis tam
enerues animi, ſpiritum exercitus noſtri ſuſtinere non
potuerunt.

Sed tamen effeminatior multitudo Cypriorum, qui 7
reginas ſuas mulierum corporibus velut gradibus con-
ſtructis, quo mollius veſtigia pedum ponerent, currus cō-
ſcendere æquo animo ſuſtinebant. Viris enim, ſi modo
viri erāt, vita carere, quam tam delicato imperio obtem-
perare ſatius fuit.

---

## CAPVT II.

## DE CRVDELITATE.

1. *L. Cornelij Sullæ dict.*
2. *C. Marij Cos. 7.*
3. *L. Iunij Damaſippi pr.*
4. *Munatij Flacci.*
5. *Ptolemæi Phyſcontis regis.*
6. *Darij Ochi Perſarum regis.*
7. *Artaxerxis Ochi regis.*
8. *Athenienſium.*
9. *Perilli Siculi.*
10. *Etruſcorum.*
11. *Quorundam barbarorum.*

EXTERNORVM.

1. *Carthaginienſium.*
2. *Annibalis Pœni.*
3. *Mithridatis regis.*
4. *Numulizinthis Thraciæ regis.*

HÆc ſocietas vitiorum laſciui vultus, & nouæ cupi-
ditati inhærentium oculorum, ac delicato cultu af-
1 fluente, per varios illecebrarum motus volitantis animi:
crudelitatis vero horridus habitus, truculenta facies, vio-
2 lenti ſpiritus, vox terribilis, ora minis & cruentis imperiis
referta: cui ſilentium donare, incrementum eſt adiicere.
Etenim quem modum ſibiipſa ſtatuet, ſi ne ſugillationis
quidem frenis fuerit reuocata? ad ſummam, cum penes
illam ſit timeri, penes nos ſit odiſſe.

L. Sulla, quem neque laudare, neque vituperare
quiſquam ſatis digne poteſt: quia dum quærit victorias,
3 Scipionem ſe populo Romano; dum exercet, Annibalem
repræſentauit. Egregie namque auctoritate nobilitatis

defenſa, crudeliter totam Vrbem, atq; omnes Italiæ par-
*An.vr.671* tes ciuilis ſanguinis fluminibus inundauit. Quatuor le-
*Liuius 88.* giones contrariæ partis, fidem ſuam ſecutas, in Publica
*Plut. vita* Villa (quæ in Martio campo erat) nequicquam fallacis
*App. Ciu.1.* dexteræ miſericordiam implorantes, obtruncari iuſſit:
*Velleius O-* Quarum lamentabiles quiritatus trepidæ ciuitatis aures
*roſ. & alij.* receperunt: lacerata ferro corpora Tiberis impatiens
tanti oneris cruētatis aquis vehere coactus eſt. Quinque
millia Præneſtinorum ſpe ſalutis per P. Cethegum data,
extra mœnia municipii euocata, cum abiectis armis hu-
mi corpora proſtrauiſſent, interficienda, protinuſque per
agros diſpergenda curauit. Quatuor millia & ſeptingen-
tos diræ proſcriptionis edicto iugulatos in tabulas pu-
blicas retulit, videlicet ne memoria tam præclaræ rei di-
lueretur. Nec contentus in eos ſæuire, qui armis à ſe diſ-
ſenſerant; etiam quieti animi ciues, propter pecuniæ ma-
gnitudinem, per nomenclatorem conquiſitos, proſcri-
ptorum numero adiecit. Aduerſus mulieres quoque gla-
dios diſtrinxit: quaſi parum cædibus virorum ſatiatus.
Id quoque inexplebilis feritatis indicium eſt. Abſciſa mi-
ſerorum capita, modo non vultum ac ſpiritum retinen-
tia, in conſpectum ſuum afferri voluit, vt oculis illa, quia
ore nefas erat, manderet. Quam porro crudeliter ſe in
M. Mario prætore geſſit! quem per ora vulgi ad ſepul-
chrum Lutatiæ gentis pertractum, non prius vita priua-
uit, quam oculos infelicis erueret, & ſingulas corporis
partes confringeret. Vix mihi veriſimilia narrare videor.
At ille etiam M. Plætorium, quod ad Marii ſupplicium 4
exanimis ceciderat, continuo ibi mactauit: nouus puni-
tor miſericordiæ, apud quem iniquo animo ſcelus intue-
ri, ſcelus admittere fuit. Sed mortuorum vmbris ſaltem
*Cic. de leg. 2.* pepercit? Minime. nam C. Marii, cuius, etſi poſtea hoſtis,
quæſtor tamen aliquando fuerat, erutos cineres in Anie- 5
nis alueum ſparſit: En, quibus actis Felicis cognomen aſ-
ſequendum putauit!

2. Cuius tamen crudelitatis C. Marius inuidiam le- 6
*An.vr.666* uat: nam & ille nimia cupiditate perſequendi inimicos,
*App. Ciuil.* iram ſuam nefarie diſtrinxit, L. Cęſaris conſularis & cen-
*Cic. de ora.3* ſorii nobiliſſimum corpus ignobili ſæuitia trucidando:
*Liuius 80.* Et quidem apud ſeditioſiſſimi & abiectiſſimi hominis 7
buſtum:



buſtum: id enim malorum miſerrimæ tunc Reipublicæ
derat, vt Vario Cæſar piaculum caderet. Pene tanti vi-
ctoriæ eius non fuerunt: quarum oblitus plus criminis
domi, quam laudis militiæ meruit. Idem caput M. Anto- *L. Flor. c. 25*
9 nii abſciſum lætis manibus inter epulas per ſummam a- *Plutarchus*
nimi ac verborum inſolentiam aliquandiu tenuit: clariſ- *Mario.*
ſimique & ciuis & oratoris ſanguine contaminari men-
ſæ ſacra paſſus. Atque etiam *P. Annium, qui id attule- *P. Antro-
rat, in ſinum ſuum, recentis cædis veſtigiis aſperſum, re- nium.
cepit.

Damaſippus nihil laudis habuit quod corrumperet: i- 3.
taque memoria eius licentiore accuſatione perſtringi- *An.vr.671*
tur; Cuius iuſſu principum ciuitatis capita hoſtiarum ca- *Oroſ. 5. c. 19*
pitibus permiſta ſunt; Carboniſque Aruinæ truncum *Liuius 86.*
corpus patibulo affixum geſtatum eſt: Adeo aut flagitio- *App. 1. Vel-*
ſiſſimi hominis prætura multum, aut reipublicæ maie- *leius.*
ſtas nihil potuit.

Munatius etiam Flaccus Pompeiani nominis acrior 4.
quam probabilior defenſor, cum ab imperatore Cæſare *An.vr.708*
in Hiſpania incluſus mœnibus Atteguenſium obſidere- *A. Hirtius*
tur, efferatam crudelitatem ſuam truculentiſſimo genere *de bello Hiſ.*
veſaniæ exercuit: Omnes enim eius oppidi ciues, quos
ſtudioſiores Cæſaris ſenſerat, iugulatos, muris præcipita-
uit: feminas quoque, citatis nominibus virorum, qui in
contrariis caſtris erant, vt cædes coniugum ſuarum cer-
nerent; maternis gremiis ſuperpoſitos liberos trucidauit,
10 infanteſque alios in conſpectu parentum humo infligi, a-
lios ſuperiactatos pilis excipi iuſſit: Quæ auditu etiam in-
tolerabilia, Romano iuſſu, Luſitanis manibus admini-
ſtrata ſunt: cuius gentis præſidio Flaccus vallatus, diuinis
operibus vecordi pertinacia reſiſtebat.

EXTERNA.

TRANSGREDIAMVR nunc ad illa, quibus, 1.
vt par dolor, ita nullus noſtræ ciuitatis rubor ineſt. Car- *An.vr.503*
thaginienſes Atilium Regulum palpebris reſectis, ma- *Cic. offic. 3.*
chinæ, in qua vndique præacuti ſtimuli eminebant, in- *Gell. 6. c. 4.*
cluſum, vigilantia pariter & continuo tractu doloris *Auct. de Vi-*
necauerunt. Tormenti genus haud dignum paſſo, au- *ris illuſt. &*
11 ctoribus digniſſimum. Eadem vſi ſunt crudelitate in *alij.*

*Non. Marcell. ex Var. de vita pop. Rom. 4.*

militeſ noſtros quos maritimo certamine in ſuam pote-
ſtatem redactos, nauibus ſubſtrauerunt; vt earum carinis
ac pondere eliſi, inuſitata ratione mortis barbaram feri-
tatem ſatiarent: tetro facinore pollutis claſſibus ipſum
mare violaturi.

2. *An. vrb. 537. L. For. 2. c. 6. Plin. 8. cap. 7. Zonaras.*

Eorum dux Annibal, cuius maiore ex parte virtus ſæ- 12
uitia conſtabat, in flumine Vergello corporibus Roma-
nis ponte facto, exercitum traduxit: vt terreſtrium Car-
thaginienſium copiarum æque ſceleſtum egreſſum ter- 13
ra, quam maritimarum Neptunus experiretur. Idem ca- 14
ptiuos noſtros oneribus & itinere feſſos infima pe-
dum parte ſucciſa relinquebat. Quos vero in caſtra
perduxerat, paria fere fratrum & propinquorum iun-
gens, ferro decernere cogebat: neque ante ſanguine ex-
plebatur, quam ad vnum victorem omnes redegiſſet. Iu-
ſto ergo illum odio, verumtamen tardo ſupplicio ſenatus
Pruſiæ regi factum ſupplicem ad voluntariam mortem
compulit.

3. *An. vrb. 665. Liu. 78. App. Mithrid. Plut. Pomp. & alij. An. vrb. 690.*

Tam hercle', quam Mithridatem regem, qui vna epi-
ſtola octoginta millia ciuium Romanorum in Aſia per
vrbes negotiandi gratia diſperſa, interemit: tantæq; pro-
uinciæ hoſpitales deos, iniuſto, ſed non inulto cruore re-
ſperſit. Quoniam cum maximo cruciatu, veneno repu-
gnantem ſpiritum ſuum tandem ſuccumbere coegit. Si-
mulq; piacula crucibus illis dedit, quibus amicos ſuos au-
ctore Gauro ſpadone libidinoſus obſequio, ſceleſtus im-
perio*affecerat.

*App. Plut. Auct. de Viris illuſt. & alij.*
*f. affixerat.

* Numulizinthis Diogiridis filiæ Thraciæ regis etſi
minus admirabilem crudelitatem gentis ipſius feritas,
narrandam tamen rabies ſæuitiæ facit: cui neque viuos
homines medios ſecare, neque parentes liberorum* veſci
corporibus nefas fuit.

4. *f. paſci

Iterum Ptolemæus Phyſcon emergit, paulo ante
libidinoſæ amentiæ teterrimum exemplum: idem etiam
inter præcipua crudelitatis indicia referendus.

5. *An. vr. 625 circiter. Liu. 59. Ioſeph. antiq. 2. Iuſtin. 38.*

Quid e-
nim hoc facto truculentius? filium ſuum nomine Mene-
phitem, quem ex Cleopatra eadem ſorore & vxore ſuſtu-
lerat, liberalis formæ, optimæque ſpei puerum in conſpe-
ctu ſuo occidi iuſſit: protinuſque caput eius & pedes præ- 15
ciſos, & manus in ciſta chlamyde opertos pro munere na-
talitio



talitio matri miſit. Perinde quaſi ipſe cladis quam infere-
bat, expers, ac non infelicior, quod in communi orbitate
Cleopatram miſerabilem, cunctis ſe inuiſum redderet.
16 Adeo cæco furore ſumma quæque efferueſcit crudelitas,
cum munimentum ex ſe ipſa capit. Nam cum animaduer-
teret, quanto ſui odio patria teneretur, timori remedium
ſcelere petiuit: quoque tutius plebe trucidata regnaret,
frequens iuuentute gymnaſium armis & igni circumde-
dit, omneſque qui in eo erant, partim ferro, partim flam-
ma necauit.

Ochus autem, qui poſtea Darius appellatus eſt, ſan- 6.
ctiſſimo Perſis iureiurando obſtrictus, ne quem ex con-
iuratione quæ ſeptem Magos cum eo oppreſſerat, aut ve-
neno, aut ferro, aut vlla vi, aut inopia alimentorum neca-
17 ret; crudeliorem mortis rationem excogitauit, qua one-
roſos ſibi, non perrupto religionis vinculo tolleret. Septũ *Ouid. in Ibim.*
enim aliis parietibus locum cinere compleuit, * ſuppoſi-
toque tigno prominente, benigne cibo, & potione exce- * *al.* ſuperpoſito
ptos in eo collocabat; è quo ſomno ſopiti, in illam inſidio-
ſam congeriem decidebant.

Apertior & tetrior alterius Ochi cognomine Arta- 7.
xerxis crudelitas, qui Ocham ſororem, atque eandem ſo- *Euſeb. in*
crum, viuam capite defodit: & patruum cum centum am- *Chro. 12.*
plius filiis ac nepotibus vacua area deſtitutum, iaculis *Perſarũ re-*
confixit; nulla iniuria laceſſitus, ſed quod in his maximam *gem dicit.*
apud Perſas probitatis & fortitudinis laudem conſiſtere
videbat.

Conſimili genere æmulationis inſtincta ciuitas Athe- 8.
nienſium, indigno gloriæ ſuæ decreto Æginenſium iu- *Cic. offic. 3.*
uentuti pollices abſcidit; vt claſſe potens populus in cer- *Ælia. Var.*
tamen maritimarum virium ſecum deſcendere nequiret. *hiſt. 2.*
Non agnoſco Athenas timori remedium à crudelitate
mutuantes.

Sæuus etiam ille ænei tauri inuentor, quo incluſi ſub- 9.
ditis ignibus, longo & abdito cruciatu, mugitus reſonan- *Cic. in Piſo-*
te ſpiritu edere cogebantur, ne eiulatus eorum humanæ *nem, Pha-*
ſono vocis expreſſi, Phalaridis tyrãni miſericordiam im- *laris in ep.*
plorare poſſent. Quam, quia calamitoſis deeſſe voluit, *Ouid. in*
teterrimum artis ſuæ opus primus artifex incluſus meri- *Ibim.*
to auſpicatus eſt.

At ne Etruſci quidem parum feroces in pœna excogi-
10. tanda: qui viuorum corpora cadaueribus aduerſa aduer- 18
*Virg. Æneid.8.de Mezentio.* ſis alligata atque conſtricta, ita vt ſingulæ membrorum
partes ſingulis eſſent accommodatæ, tabeſcere ſimul pa-
tiebantur: Amari vitæ pariter ac mortis tortores.

11. Sicut illi Barbari, quos ferunt mactatarum pecudum
inteſtinis, & viſceribus egeſtis, homines inſerere, ita vt ca-
pitibus tantummodo emineant, atque vt diutius pœnæ
ſufficiant, cibo & potione infelicem ſpiritum prorogare:
donec intus putrefacti, laniatui ſint animalibus, quæ ta-
bidis corporibus innaſci ſolēt. Queramur nunc cum na- 19
tura rerum, quod nos multis & aſperis aduerſæ valetudi-
nis incommodis obnoxios eſſe voluerit: habitumque cę-
leſtis roboris humanæ conditioni denegatum moleſte
feramus; cum tot cruciatus ſibimetipſa mortalitas im-
pulſu crudelitatis excogitauerit.

---

## *CAPVT III.*

## DE IRA ET ODIO.


1. *M. Liuij Salinatoris Cos.*
2. *C. Marcij Figuli iuriſcos.*
3. *Patriciorum.*
4. *Iuuentutis Romanæ.*
5. *Exercitus Rom.*
6. *Plebis Rom.*
7. *Q. Metelli Macedonici procos.*
8. *L. Cornelij Sullæ.*

EXTERNORVM.

1. *Alexandri Magni.*
2. *Amilcaris Barchæ Pœni.*
3. *Annibalis Barchæ Pœni.*
4. *Semiramidis, Aſſyriorum reginæ.*


IRA quoque & odium in pectoribus humanis magnos
fluctus excitant: pro curſu celerior illa, nocendi cupidi-
ne hoc pertinacius. Vterque conſternationis plenus affe-
ctus, ac nunquam ſine tormento ſui violentus: quia dolo-
rem cum inferre vult, patitur, amara ſolicitudine, ne non
contingat vltio, anxius: Sed proprietatis eorum certiſſi-
mę ſunt imagines: quas dii ipſi in claris perſonis, aut dicto
aliquo, aut facto vehementiore conſpici voluerunt.

1. Cum aduerſus Aſdrubalem Liuius Salinator bellum
geſturus



geſturus vrbe egrederetur, monente Fabio Maximo ne *An.vr.546*
ante deſcenderet in aciem, quam hoſtium vires animum- *Liuius 27.*
que cognoſſet; primam occaſionem pugnandi non omiſ-
ſurum ſe reſpondit. Interrogatuſque ab eodem, quid ita
tam feſtinanter manum conſerere vellet: Vt quam celer-
rime (inquit) aut gloriam ex hoſtibus victis, aut ex ciui-
bus proſtratis gaudium capiam. Ira tunc atque virtus ſer-
monem eius inter ſe diuiſerunt: illa iniuſtæ damnationis
memor, hæc triumphi gloriæ intenta. Sed neſcio an eiuſ-
dem fuerit hoc dicere, & ſic vincere.

Ardentis ſpiritus virum, & bellicis operibus aſſuetum, 2.
huc iracundiæ ſtimuli egerunt: C. autem Figulum mā-
ſuetiſſimum, pacato iuris ciuilis iudicio celeberrimum, *An.vr.628 circiter.*
prudētię moderationiſq; immemorem reddiderūt. Con-
ſulatus enim repulſæ dolore accenſus, eo quidem magis,
quod illum bis patri ſuo datum meminerat, cum ad eum
2 poſtero comitiorum die multi conſulendi cauſſa veniſ-
ſent, omnes dimiſit: præfatus, An vos conſulere ſcitis, cō-
ſulem facere neſcitis? Dictum grauiter, & merito, ſed ta-
men aliquanto melius non dictum. Nam quis populo
Romano iraſci ſapienter poteſt?

Itaque ne illi quidem probandi, quamuis factum eo- 3. *An.vrb.*
rum nobilitatis ſplendore protectum ſit: qui, quod Cn. *449.*
Flauius humillimæ quondam ſortis præturam adeptus e- *Liuius 9.*
rat, offenſi, annulos aureos ſibimetipſis, & phaleras equis *Gell. 6. c. 9.*
detractas abiecerunt, doloris impotentiam tantum non *Plin. 33. c. 1.*
luctum profecto teſtati. *qui omnes de curuli ædilitate Flauij hoc ſcribunt non prætura.*

Talis iræ motus aut ſingulorum, aut paucorum ad-
uerſus populū vniuerſum: multitudinis autem erga prin-
cipes ac duces, eiuſmodi. Manlio Torquato ampliſſimā
& glorioſiſſimam ex Latinis & Campanis victoriam in
Vrbem referenti, cum ſeniores omnes lætitia ouantes
occurrerent; iuniorum nemo obuiam proceſſit: quod fili- 4.
um adoleſcentē fortiſſime aduerſus imperiū ſuum prœli- *An. vr. 413*
atum, ſecuri percuſſiſſet. Miſerti ſunt æqualis nimis aſpe- *Liuius 8.*
re puniti: nec factum eorum defendo, ſed iræ vim indico,
quæ vnius ciuitatis & ætates & affectus diuidere valuit. 5.
2 Eadem tantum potuit, vt vniuerſum populi Romani *An.vr.272*
peditatum à Fabio conſule ad hoſtium copias perſequen- *Liuius 2.*
das miſſum, cum & tuto & facile eas liceret delere; le- *Dionyſ. 9.* *Zonaras 11.*

gis agrariæ ab eo impeditæ memoria immobilem reti-
*An.vr.282* neret. Illa vero etiam Appio duci (cuius pater, dum pro
*Liu. Diony.* ſenatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrime
*Zonaras.* impugnauerat) infenſum exercitum faciendo, volunta-
ria fuga terga hoſti; ne triumphum imperatori quære-
ret, dare coegit. Quoties ergo Victoriæ victrix? congra- 3
tulationem eius in Torquato ſpernendam, in Fabio pul-
cherrimam partem omittendam, in Appio totam fugæ 4
poſtponendam credidit.

Age, quam violenter ſe in pectore vniuerſi populi R.
6. geſſit eodem tempore, quo ſuffragiis eius dedicatio ædis
*An.vr. 258* Mercurii M. Plætorio primipili centurioni data eſt; præ-
*Liu.2.* teritis conſulibus, Claudio quod obſtitiſſet, quo minus
æri alieno ſuo ſuccurreretur: & Seruilio, quod ſuſceptam
cauſſam ſuam languido patrocinio protexiſſet? Negas
efficacem eſſe iram, cuius hortatu miles ſummo imperio
prælatus eſt?

Non quidem proculcauit tantum imperia: ſed etiam
7. geſſit impotenter. Nam Q. Metellus cum prouinciam 5
*An.vr. 611* Hiſpaniam conſul prius, deinde proconſule, pene totam
*Liuius 53.* ſubegiſſet, poſtquam cognouit Q. Pompeium conſulem
*Flor.2.c.17* inimicum ſuum ſucceſſorem ſibi mitti; omnes qui modo
*Auct. de Vi-* militiam ſuam voluerunt finiri, dimiſit: commeatus pe-
*ris illuſt. 61* tentibus, neque cauſſis excuſſis, neque conſtituto tem-
pore, dedit: Horrea cuſtodibus remotis oportuna rapinæ
præbuit: arcus, ſagittaſque Cretenſium frangi, atque in
amnem abiici iuſſit: elephantis cibaria dari vetuit: Qui-
bus factis vt cupiditati ſuæ indulſit, ita magnifice geſta-
rum rerum gloriam corrupit: meritumque honorem, tri-
umphi hoſtium, quam iræ, fortior victor, amiſit.

Quid Sulla, dum huic vitio obtemperat, nonne mul-
8. to alieno ſanguine profuſo, ad vltimum & ſuum eroga-
*An.vr.675* uit? Puteolis enim ardens indignatione, quod Granius
*Plut. in vi-* princeps eius coloniæ pecuniam à decurionibus ad refe-
*ta.* ctionem Capitolii promiſſam cunctantius daret; animi
concitatione nimia, atque immoderato vocis impetu
conuulſo pectore, ſpiritum cruore ac minis miſtum euo-
muit. Nec ſenio iam prolapſus, vtpote ſexageſimũ ingre-
diens annũ; ſed alita miſeriis reip. impotẽtia furẽs. Igitur 6
in dubio eſt, Sullane prior, an iracundia Sullę ſit extincta.

EXTER-



*Externa.*

7 Nunc ab ignotis exempla petere iuuat, *ſed maximis viris exprobrare vitia ſua verecundiæ eſt*: cæterum cum
propoſiti fides excellentiſſima quęque complecti moneat,
voluntas operi cedat; dum præclara libenter probando,
neceſſaria narrandi conſcientia non deſit.

Alexandrum iracundia ſua propemodum cælo deri- 1.
puit. Nam quid obſtitit, quo minus illuc aſſurgeret, niſi *Q. Curtius 8*
Lyſimachus leoni obiectus, & Clytus haſta traiectus, & *Arrian. 4.*
Calliſthenes mori iuſſus? quia tres maximas victorias to- *Plu. in vita.*
tidem amicorum iniuſtis cædibus victor perdidit.

Quam vehemens deinde aduerſus populum Roma- 2.
num Amilcaris odium! Quatuor enim puerilis ætatis *Prob. in vi-*
filios intuens, eiuſdem numeri catulos leoninos, in perni- *ta.*
ciem imperii noſtri alere ſe prædicabat. Digna nutrimen-
ta, quæ in exitium patriæ ſuæ, vt euenit, conuerterentur.

E quibus Annibal mature adeo patris veſtigia ſub- 3.
ſecutus eſt; vt eo exercitum in Hiſpaniam traiecturo, & *An.vr.516.*
ob id ſacrificante, nouem annorum natu, altaria tenens *circiter.*
iuraret, ſe, cum primum per ætatem potuiſſet, acerrimum *Liu. 21. &*
hoſtem pop. Rom. futurum; vt pertinaciſſimis precibus *35. Polyb. 2.*
inſtantis belli commilitium exprimeret. Idem ſignificare
cupiens quanto inter ſe odio Carthago & Roma diſſi-
derent; inflicto in terram pede, ſuſcitatoque puluere, tunc
inter eas fore finem belli dixit, cum alterutra Vrbs in ha-
bitum pulueris eſſet redacta.

In puerili pectore non tantum vis odii potuit, ſed in 4.
muliebri quoque æque multum valuit. Nanque Semira-
mis Aſſyriorum regina, cum ei circa cultum capitis ſui oc-
cupatę nunciatum eſſet, Babylonem defeciſſe; altera parte
crinium adhuc ſoluta, protinus ad eam expugnandam cu-
currit: Nec prius decorem capillorum in ordinem, quam
tantam vrbem in poteſtatem ſuam redegit. Quocirca ſta-
tua eius Babylone poſita eſt illo habitu, quo ad vltionem
exigendam celeritate præcipiti tetendit.

---

*CAPVT IV.*

## DE AVARITIA.

V

| | | |
|---|---|---|
| 1 | *M. Craſſi & Q. Horten-ſii.* | Exteri. |
| 2 | *Q. Caſſii Longini propr.* | *Ptolemæi Cypriorum regis.* |
| 3 | *L. Septimuleii.* | |


PRotrahatur etiam auaritia, latentium in- 1
dagatrix lucrorum, manifeſtæ prædæ auidiſſima vo-
rago; nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi mi-
ſerrima.

1. Cum admodum locupleti L. Minucio Baſilo falſum
*Cic. offic. 3.* teſtamentum quidam in Græcia ſubieciſſent, eius deni-
que confirmandi gratia, potentiſſimos ciuitatis noſtræ
viros M. Craſſum & Q. Hortenſium, quibus Minucius
ignotus fuerat, tabulis hæredes inſeruerunt. Quanquam
euidens fraus erat, tamen vterque pecuniæ cupidus, faci-
noris alieni munus non repudiauit. Quantam culpam
quam leuiter retuli! Lumina curiæ, ornamenta fori, quod
ſcelus vindicare debebant, inhoneſti lucri captura inuita-
ti, auctoritatibus ſuis texerunt.

2. Verum aliquanto maiores vires in Q. Caſſio exhi- 2
*An. vr. 705.* buit; qui in Hiſpania M. Silium & A. Calpurniū occiden-
*Hirtius de* di ſui gratia cum pugionibus deprehenſos, quinquagies ſe-
*bello Ale-* ſtertium ab illo, ab hoc ſexagies pactus dimiſit. Atqui ne 3
*xand.* dubites, ſi alterum tantum daretur, iugulum quoque ſuum
æquo animo illis fuiſſe præbiturum.

3. Cæterum auaritia ante omnes L. Septimuleii
*An. vr. 632.* præcordia poſſedit: Qui, cum C. Gracchi familiaris fuiſ-
*Plu. in vita.* ſet, caput eius abſcindere, & per Vrbem pilo fixum
*Cic. de orat.* ferre ſuſtinuit; quia Opimius conſul auro id ſe repenſu-
*2.* rum edixerat. Sunt qui tradunt, liquato plumbo eum
cauatam partem capitis, quo ponderoſius eſſet, expleſſe.
Fuerit ille ſeditioſus, bono perierit exemplo: clientis ta-
men ſceleſta fames in has vſque iacentis iniurias eſurire
non debuit.

### EXTERNVM.

Odium merita eſt Septimuleii auaritia; Ptolemæi 4
*An. vr. 695.* autem regis Cypriorum, riſu proſequenda; Nam cum
*Plu. Catone.* anxiis ſordibus magnas opes corripuiſſet, propterque eas
periturum ſe videret; & ideo omni pecunia impoſita na-
uibus,



uibus, in altum proceſſiſſet, vt claſſe perforata ſuo arbitrio
periret, & hoſtes præda carerent; non ſuſtinuit mergere
aurum, & argentum; ſed futurum ſuæ necis præmium do-
mum reuexit. Proculdubio hic non poſſedit diuitias, ſed à
diuitiis poſſeſſus eſt: titulo rex inſulæ, animo pecuniæ mi-
ſerabile mancipium.

## CAPVT V.

## DE SVPERBIA ET IMPOTENTIA.


| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | *M. Fuluii Flacci Cos.* | | Externorum. |
| 2 | *M. Liuii Druſi trib. ple-bis.* | 1 | *Alexandri Magni.* |
| | | 2 | *Xerxis Perſarum regis.* |
| 3 | *Cn. Pompeii Magni Cos. 3.* | 3 | *Annibalis Pœni.* |
| 4 | *M. Antonii III. viri.* | 4 | *Carthagínienſis & Căpani ſenatus.* |


ATque vt ſuperbia quoque & impotentia in con- 1.
ſpicuo ponantur, M. Fuluius Flaccus cōſul, M. Plau-
tii Hypſæi collega, cum pernicioſiſſimas reipublicæ le-
ges introduceret, de ciuitate danda, & de prouocatione *An. vr. 628.*
ad populum, eorum qui ciuitatem mutare voluiſſent; æ- *App. Ciuil. 1.*
gre compulſus eſt vt in Curiam veniret. Deinde partim
monenti, partim oranti ſenatui vt incepto deſiſteret,
reſponſum non dedit. Tyrannici conſul ſpiritus habere-
tur, ſi aduerſus vnum ſenatorem hoc modo ſe geſſiſſet,
quo Flaccus in totius ampliſſimi ordinis contemnenda
maieſtate verſatus eſt.

Quæ à M. quoque Druſo trib. plebis per ſummam 2.
1 contumeliam vexata eſt. Parui enim habuit L. Philip- *An. vr. 662.*
pum Conſulem, quia interfari concionantem auſus fue- *Liuius 71.*
rat, obtorta gula, & quidem non per viatorem, ſed per *L. Flor. 3. c.*
clientem ſuum, adeo violenter in carcerem præcipitem *17. Vell. &*
egiſſe, vt multus à naribus eius cruor profunderetur. *alii.*
Verumetiam cum ſenatus ad eum miſiſſet, vt in Curiam
veniret: Quare non potius, inquit, ipſe in Hoſtiliam
propinquam Roſtris. Piget adiicere quod ſequitur. Tri-
bunus ſenatus imperium deſpexit: ſenatus tribuni verbis
paruit.

3. Cn.autem Pompeius quam inſolenter! qui balneo
*An.vr.*701. egreſſus, ante pedes ſuos proſtratum Hypſæum ambitus
*Plut. in vi-* reum, & nobilem virum, & ſibi amicum iacentem reliquit,
*ta. Dio* 40. contumelioſa voce proculcatum. Nihil enim eum a-
*Pæd. in Mi-* liud agere, quam vt conuiuium ſuum moraretur, reſpon-
*lon.* dit. Et huius dicti conſcius, ſecurus animo cœnare po-
*Cic.pro* tuit. * Ille vero etiam in foro non erubuit P. Scipionem
*Flacco.* ſocerum ſuum legibus noxium, quas ipſe tulerat, in ma-
* *al.* Immo xima quidem reorum & illuſtrium ruina, muneris loco
* *al.* ſtatutũ à iudicibus depoſcere, maritalis lecti blanditiis * ſtatum
reipublicæ temperando.

4. Tetrum facto pariter ac dicto M. Antonii conui-
*An.vr.*710. uium. Nam cum ad eum triumuirum Cæſetii Rufi ſe-
*App.Ciuil.*4 natoris caput allatum eſſet; auerſantibus id cæteris, pro-
pius admoueri iuſſit, ac diu diligenterque conſiderauit.
Cunctis deinde expectantibus quidnam eſſet dicturus:
Hunc ego, inquit, notum non habui. Superba de ſenato-
re, impotens de occiſo confeſſio.

*Externa.*

1. Satis multa de noſtris, aliena nunc adiiciantur. Ale-
*Q. Curtius.* xandri regis virtus & felicitas tribus inſolentiæ gradibus
*Arrian.* exultauit euidentiſſimis. Faſtidio enim Philippi, Iouem
*Plut. in vita.* Hammonem patrem aſciuit: tædio morum, & cultus
Macedonici, veſtem & inſtituta Perſica aſſumpſit: ſpreto
mortali habitu, diuinum * æmulatus eſt. Nec fuit ei pu- 2
* *al.* aucupatus dori, filium, ciuem, hominem diſſimulare.

2. Iam Xerxes, cuius in nomine ſuperbia & impoten-
*Herodot.* 7. tia habitat, ſuo iure quam inſolenter abuſus eſt, quum
*Iuſtin.*2. Græciæ indicturus bellum, adhibitis Aſiæ principibus,
Ne viderer, inquit, meo tantummodo vſus conſilio, vos
contraxi. Cæterum mementote parendum magis vobis
eſſe, quam ſuadendum. Arroganter, etiam ſi victori repe-
tere ei regiam contigiſſet: tam deformiter victi, neſcias
vtrum inſolentius dictum, an impudentius.

3. Annibal autem Cannenſis pugnæ ſucceſſu elatus,
*An.vr.*537. nec admiſit quenquam ciuium ſuorum in caſtris, nec re-
ſponſum vlli, niſi per interpretem dedit. Maharbalem
*Liuius* 22. etiam ante tabernaculum ſuum clara voce affirmantem,
*Polyb.*3. proſpexiſſe ſe quonam modo paucis diebus Romę in Ca-
pitolio



pitolio cœnaret, aſpernatus eſt. *Adeo felicitatis & mode-
rationis diuiduum contubernium eſt.*

Inſolentię vero inter Carthaginienſem & Campanum 4
ſenatum quaſi æmulatio fuit. Ille enim ſeparato à plebe
balneo lauabatur; hic diuerſo foro vtebatur: Quem mo-
rem Capuæ aliquandiu retentum, C. quoq; Gracchi ora-
tione in Plautium ſcripta patet.

---

## *CAPVT VI.*
## DE PERFIDIA.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | *T. Tatii Sabinorum regis.* | 4 | *Q. Seruilii Cæpionis Cos.* |
| 2 | *Ser. Sulpicii Galbæ pr.* | | Externorum. |
| 3 | *Cn. Domitii Ahenobarbi procos.* | 1 | *Carthaginienſium.* |
| | | 2 | *Annibalis Pœni.* |

OCcultum iam, & inſidioſum malum perfidia, late-
bris ſuis extrahatur. Cuius efficaciſſimæ vires ſunt
mentiri, ac fallere: fructus in aliquo admiſſo ſcelere con-
ſiſtit: Tum certus, cum credulitatem nefariis vinculis cir-
cumdedit: tantum incommodi humano generi afferens,
quantum ſalutis bona fides præſtat. Habeat igitur non
minus reprehenſionis, quam illa laudis conſequitur.

Romulo regnante Sp. Tarpeius arci præerat; cuius fi- 1.
liam virginem aquam ſacris petitum extra mœnia egreſ- *An.vr.* 105.
ſam, Tatius, vt armatos Sabinos in arcem ſecum recipe- *circiter.*
ret, corrupit; mercedis nomine pactam quæ in ſiniſtris *Liuius* 1.
manibus gerebant. Erant autem his armillæ, & annuli *Dionyſ.* 2.
magno ex pondere auri. Loco potitum agmen Sabino- *Plut. Romu-*
rum, puellam præmium flagitantem, armis obrutam ne- *lo & alii.*
1 cauit: perinde quaſi promiſſum (quod ea quoque læuis
geſtauerant) ſoluens. Abſit reprehenſio: quia impia pro-
ditio celeri pœna vindicata eſt.

Ser. quoque Galba ſummæ perfidiæ: trium enim Lu- 2.
ſitaniæ ciuitatum conuocato populo, tanquam de com- *An.vr.* 602
modis eius acturus, ſeptem millia, in quibus flos iuuen- *Suet. in Gal-*
tutis conſiſtebat, electa, & armis exuta, partim trucidauit, *ba.*
partim vendidit: Quo facinore maximam cladem barba- *Oroſ.* 4. *c.* 21.
rorum, magnitudine criminis anteceſſit.

3. [*An.vr.632. Eutrop. Oroſ.5.c.13. aliter.*] Cn.autem Domitium ſummi generis, & magni animi virum,nimiæ gloriæ cupiditas perfidum exiſtere coegit Iratus namque Betulto regi Auernorum, quod cum ſuam,tum etiam Allobrogum gentem, ſe etiam tum in prouincia morante,ad Q. Fabii ſucceſſoris ſui dexteram confugere hortatus eſſet: per colloquii ſimulationem acceſſitum,hoſpitioque exceptum vinxit, ac Romam naue deportandum curauit. Cuius factum ſenatus neque probare potuit,neque reſcindere voluit,ne remiſſus in patriam Betultus bellum renouaret Igitur eum Albam cuſtodiæ cauſſa relegauit.

4. [*An.vr.613. App. Iberic. Liuius 54. Flor.2.c.17*] Viriati etiam cædes duplicem perfidiæ accuſationem recepit:in amicis,quod eorum manibus interemptus eſt: in Q. Seruilio Cæpione conſule,quia is ſceleris huius auctor impunitate promiſſa fuit:victoriamque non meruit, ſed emit.

*Externa.*

1. [*An.vr.498 Zonar. pulchre.*] Verum vt ipſum fontem perfidiæ contemplemur: Carthaginienſes Xantippum Lacedæmonium cuius opera primo Punico bello vſi fuerant, & quo iuuante Atilium Regulum ceperant;ſimulantes ſeſe domum reuehere,in alto merſerunt. Quid tanto facinore petentes? an ne victoriæ eorum ſocius ſupereſſet? Extat nihilominus,& quidem cum illorũ opprobrio;quem ſine vlla gloriæ iactura inuiolatum reliquiſſent.

2. [*An.vr.537. Zonaras. Liuius 23. paulo aliter.*] Annibal porro Nucerinos hortatu ſuo cum binis veſtimentis vrbem inexpugnabilibus muris cinctam egreſſos,vapore & fumo balnearum ſtrangulando, & Acerranorum ſenatum eadem ratione extra mœnia euocatum, in profundum puteorum abiiciendo, nonne bellum aduerſus populum Romanum & Italiam profeſſus, aduerſus ipſam fidem acrius geſſit, mendaciis & fallacia quaſi præclaris artibus gaudens? Quo euenit, vt alioqui inſignem nominis ſui memoriam relicturus, in dubio, maiorne,an peior vir haberi deberet,poneret.

## *CAPVT VII.*
## DE SEDITIONIBVS.

Ple-



| | |
|---|---|
| Plebis Rom. aduerſus | Militum Rom. aduerſus |
| 1 *C.Marium Coſ.6.* | 1 *Gratidium legatum.* |
| 2 *Q.Metellum cenſorem.* | 2 *Q. Pompeium conſulem.* |
| 3 *A. Numium candidatum.* | 3 *C.Carbonem legatum.* |
| 4 *A. Sempronium Aſellionem pr.* | |

SEd vt violentæ ſeditionis tam togatæ, quam etiam armatæ facta referantur.

1. [*An.vr.653. App. Ciu.1. Plut.Mario. Oroſ.lib.5. cap.17.*] L.Equitium, qui ſe Ti. Gracchi filium ſimulabat, tribunatumque aduerſus leges cum L. Satunino petebat, à C.Mario ſextum conſulatum gerente in publicam cuſtodiam ductum,populus clauſtris carceris conuulſis, raptum humeris ſuis per ſummam animorum alacritatem portauit.

2. [*An.vr.651. App. Ciu.1.*] Idemque Q. Metellum cenſorem, quod ab eo, tanquam Gracchi filio, cenſum recipere nolebat; lapidibus proſternere conatus eſt, affirmantem tres tantummodo filios Graccho fuiſſe. E quibus vnum in Sardinia ſtipendia merentem, alterum infantem Præneſte,tertium poſt patris mortem natum Romæ deceſſiſſe: neq; oportere clariſſimæ familiæ ignotas ſordes inſeri: Cum interim improuida concitatæ multitudinis temeritas,pro impudentia, & audacia aduerſus conſulatum, & cenſuram tetendit, principeſque ſuos omni petulantiæ genere vexauit.

3. [*An.vr.652. App. Plut. & Liu.li.69*] Veſana hæc tantummodo: illa etiam cruenta ſeditio. Populus enim A. Numium competitorem Saturnini,nouem iam creatis tribunis, vnoq; loco duobus candidatis reſtante vi prius in ædes priuatas compulit. Extractum deinde interemit,vt cæde integerrimi ciuis, facultas apiſcendæ poteſtatis teterrimo ciui daretur.

4. [*An.vr.664 App. Ciu. 1. Liuius 74.*] Creditorum quoque conſternatio aduerſum Sempronii Aſellionis prætoris vrbani caput intolerabili modo exarſit. Quem, quia cauſſam debitorum ſuſceperat, concitati à L.Caſſio trib.plebis pro æde Concordiæ ſacrificium facientem,ab ipſis altaribus fugere extra forum coactum,inque tabernacula latitantem,prætextatum diſcerpſerunt.

*Militum Romanorum.*

1. Deteſtanda fori Rom. conditio. ſed ſi caſtra reſpicias,
*An.vr.665.* æque magna orietur indignatio. Cum C. Mario lege
*Liuius 77.* Sulpicia, prouincia Aſia, vt aduerſus Mithridatem bel-
*Plu.in Sulla.* lum gereret, priuato decreta eſſet: miſſum ab eo Gratidi-
*Oroſ.5.c.19* um legatum ad L. Sullam conſulem accipiendarum le-
gionum cauſſa milites trucidarunt: Proculdubio indigna-
ti, quod à ſummo imperio, ad eum qui nullo in honore
verſaretur, tranſire cogerentur. Sed quis ferat militem
ſcita plebis exitio legati corrigentem?

2. Pro conſule iſtud tam violenter exercitus, illud aduer-
*An.vr.665.* ſus conſulem. Q.enim Pompeium Sullæ collegam, ſena-
*Liuius 77.* tus iuſſu ad exercitum Cn. Pompeii, quem aliquandiu in-
*App.1.Ciu.* uita ciuitate obtinebat, contendere auſum: ambitioſi du-
cis illecebris corrupti milites, ſacrificare incipientem ad-
orti, in modum hoſtiæ mactauerunt: tantumque ſcelus
Curia caſtris cedere ſe confeſſa, inultum habuit.

3. Ille quoque exercitus nefarie violentus, qui C. Car-
*An.vr.671* bonem fratrem Carbonis ter conſulis, propter bella ci-
uilia diſſolutam diſciplinam militarem præfractius & ri-
gidius aſtringere conatum, priuauit vita: ſatiuſque duxit
maximo ſcelere coinquinari, quam prauos ac tetros mo-
res mutare.

---

## *CAPVT VIII.*
## DE TEMERITATE.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | P. *Africani maioris.* | | Externorum. |
| 2 | *C.Cæſaris Cos. 2.* | 1 | *Annibalis Pœni.* |
| 3 | *Exercitus Rom.* | 2 | *Athenienſis populi.* |

TEmeritatis etiam & ſubiti, & vehementes ſunt im- 1
pulſus: quorum ictibus hominum mentes concuſ-
ſæ, nec ſua pericula diſpicere, nec aliena facta iuſta æſti- 2
1. matione proſequi valent.
*An.vr.547* Quam enim temere ſe Africanus ſuperior ex Hiſpa-
*Liuius 28.* nia duabus quinqueremibus ad Suphacem traiecit, in v-
*App.Libyca.* nius Numidię infidis pręcordiis ſuã pariter & patriæ ſalu-
*Zonaras.* tem depoſiturus! Itaque exiguo momento maximæ rei 3
caſus



caſus fluctuauit, vtrum captiuus, an victor Scipio Supha-
cis fieret. 2.
4 Iam C. Cæſaris anceps conatus etiamſi cæleſtium cu- *An.vr.705*
ra protectus eſt, attamen vix ſine animi horrore referri *Plut. in vita*
poteſt. Siquidem impatiens legionum tardior is à Brun- *Dionyſ. 41.*
duſio Apolloniam traiectus; per ſimulationem aduerſæ *Suet. Appia.*
5 valetudinis conuiuio egreſſus, maieſtate ſua ſeruili veſte *& alii.*
occultata, nauiculam conſcendit, & è flumine maris A-
driatici ſęua tempeſtate fauces petiit. Protinuſque in al-
tum dirigi iuſſo nauigio, multum ac diu contrariis iacta-
tus fluctibus, tandem neceſſitati ceſſit.
Age, illa quam execrabilis militum temeritas! fecit e- 3.
nim vt A. Albinus nobilitate, moribus, honorũ omnium *An.vr.664*
conſummatione ciuis eximius, propter falſas & inanes *Liuius 75.*
ſuſpiciones, in caſtris ab exercitu lapidibus obrueretur: *Oroſ.5.ca.8.*
Quodque acceſſionem indignationis non recipit, oranti
atque obſecranti duci à militibus cauſſæ dicendæ poteſtas
negata eſt.

*Externa.*

Itaque minus miror apud trucem, & ſæuum Anniba- 1.
lis animum defenſionis locum innoxio gubernatori non
fuiſſe: quem à Petilia claſſe Africam repetens freto ap- *An.vr.550.*
pulſus, dum tam paruo ſpatio Italiam, Siciliamque inter *Seruius in 3.*
ſe diuiſas non credit, velut inſidioſum curſus rectorem *Æneid. Põp.*
interemit: Poſteaque diligentius inſpecta veritate, tunc *Mela. 2. c.7.*
abſoluit, cum eius innocentię nihil vltra ſepulchri hono *aliter.*
6 rem dari potuit. Igitur anguſti, atque æſtuoſi maris alto è
tumulo ſpeculatrix ſtatua, tam memoriæ Pelori, quam
7 Punicæ temeritatis, vltra citraque nauigantium ocula-
tum indicium eſt.
8 Iam Athenienſium ciuitas ad veſaniam vſque teme- 2.
raria, quę decem vniuerſos imperatores ſuos, & quidem *Ipſe Valer.3.*
à pulcherrima victoria veniẽtes, capitali iudicio exceptos *c. 8. Ælian.*
necauit; Quod militum corpora, ſæuitia maris interpel- *Var.hiſt.3.*
lante, ſepulturæ mandare non potuiſſent: neceſſitatem
puniens, cum honorare virtutem debuiſſet.

---

## *CAPVT IX.*
## DE ERRORE.

1 *Plebis Romanæ.*
2 *C. Caſſii Longini procos.*
3 *Satellitum Lartis Tolumnii regis.*

TEmeritati proximus eſt error: quemadmodum ad
lædendum par, ita cui facilius quis ignouerit: quia
non ſua ſponte, ſed vanis concitatus imaginibus, culpæ ſe
implicat. Qui quam late in pectorib. hominum vagetur,
ſi complecti coner; vitio, de quo loquor, ſim obnoxius.
Paucos igitur eius lapſus referemus.

1. C. Heluius Cinna trib. pleb. ex funere C. Cæſaris do-
mum ſuam petens, populi manibus diſcerptus eſt pro
*An. vr. 709* Cornelia Cinna, in quem ſæuire ſe exiſtimabat: Iratus ei,
*Plut. Cæſare.* quod cum affinis eſſet Cæſaris, aduerſus eum nefarie ra-
*Dionyſ.* 44. ptum, impiam pro Roſtris orationem habuiſſet: Eoque
*App. Ciu.* 2. errore propulſus eſt, vt caput Heluii perinde, atque Cor-
nelii circa rogum Cæſaris, fixum iaculo ferret; officii ſui,
alieni erroris piaculum miſerabile.

2. Nam C. Caſſium error à ſemetipſo pœnas exigere
coegit. Inter illum enim pugnæ quatuor exercituũ apud
*An. vr. 711.* Philippos varium, ipſiſque ducibus ignotum euentum;
*Plut. Bruto.* miſſus ab eo Titinius centurio nocturno tempore, vt ſpe-
*Appian* 4. cularetur quonam in ſtatu res M. Bruti eſſent: dum cre-
*Dionyſ.* 47. bros exceſſus viæ petit, quia tenebrarum obſcuritas, ho-
ſteſne an commilitones occurrerent, dignoſcere non ſi-
nebat, tardius ad Caſſium rediit. Quem is exceptum ab
hoſtibus, omniaque in eorum poteſtatem recidiſſe exiſti-
mans, finire vitam properauit: cum & caſtra hoſtium in-
uicem capta, & Bruti copiæ magna ex parte incolumes
eſſent. Titinii vero non obliteranda ſilentio virtus, qui o-
culis pauliſper hęſit inopinato iacentis ducis ſpectaculo
attonitus; deinde profuſus in lacrymas, Etſi imprudens,
inquit, imperator cauſſa tibi mortis fui: tamen ne idipſum
impunitum ſit, accipe me fati tui comitem. Superque
exanime corpus eius iugulo ſuo gladium capulo tenus
demiſit: ac permiſto vtriuſque ſanguine, duplex victima
iacuit, Pietatis hæc, Erroris illa.

3. Ceterum falſa opinatio, neſcio an præcipuam iniu-
*An. vr. 315.* riam Lartis Tolumnii Veientium regis penatibus intu-
*Liuius* 4. lerit. Nam cum in teſſerarum proſpero iactu per iocum
*Cic. Phil.* 9. colluſori dixiſſet, Occide: & forte Romanorum legati in-
teruenif-



teruenissent: ſatellites eius errore vocis impulſi, interfici-
endo legatos luſum ad imperium tranſtulerunt.

---

## CAPVT X.

## DE VLTIONE.

1 *Papiriæ tribus Tuſculanorum in Poliam.*
2 *Populi Vticenſis in C. Fabium Hadrianum.*

Exterorum.

1 *Thamyris & Beronices reginarum.*
2 *Iuuenum quorundam Græcorum.*

VLtionis autem quemadmodum acres, ita iuſti acu-
lei ſunt: qui laceſſiti concitantur, acceptum dolorem
penſare cupientes. Quos latius complecti non attinet.
M Flauius trib. pleb. ad populum de Tuſculanis retu- 1.
lit, quod eorum conſilio Veliternos, Priuernateſque re- *An. vr.* 430.
bellaturos diceret: Qui cum coniugibus, ac libris ſqua- *Liuius* 8.
lore obſiti, cum ſupplices Romam veniſſent; accidit, vt
reliquis tribubus ſalutarem ſententiam ſecutis, ſola Polia
iudicaret, oportere publice eos verberatos ſecuri percuti:
imbellem multitudinem ſub corona venire. Quam ob
cauſſam Papiria tribus, in qua plurimum Tuſculani in ci-
uitatem recepti potuerunt, neminem poſtea candidatum
Poliæ tribus fecit magiſtratum: ne ad eam vllus honos
ſuis ſuffragiis perueniret, quæ illis vitam ac libertatem,
quantum in ipſa fuit, ademerat.
Illam vero vltionem & ſenatus, & conſenſus omnium 2.
approbauit. Cum Hadrianus ciues Romanos, qui Vticæ *An. vr.* 669.
conſiſtebant, ſordido imperio vexaſſet, idcircoque ab his *Liuius* 8.
viuus eſſet exuſtus; nec quæſtio vlla in vrbe hac de re ha- *Oroſ.* 5. *c.* 19.
bita, nec querela verſata eſt. *Cic. Verr.* 3.
*& 7. Pædia.*

### *Externa.*

Claræ vltionis vtraque regina, & Thamyris, quæ 1.
caput Cyri abſciſum in vtrem humano ſanguine re- *Iuſtin.* 1.
pletum dimitti iuſſit, exprobrans illi inſatiabilem cruo- *Herodot.* 1.
ris ſitim, ſimulque pœnas occiſi ab eo filii ſui exigens: &
Beronice, quæ Laodices inſidiis interceptum ſibi filium

grauiter ferens,armata currum conſcendit, perſecutaque
*al. imperii ſatellitem regium crudelis * operis miniſtrum, nomine 4
Cæneum,quem haſta nequicquam petierat, ſaxo ictum
proſtrauit;ac ſuper eius corpus actis equis, inter infeſta
contrariæ partis agmina ad domum in qua interfecti pue-
ri corpus occultari arbitrabatur,perrexit.

2. Iaſonem Theſſalum Perſarum regi bellum inferre
parantem, an ſatis iuſta vltio abſumpſerit, ambiguę æſti-
mationis eſt. Taxillo enim gymnaſiarchæ à quibuſdam
iuuenibus pulſatum ſe conqueſto,permiſit; vt aut tricenas
ab his drachmas exigeret, aut denas plagas ſingulis im-
poneret.Quo poſteriore vindicta vſo; qui vapulauerant,
Iaſonem interfecerunt,animi, non corporis dolorę pœ-
næ modum æſtimantes.Ceterum paruo irritamento in-
genui pudoris maximæ rei expectatio ſubruta eſt. Quo-
niam opinione Græciæ tantum in ſpe Iaſonis, quantum
in effectu Alexandri reponebatur.

---

## CAPVT XI.

## DE IMPROBE DICTIS ET ſcelerate factis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Romanorum. | 7 | *Vxoris Vettii Salaſſi.* |
| 1 | *Tulliæ Ser. F.L.Superbi regis.* | | Externorum. |
| 2 | *C.Fimbriæ trib.pl.* | 1 | *Duorum fratrum Hiſpanorum.* |
| 3 | *L.Catilinæ.* | 2 | *Mithridatis regis.* |
| 4 | *Magi Chilonis.* | 3 | *Sariaſtris Tigranis regis F.* |
| 5 | *C.Toranii C.F.* | 4 | *L. Ælii Seiani.* |
| 6 | *Villii Annalis.* | | |

NVnc quatenus vitæ humanæ,tum bona, tum etiam 1
mala ſubſtitutis exemplorum imaginib. perſequi-
mur;dicta improbe, & facta ſcelerate referantur.

1. Vnde autem potius, quam à Tullia ordiar? quia
*An. vr.* 218. tempore vetuſtiſſimum,conſcientia nefarium, voce im-
*Liuius* 1. probum ac monſtri ſimile exemplum eſt. Quæ cum car- 2
*Dionyſ.* 4. pento veheretur, & is qui iumenta agebat, ſuccuſſis fre- 3
*L.Flor.* 1.c. 6 nis conſtitiſſet, repentinæ moræ cauſſam requiſiit. Et
vt



vt comperit corpus patris Ser. Tullii occiſi ibi iacere; ſu-
pra idem vehiculum duci iuſſit, quo celerius in comple-
xum interfectoris eius Tarquinii veniret. Qua tam im-
pia, tamque probroſa feſtinatione, non ſolum ſe æterna
infamia; ſed ipſum etiam vicum cognomine ſceleris com-
maculauit.

Non tam atrox eſt C. Fimbriæ factum & dictum: 2.
ſed ſi per ſe æſtimetur, vtrumque audaciſſimum. Is ege- *An.vr.667.*
rat, vt Scæuola in funere C. Marii iugularetur: quem *Cic. pro Sex.*
poſtquam ex vulnere recreatum comperit, accuſare ad *Roſc.*
populum inſtituit. Interrogatus deinde quid de eo ſecus
dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morum ſatis digna lau-
datio reddi non poſſet: reſpondit ſe obiecturum illi,quod
4 parcius corpore telum recepiſſet. O licentiam furoris æ-
græ reipublicæ gemitu proſequendam!

L.vero Catilina in ſenatu M.Cicerone incendium 3.
ab ipſo excitatum dicente, Sentio, inquit: & quidem il- *An.vr.690*
5 lud ſi aqua non potuero, ruina extinguam. Quem quid *Salluſt. Catil.*
aliud exiſtimemus, quam conſcientiæ ſtimulis,actum à ſe
inchoati parricidii peregiſſe?

CONSTERNATVM etiam Magii Chilonis amen- 4.
tia pectus: qui M. Marcello datum à Cæſare ſpiritum, *An.vr.707*
6 ſua manu eripuit. Vetus etiam Pompeianæ militiæ co- *Cic.ad Att.*
mes, indignatus aliquem amicorum ab eo ſibi præferri. *13. Sulpicius*
Vrbem enim à Mitylenis, quo ſe contulerat repetentem, *Ciceron. lib.*
in Athenienſium portu pugione confodit, protinuſque *4.fam. Liuius 115.*
ad irritamenta veſaniæ ſuæ trucidanda tetendit; amici-
tiæ hoſtis, diuini beneficii interceptor, publicæ religio-
nis, quod ad ſalutem clariſſimi ciuis recuperandam atti-
nuit,acerba labes.

Hanc crudelitatem, cui nihil adiici poſſe videtur, 5.
C. Toranius atrocitate parricidii ſuperauit. Nanq; trium- *An.vr.710.*
uirûm partes ſecutus, proſcripti patris ſui prætorii & or- *App. Ciuil.4*
nati viri latebras, ætatem, notaſq; corporis, quibus agno- *Oroſ.6.c.18.*
ſci poſſet, centurionibus edidit, qui eum perſecuti ſunt.
Senex de filii magis vita, & incrementis, quam de reli-
quo ſpiritu ſuo ſolicitus; an incolumis eſſet, & an impera-
toribus ſatisfaceret, interrogare eos cœpit. E quibus
vnus: Ab illo, inquit, quem tantopere diligis, demon-
ſtratus, noſtro miniſterio, filii indicio occideris: proti-

nuſque pectus eius gladio traiecit. Collapſus itaque eſt in-
felix,auctore cædis;quam ipſa cæde miſerior.
6. Cuius fati acerbitatem L. Villius Annalis ſortitus; 7
*An.vr.*710. Qui cum in Campum ad quæſtoria comitia filii deſcen-
*App.Ciu.* 4. dens, proſcriptum ſe cognoſſet, ad clientem ſuum con-
fugit: ſed ne fide eius tutus eſſe poſſet, ſcelere nefarii iu-
uenis effectum eſt. Siquidem per ipſa veſtigia patris mili-
tibus ductis, occidendum eum in conſpectu ſuo obiecit:
bis parricida,conſilio prius,iterum ſpectaculo.
7. Ne Vettius quidem Sallaſſus proſcriptus parum ama-
*An.vr.*710. ri exitus;quem latentem vxor interficiendum,quid dicam,
*App.Ciuil.*4 tradidit,an ipſa iugulauit? Quanto enim leuius eſt ſcelus,
cui tantummodo manus abeſt?

*Externa.*

1. Illud autem facinus, quia externum, tranquilliore
*An.vr.*547. affectu narrabitur.Scipione Africano patris & patrui me-
*Liuius* 28. moriam gladiatorio munere Carthagine Noua cele-
brante, duo regii filii nuper patre mortuo,in arenam pro-
ceſſerunt: pollicitique ſunt ibi ſe de regno prœliaturos,
quo ſpectaculum illud illuſtrius pugna ſua facerent. Eos
cum Scipio monuiſſet, vt verbis, quam ferro diiudicare 8
mallent,vter regnare deberet: ac iam maior natu conſilio
eius obtemperaret;minor corporis viribus fretus,in amē-
tia perſtitit. Initoque certamine,pertinacior impietas for-
tunæ iudicio morte multata eſt.
2. Mithridates autem multo ſceleratius, qui non
*Dion.* 37. cum fratre de paterno regno, ſed cum ipſo patre bellum
*Oroſ.Eutro-* de dominatione geſſit: in quo qui aut homines vllos ad-
*pius,de Phar* iutores inuenerit, aut deos inuocare auſus ſit, præ admi- 9
*nace Mithri-* ratione hæreo.
*datis filio.* Quanquam quid hoc, quaſi inuſitatum illis gentibus
3. miremur?cum Sariaſter aduerſus patrem ſuum Tigranem
Armeniæ regem, ita cum amicis conſenſerit; vt omnes
dextris manibus ſanguinē mitterent, atque eum inuicem
* *al.* ſolue- * ſorberent. Vix ferrent illi pro ſalute parentis tam cruen-
ent. ta conſpiratione fœdus facientem.
4. Sed quid ego iſta conſector, aut quid iis immoror:
*An.vr.* 783. cum vnius parricidii cogitatione cuncta ſcelera ſuperata
*Dionyſ.* 57. cernam? Omni igitur impetu mentis, omnibus indi-
gnationis



gationis viribus, ad id lacerandum pio magis quam *Tacit.*5.
valido affectu rapior. Quis enim amicitiæ fide extin- *Suet.Tibe-*
cta genus humanum cruentis in tenebris ſepelire cona *rio.Vell.&*
tum, profundo debitæ execrationis, ſatis efficacibus ver- *alii.*
bis adegerit? Tu videlicet efferatæ barbariæ immanita-
te truculentior habenas Romani imperii, quas princeps,
parenſque noſter ſalutari dextera continet, capere po-
tuiſti? Aut te compote furoris, in ſuo ſtatu mundus
10 manſiſſet: Vrbem à Gallis captam, & trecentorum
11 inclytæ gentis viororum ſtragem fœdam, Allienſem
diem, & oppreſſos in Hiſpania Scipiones, Thraſyme-
num lacum, & Cannas, bellorumque ciuilium dome-
12 ſtico ſanguine madentem Æmathiam amentibus pro-
poſitis furoris tui repræſentare, & vincere voluiſti. Sed
vigilarunt oculi deorum, ſidera ſimul vigorem ſuum
13 obtinuerunt: Aræ, puluinaria, templa præſenti numi-
ne vallata ſunt: Nihilque quod pro capite Auguſti, ac
patria excubare debuit, torpere ſibi permiſit. Et in pri-
14 mis auctor, ac tutela noſtræ incolumitatis, ne excellen-
15 tiſſima merita ſua totius orbis ruina collaberentur, diui-
no conſilio prouidit. Itaque ſtat pax, valent leges, ſince-
rus priuati ac publici officii tenor ſeruatur. Qui autem
16 hæc violatis amicitiæ fœderibus * tentauit ſubuertere, o- * *al.* ſubrue-
mni cum ſtirpe ſua populi Romani pedibus obtritus, et- re voluit.
iam apud inferos, ſi tamen illuc receptus eſt, quæ meretur,
ſupplicia pendit.

---

## *CAPVT XII.*

## DE MORTIBVS NON VVLGARIBVS.

1 *Tulli Hoſtilii regis.*
2 *Duarum matrum.*
3 M. V. *Iuuentii Thalnæ Cos.*
4 *Q. Lutatii Catuli.*
5 *L. Cornelii Merulæ.*
6 *Herennii Siculi.*
7 *Licinii Macri.*
8 *Cornelii Galli, & T. Haterii.*

Externorum.

1 *Comæ Cleonis fugitiuorum ducis frater.*
2 *Æſchyli poetæ.*
3 *Homeri.*

4 *Euripidis.* 8 *Anacreontis.*
5 *Sophoclis-* 9 *Milonis Crotoniatæ.*
6 *Philemonis.* 10 *Polydamantis Scotu-*
7 *Pindari.* *ſæi.*

HVMANÆ autem vitæ conditionem præcipue primus & vltimus dies continet: quia plurimum intereſt quibus auſpiciis inchoetur, & quo fine claudatur: Ideoque *eum demum felicem fuiſſe iudicamus, cui & accipere lucem proſpere, & reddere placide contigit. Medii temporis curſus, prout fortuna gubernaculum rexit, modo aſpero, modo tranquillo motu peragitur, ſpe ſemper minor, dum & cupide votis extenditur, & fere ſine ratione conſumitur.* Nam etſi eo bene vti velis, etiam paruum ampliſſimum efficies, numerum annorum multitudine operum ſuperando. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, ſi magis
vitam exigis, quam approbas? Sed ne longius euager, li- 1
bet eorum mentionem facere, qui non vulgari genere mortis abſumpti ſunt.

1. Tullus Hoſtilius rex fulmine ictus, cum tota domo
*An.vr.* 113. conflagrauit. Singularem fati ſortem, qua accidit, vt co-
*Liuius* 1. lumen vrbis, in ipſa vrbe raptum, ne ſupremo quidem fu-
*Dionyſ.* 3. neris honore à ciuibus decorari poſſet, cæleſti flamma in eam conditionẽ redactum; vt eoſdem penates, & regiam, & rogum, & ſepulchrum haberet.

2. Vix veriſimile eſt in eripiendo ſpiritu idem gaudium
*An.vr.* 536. potuiſſe, quod fulmen: & tamen potuit. Nuntiata enim 2
*Liuius* 22. clade quæ ad lacum Thraſymenum inciderat: altera ma-
*Plin.* 7. *c.* 53. ter ſoſpiti filio ad ipſam portam facta obuiam, in comple-
*diſcrepat.* xu eius expirauit. Altera cum falſo mortis filii nuntio domi mæſta ſederet; ad primum conſpectum redeuntis exanimata eſt. Genus caſus inuſitatum: quas dolor non extinxerat, lætitia conſumpſit.

3. Sed minus miror, quod mulieres. M. V. Iuuentius Thalna, 3
*An. vr.* 590. collega Ti. Gracchi cos. iterum, cum in Corſica quam
*Plin.* 7. *c.* 53. nuper ſubegerat, ſacrificaret; receptis literis decretas ei à ſenatu ſupplicationes nuntiantibus, intento illas animo legens, caligine orta, ante foculum collapſus mortuus humi iacuit. Quem quid aliud quã nimio gaudio enectũ putemus? En cui Numãtia, aut Carthago excidẽda traderetur! Ma-



Maioris aliquanto ſpiritus dux Q. Catulus, Cimbri- 4.
ci triumphi C. Mario particeps à ſenatu datus, ſed exi- *An.vrb.* 652.
tus violentioris: Nanque ab hoc eodem Mario poſtea *Cic. Tuſc.* 1.
propter ciuiles diſſenſiones mori iuſſus; recenti calce il- *Iuuen. Sat.* 8
lito, multoque igni percalfacto cubiculo ſe incluſum *An. V.* 666.
peremit: Cuius tam dira neceſſitas maximus Marianæ *Plut. Mario.*
gloriæ rubor extitit. *Ap. Ciuil.* 1.

Qua tempeſtate reipublicæ L. quoque Cornelius *Velleius.*
Merula conſularis, & flamen Dialis, ne ludibrio inſolen- *Flor. & alii.*
tiſſimis victoribus eſſet, in Iouis ſacrario venis inciſis 5.
contumelioſæ mortis denuntiationem effugit: ſacerdo- *An. V.* 666.
tisque ſui ſanguine vetuſtiſſimi foci maduerunt. *App.* 1. *Plut.*

Acer etiam & animoſus vitæ exitus Herennii Siculi, *Velleius &*
quo C. Gracchus, & aruſpice, & amico vſus fuerat. Nam *Flor.* 3. *c.* 21.
cum eo nomine in carcerem duceretur, in eius poſtem 6.
illiſo capite in ipſo ignominiæ aditu concidit, ac ſpiri- *An. V.* 632.
tum poſuit: vno gradu à publico ſupplicio, manuq; carnificis citerior.

Conſimili impetu mortis C. Licinius Macer vir præ- 7.
4 torius Calui pater repetundarum reus, dum ſententiæ *An. V.* 687.
diriberentur, in Mænianum conſcendit: Siquidem cum *Plut. Cic. &*
M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam po- *ad Attic.* 1.
nentem vidiſſet, miſit ad eum qui diceret, ſe non damnatum, ſed reum periiſſe: nec ſua bona haſtę poſſe ſubiicii. Ac protinus ſudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus coartatis, incluſo ſpiritu pœnam morte præcurrit. Qua cognita re Cicero de eo nihil pronuntiauit. Igitur illuſtris ingenii orator & ab inopia rei familiaris, & à crimine domeſticæ damnationis inuſitato paterni fati genere vindicatus eſt.

Fortis huius mors, illorum perridicula. Cornelius e- 8.
nim Gallus prætorius, & T. Haterius eques R. inter v- *Plin.* 7. *c.* 53.
5 ſum Veneris abſumti ſunt. Quamquam quorſum attinet eorum cauillari fata, quos non libido ſua, ſed fragilitatis humanæ ratio abſtulit! Fine nanque vitæ noſtræ variis & occultis cauſſis expoſito, interdũ quædam imme-
6 rentia ſupremi fati titulũ occupant: cum magis in tempus mortis incidant, quam ipſam mortem accerſant.

EXTERNA.

Sunt & externæ mortes dignæ annotatu qualis in 1.

*An. V. 621.* primis Comæ, quem ferunt maximi latronum ducis
Cleonis fratrem fuiſſe. Is enim ad Rupilium conſulem 7
Enna, quam prædones tenuerant, in poteſtatem no-
ſtram redacta, perductus, cum de viribus & conatibus
fugitiuorum interrogaretur; ſumpto tempore ad ſe col-
ligendum, caput operuit; innixusque genibus compreſ-
ſo ſpiritu, inter ipſas cuſtodum manus, inque conſpectu
ſummi imperii, exoptata ſecuritate quieuit. Torqueant
ſe miſeri, quibus extingui, quam supereſſe vtilius eſt, tre-
pido & anxio conſilio, quanam ratione vita exeant quæ-
rentes: Ferrum acuant, venena temperent, laqueos ap-
prehendant, vaſtas altitudines circumſpiciant, tanquam
magno apparatu, aut exquiſita molitione opus ſit: vt
corporis atque animi infirmo vinculo cohærens ſocie-
tas dirimatur. Nihil horum Coma, ſed intra pectus in-
cluſa anima, finem ſui reperit. Enimuero *nimio ſtudio re-* 8
*tinendum bonum, cuius caduca poſſeſſio tam leui afflatu vio-*
*lentiæ concuſſa dilabi potuit.*

2. Æſchyli vero poetæ exceſſus, quemadmodum non
*Suidas.* voluntarius, ſic propter nouitatem caſus referendus eſt.
*Plin. 10. c. 3.* In Sicilia mœnibus vrbis, in qua morabatur, egreſſus a-
*Ariſtop. in* prico in loco reſedit: Super quem aquila teſtudinem fe-
*Ranis.* rens eluſa ſplendore capitis (erat enim capillis vacuum)
perinde atque lapidi eam illiſit, vt fractæ carne veſcere- 9
3. tur: Eoque ictu origo, & principium fortioris tragœdiæ
*Plut. in vita* extinctum eſt.
*ſed Herodo-* Non vulgaris etiam Homeri mortis cauſſa fertur: qui
*tus aliter.* in inſula, quia quæſtionem à piſcatoribus propoſitam
4. ſoluere non potuiſſet, dolore abſumptus creditur.
*Suidas.* Sed atrocius aliquanto Euripides finitus eſt. Ab Ar-
*Gell. 15. c. 20* chelai enim regis cœna in Macedonia domum hoſpita-
5. lem repetens, canum morſibus laniatus obiit. Crudeli-
*Lucian. in* tas fati tanto ingenio non debita.
*Macrobiis a-* Sicut illi exceſſus illuſtrium poetarum & moribus &
*liter. & Si-* operibus indigniſſimi. Sophocles vltimæ iam ſenectu-
*monides epi-* tis, cum in certamine tragœdiam dixiſſet, ancipiti ſen- 10
*gram. 3.* tentiarũ euentu diu ſolicitus; aliquando tamẽ vna ſen-
6. tentia victor, cauſſam mortis gaudium habuit.
*Suid. Lucia.* PHILEMONEM autem vis riſus immoderati abs-
*in Macrob.* tulit: Paratas ei ficus, atque in conſpectu poſitas aſello 11
conſu-



conſumente, puerum vt illum abigeret, inclamauit: Qui
cum iam comeſtis omnibus superueniſſet, Quoniam,
inquit, tam tardus fuiſti, da nunc merum aſello. Ac
protinus vrbanitatem dicti crebro anhelitu cachinno-
rum proſecutus; ſenile guttur ſalebris ſpiritus prægra-
uauit.

At Pindarus, cum in gymnaſio ſuper gremium pueri, 7.
quo vnice delectabatur, capite poſito quieti ſe dediſſet; *Suidas.*
non prius deceſſiſſe cognitus eſt, quam gymnaſiarcha
claudere iam eum locum volente, nequicquam excita-
retur. Cui quidem crediderim eadem benignitate deo-
rum, & tantum poeticæ facundiæ, & tam placidum vitæ
finem attributum.

12 Sicut Anacreonti quoque, quamuis ſtatum humanæ 8.
13 vitæ modum ſupergreſſo, quem vuæ paſſæ ſucco tenues *Plin. 5. c. 7.*
& exiles virium reliquias fouentem vnius grani pertina-
cior in aridis faucibus humor abſumpſit.

Iungam illos, quos & propoſitum, & exitus pares fe- 9.
cit. Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in a- *Gell. 15. c. 16.*
gro cuneis adactis fiſſam vidiſſet; fretus viribus, acceſſit *Ouid. in*
ad eam, inſertisque manibus diuellere conatus eſt: quas *Ibim.*
arbor excuſſis cuneis in ſuam naturam reuocata com-
preſſit, eumque cum tot gymnicis palmis lacerandum
feris præbuit.

Item Polydamas athleta tempeſtate ſpeluncam ſub- 10.
ire coactus, nimio & ſubito incurſu aquæ labefacta ea, *Pauſa. Suid.*
ac ruente; ceteris comitibus fuga periculum egreſſis, ſo-
lus reſtitit, tanquam humeris ſuis totius ruinæ molem
ſuſtentaturus. Sed pondere omni corpore humano po-
tentiore preſſus; imbris cauſſa petitam latebram, de-
mẽtis fati ſepulchrum habuit. Poſſunt hi præbere docu-
mentum, *nimio robore membrorum, vigorem mentis hebe-*
*ſcere; quaſi abnuente natura vtriuſque boni largitionem: Ne*
*ſupra mortalem ſit felicitatem, eundem & valentiſſimum eſ-*
*ſe, & ſapientiſſimum.*

---

## CAPVT XIII.
## DE CVPIDITATE VITÆ.

1 *M'V. Aquillii legati consularis.*
2 *Cn. Carbonis Cos. 3.*
3 *D. Iunii Bruti procos.*
EXTERNORVM.
1 *Xerxis Perſarum regis.*
2 *Maſſaniſæ Numidiæ regis.*
3 *Alexandri Phareorum regis.*
4 *Dionyſii Siciliæ tyranni.*

VErum quia exceſſus è vita & fortuitos, & viriles,
quoſdam etiam temerarios oratione attigimus:
ſubiiciamus nunc æſtimationi eneruos, & effeminatos.
Vt ipſa comparatione pateat, quanto non ſolum forti-
or; ſed etiam ſapientior mortis interdum, quam vitæ ſit
cupiditas.
1. M'V. Aquillius, cum ſibi glorioſe poſſet extingui, Mi- 1
*An. vrb. 665* thridati maluit turpiter ſeruire. Quem ne aliquis merito 2
*Liuius 78.* dixerit Pontico ſupplicio, quam Romano imperio di-
*App. Mithridatica. Velleius. Plut. Sulla.* gniorem? quoniam commiſit vt priuatum opprobrium
publicus rubor exiſteret.
Cn. quoque Carbo magnæ verecundiæ eſt Latinis an-
nalibus, qui tertio in conſulatu ſuo iuſſu Pompeii in Si-
2. cilia ad ſupplicium ductus, petiit à militibus demiſſe &
*An. V. 671.* flebiliter, vt ſibi aluum leuare, priusquam expiraret, lice-
*Liuius 89.* ret: quo miſerrime lucis vſu diutius frueretur. Eoque 3
*App. Ciuil. 1* moram traxit, donec caput eius ſordido in loco ſedentis
*Plut. Pompeio.* abſcinderetur. Ipſa verba tale flagitium narrantis ſecum
luctantur, nec ſilentio amica, quia occultari non meren-
tur: nec relatione familiaria, quia dictu faſtidienda ſunt.
3. Quid? Brutus exiguum & infelix momentum vitæ
*Ann. V. 710.* quanto dedecore emit! Nam à Furio, quem ad eum oc-
*Dionyſ. lib. 46.* cidendum Antonius miſerat, comprehenſus, non ſolum
ceruicem gladio ſubtraxit; verum etiam conſtantius e-
*Liuius 120.* am præbere admonitus, ipſis his verbis iurauit: Ita vi- 4
*Velleius.* uam, dabo. O fati cunctationem ærumnoſam! O iurandi
*Appian. 3.* ſtolidam fidem! Sed hos tu furores immoderata reti-
nendi ſpiritus dulcedo ſubiicis, ſanæ rationis modum
expugnando, quæ vitam diligere, mortem non timere
præcepit.

EXTERNA.

1. Eadem Xerxem regem pro totius Aſiæ armata iu-
*Herod. lib. 7.* uentute, quod intra centum annos eſſet obitura profun-
dere lacrymas coegiſti. Qui mihi ſpecie alienam, reuera 5
ſuam



ſuam conditionem deploraſſe videtur: opum magnitu-
dine, quam altiore animi ſenſu felicior. Quis enim me-
diocriter prudens mortalem ſe natum fleuerit?
6 Referam nunc eos, quibus aliquos ſuſpectos haben-
tibus exquiſitior ſui cuſtodia quæſita eſt. Nec à miſerri-
mo, ſed ab eo, qui inter paucos feliciſſimus fuiſſe credi-
7 tur, incipiam. Maſſaniſa rex, parum fidei in pectoribus 2.
hominum reponens, ſalutem ſuam cuſtodia canum val-
8 lauit. Quo tam late patens imperium? quo tantum libe-
rorum numerum? quo denique tam arcta beneuolentiæ
conſtrictā Romanam amicitiam; ſi ad hæc tuenda nihil
canino latratu, ac morſu valentius duxit?
Hoc rege infelicior Alexander, cuius præcordia hinc 3.
amor, hinc metus torſerunt: Nam cum infinito ardore *Cic. offic. 2. et*
coniugis Thebes teneretur, ad eandem ex epulis in cu- *de inuent. 2.*
biculum veniens; barbarum compunctum notis* Threi- **al.* Thra-
ciis, ſtricto gladio iubebat anteire: Ne prius ſe ibidem ciis,
lecto committebat, quam à ſtipatoribus diligenter eſſet
ſcrutatus. *Supplicium irato deorum numine compoſitum, ne-
que libidini, neq; timori poſſe imperare.* Cuius timori eadem
& cauſſa, & finis fuit. Alexandrum enim Thebe pellica-
tus ira mota interemit.
Age, Dionyſius Syracuſanorum tyrannus huiuſce tor- 4.
menti quam longa fabula: qui duodequadraginta an- *Cic. Tuſc. 5.*
norum dominationem in hunc modum peregit. Sum- *offic. 2. Diod.*
motis amicis in eorum locum ferociſſimarum gentium 20.
homines, & à familiis locupletum electos prævalidos
9 ſeruos, quibus latera ſua committeret, ſubſtitit, tonſo-
rumque metu, tondere filias ſuas docuit. Quarum, poſt-
quam adultæ ætati appropinquabant, manibus ferrum
10 non auſus committere: inſtituit, vt candentium iuglan-
dium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent.
Nec ſecuriorem maritum egit, quam patrem. Duarum
enim eodem tempore Ariſtomaces Syracuſanæ, & Lo-
crenſis Cloridis matrimoniis illigatus, neutrius vnquā,
niſi excuſſæ complexum petiit. Atque etiam cubicula-
rem lectum, perinde quaſi caſtra, lata foſſa cinxit: in quē
ſe ligneo ponte recipiebat: cum forem cubiculi ex-
trinſecus à cuſtodibus opertam, interiorem clauſtro ipſe
diligenter obſeraſſet.

## CAPVT XIV.
## DE SIMILITVDINE FORMÆ.

1 *Cn. Pompei Magni cum Vibio & Publicio.*
2 *Cn. Pompeii Strabonis cũ Menogene coquo.*
3 *P. Scipionis Naſicæ cum Serapione victimario.*
4 *P. Lentuli & Q. Metelli Coſſ. cum Spinthere & Pamphilo hiſtrionibus.*
5 *M. Meſſallæ & C. Curionis cum Menogene & Burbuleo ſcenicis.*

EXTERNORVM.

1 *Antiochi regis Syriæ cum Artemone quodam.*
2 *Hybreæ oratoris cum ſeruo Cymeorum publico.*
3 *Siculi piſcatoris cum prætore Romano.*

*Plut. de phi-* DE ſimilitudine autem oris, & totius corporis, altio-
*loſoph. placi-* re doctrina præditi ſubtilius diſputant: eorumque
*tis 5. c. 11. &* alii in ea ſunt opinione, vt exiſtiment illam origini, &
*12.* contextui ſanguinis reſpondere. Nec paruum argumen-
*Plin. 7. c. 12.* tum ex cæteris animalibus trahunt, quæ fere gignentibus ſimilia naſcuntur. Alii negant certam hanc eſſe naturæ legem, ſed ſpecies mortalium, prout fortuita ſors conceptionis obtulit, attribui. Atque ideo plerunque ex ſpecioſis deformes, & ex robuſtis inualidos partus edi. Verum quoniam iſta quæſtio in ambiguo verſatur, pauca inter alienos conſpectæ ſimilitudinis exempla referemus.

1. Magno Pompeio Vibius ingenuæ ſtirpis, & Publici-
*Solin. c. 5.* us libertinus ita ſimiles fuerunt; vt permutato ſtatu, &
*Plin. 7. c. 12.* Pompeius in illis, & illi in Pompeio ſalutari poſſent. Certe quocunque aut Vibius, aut Publicius acceſſerant, ora hominum in ſe obuertebant, vnoquoque ſpeciem ampliſſimi ciuis in perſonis mediocribus annotãte. Quod quidem fortuitum ludibrium, quaſi hæreditarium ad eum penetrauit.

2. Nam pater quoque eius eo vſque Menogenis coci
*Plin. 7. c. 12.* ſui ſimilis eſſe viſus eſt; vt vir, & ferox animo & præpo-
*An. V. 664.* tens armis, ſordidum eius nomen repellere à ſe non valuerit.

Ex-



Eximiæ vero nobilitatis adoleſcens Cornelius Sci- 3.
pio, cum plurimis & clariſſimis familiæ ſuæ cognomi- *Plin. 7. c. 12*
nibus abundaret; in ſeruilem Serapionis appellationem *& 21. cap. 3.*
vulgi ſermone impactus eſt, quod huiuſce nominis vi- *Liuius 55.*
ctimario quam ſimilis erat: Nec illi aut morum probi- *Eius conſu-*
tas, aut reſpectus tot imaginum, quo minus hac contu- *latus.*
melia aſpergeretur, opitulata eſt. *An. V. 615.*

Generoſiſſimum conſulatus collegium Lentuli & *laudatiſſi-*
Metelli fuit: qui ambo in ſcena propter ſimilitudinem *mus fuit.*
hiſtrionum propemodũ ſpectati ſunt. Sed alter ex quo- 4.
dam ſecundarum cognomen Spintheris traxit: alter, ni- *An. V. 696.*
ſi Nepotis à moribus accepiſſet, Pamphili tertiarum, cui *Plin. 7. c. 12.*
ſimilimus eſſe ferebatur, habuiſſet. 5.

At M. Meſſalla conſularis & cenſorius Menogenis: *Plin. 7. c. 12.*
Curioque omnibus honoribus abundans, Burbuleii: il- *Solin. 5. cenſ.*
le propter oris aſpectum, hic propter parem corpo- *Meſſalla. an.*
ris motum, vterque ſcenici nomen coactus eſt reci- *vrb. 698.*
pere. *Cos. Curio.*

EXTERNA. *An. V. 677.*

Abunde ſint hæc de domeſticis, quoniam & perſonis 1.
ſunt excellentia, & non obſcura notitia celebrantur. Re-
gi Antiocho vnus ex æqualibus, & ipſe regiæ ſtirpis no- *Plin. & So-*
mine Artemon, perquam ſimilis fuiſſe traditur. Quem *lin.*
Laodicæ vxor Antiochi, interfecto viro, diſſimulandi ſceleris gratia, in lectulo perinde quaſi ipſum regem ægrum collocauit. Admiſſumque vniuerſum populum, & ſermone eius & vultu conſimili fefellit: crediderunt que homines ab Antiocho moriente Laodicen & natos eius ſibi commendari.

Hybream autem Mylaſenum copioſæ atque concita- 2.
tæ facundiæ oratorem, Cymęorum ſeruo ſtrigmenta gy- *Vide Strab.*
mnaſii colligenti, tam ſimilem, vt tantum non Germa- 14.
num fratrem totius Aſiæ oculi aſſignarent: Ita lineamẽtis oris, & omnium membrorum compares erant.

Ille vero quem in Sicilia prætoris admodum ſimi- 3.
lem fuiſſe conſtat, petulantis fuit animi. Proconſule e- *Plin. 7. c. 12.*
nim dicente, mirari ſe quapropter ſui tam ſimilis eſſet, *Solin. 5.*
cum pater ſuus in eam prouinciam nunquam acceſſiſſet: At meus inquit, Romam frequenter acceſſit. Ioco nanque laceſſitam matris ſuæ pudicitiam, inuicem ſu-

X 4

*al. regeſta ſpicione in matrem eius *reiecta, audacius quam virgis 5
& ſecuribus ſubiecto conueniebat, vltus eſt.

---

## *CAPVT XV.*

## DE HIS QVI PER MENDACIVM SE IN ALIENAS FAMILIAS inſeruerunt.

| | |
|---|---|
| 1 *L. Equitius Firmanus.* | 6 *Cn. Aſinius Dio falſus.* |
| 2 *Erophilus medicus equarius.* | EXTERNI. |
| 3 *Octauiæ ſororis Aug. falſus filius.* | 1 *Rubria Mediolanenſis falſa.* |
| 4 *Q. Sertorii falſus filius.* | 2 *Ariarathes Cappadociæ rex falſus.* |
| 5 *Trebellius Calca.* | |

SEd tolerabilis hæc, & vni tantummodo anceps temeritas. Quod ſequitur impudentiæ genus, nec ferendum vllo modo: periculique tum priuatim, tum etiam publice late patentis.

1\. Nam ne Equitium Firmo Piceno monſtrum veniens
*An. V. 657.* relatum iam in huiuſce libri ſuperiore parte, prętercam;
*App. Ciu.* 1. eius in amplectendo Ti. Graccho patre, euidens menda-
*Cic. pro Rab.* cium, turbulento vulgi errore, ampliſſima tribunatus
poteſtate vallatum eſt.

2\. Herophilus equarius medicus C. Marium ſepties
*An. V.* 709 conſulem auum ſibi vendicando ita ſe extulit, vt colo-
*Cic. ad Att.* niæ veteranorum complures, & municipia ſplendida,
14\. collegiaque fere omnia patronum adoptarent. Quin-
*& Philip.* 1. etiam cum C. Cæſar Cn. Pompeio adoleſcente in Hi-
*App. Ciu.* 3. ſpania oppreſſo, populum in hortis ſuis admiſiſſet,
*Liuius* 116. proximo intercolumnio pene pari ſtudio frequentiæ
ſalutatus eſt. Quod niſi diuinæ Cæſaris vires huic erubeſcendæ procellæ obſtitiſſent: ſimile vulnus reſpublica excepiſſet, atque in Equitio acceperat. Ceterum decreto eius extra Italiã relegatus, poſtquam ille cœlo receptus eſt, in vrbem rediit, & conſilium interficiendi ſenatus capere ſuſtinuit. Quo nomine iuſſu patrum necatus in carcere



carcere, feras prompti animi ad omne moliendum ſcelus pœnas pependit.

Nec diui quidem Auguſti etiamnum terras regentis 3.
excellentiſſimum numen intentatum ab hoc iniuriæ genere extitit: cum quidam clariſſimæ ſororis eius Octauiæ vtero ſe genitum fingere auderet: propterq; ſummam imbecillitatem corporis, ab eo, cui datus erat, perinde atque ipſius filium retentum, ſubiecto in locum ſuum proprio filio diceret: Videlicet, vt eodem tempore ſanctiſſimi penates, & veri ſanguinis memoria ſpoliarentur, & falſi ſordida contagione inquinarentur. Sed dum plenis impudentiæ velis, ad ſummum audaciæ gradum fertur, imperio Auguſti remo publicæ triremis affixus eſt.

Repertus eſt etiam qui ſe diceret eſſe * Q. Sertorii fi- 4.
lium; quem vt agnoſceret vxor eius, nulla vi compelli *al. Seſto-
potuit. rii.

Quid Trebellius Calca, quam aſſeueranter ſe Clodi- 5.
um tulit! & quidem dum de bonis eius contendit, in
centumuirale iudicium adeo fauorabilis deſcendit; vt
vix iuſtis & æquis ſententiis conſternatio populi vllum
1 relinqueret locum. In illa tamen quæſtione neque calu-
mniæ petitoris, neque violentiæ plebis iudicantium religio ceſſit.

2 Multo fortius ille, qui Cornelio Sulla rerum potien- 6.
te, in domum Cn. Aſinii Dionis irrupit, filiumque eius
patriis penatibus expulit; vociferando non illum ſed ſe
3 Dione eſſe procreatum. Verum poſtquam à Sullana violentia Cæſariana æquitas reluxit, gubernacula Romani imperii iuſtiore principe obtinente, in publica cuſtodia ſpiritum poſuit.

### EXTERNA.

Eodem præſide Reipublicæ in conſimili mendacio 1.
muliebris temeritas Mediolani repreſſa eſt. Siquidem cum ſe pro Rubria quædam perinde ac falſo credita eſſet incendio periiſſe, nihil ad ſe pertinentibus bonis inſereret, nec ei aut tractus eius ſplendidi teſtes, aut cohortis Auguſti fauor deeſſet: propter inexpugnabilem Cæſaris conſtantiam irrita nefarii propoſiti abiit.

2. Idem barbarum quendam, ad eximiam ſimilitudinem Cappadociæ regnum affectantem, tanquam Ariarathes eſſet, quem à M. Antonio interemptum luce clarius erat: quanquam pene totius Orientis ciuitatum & gẽtium credula ſuffragatione fultum caput, imperio dementer imminens, iuſto impendere 4
ſupplicio coegit.

*F I N I S.*

STE-



# STEPHANVS PIGHIVS LECTORI CANDIDO S. D.

VETERES libri omnes, quos vidimus, tam manuſcripti quam impreſſi nobis repræſentant Valerii Maximi hoc opus ita libris nouem diſtinctum: in aliquibus tamen reperitur cuiuſdam epitomes fragmentum in fine annexum pro libro decimo, prorſus tamen remotum & alienum ab argumento ſcopoque librorum Valerii Maximi. Nil enim aliud docet, niſi aliquarum appellationum, ſeu nominum Romanorum rationes. Quæ quidem epitomæ ex alio antiquo auctore collecta eſt à Iulio Paride, ſicut nonnulli produnt codices; cuius fragmentum hoc dumtaxat de prænominibus repertum quidam librarii priores Valerio Maximo adiunxerunt, tanquam ex eius libro exemplorum decimo contractũ; moti vt apparet, quod in eodem fragmento citetur Valerius; non tamen maximus: iſtud enim non poteſt affirmari ex ſimplici iſto nomine, ſicut in multis exemplaribus reperitur. Sed Antiadem citari, vnum exemplar manu ſcriptum doctiſſimi I. Sambuci liquide declarat, quemadmodum ſuo loco dicemus in annotationibus. Iam addiderunt alium errorem, qui C. Titium Probum, neſcio quem, vt huius epitomes auctorem protulerunt; id quod ex huius fragmenti fine temere depromſiſſe videntur. Nam idipſum præfatiunculæ librariorum iudicio diuerſimode confictæ palam faciunt tam ipſo ſtylo, quam quod alterius, vt ſuo modo loquuntur, abbreuiatoris mentionem adferunt. Eas autem duas inprimis diſcrepãtes, mox cum eodem epitomes fragmento ſubiungemus; quamuis clare liqueat, non eſſe Valerii Maximi, & eius auctor verus adhuc in obſcuro lateat. Attamen quia ſapit antiquitatem non ineruditam, & ſcholiorum loco ſtudioſis ſeruire poterit ad linguæ ac hiſtoriæ Romanæ cognitionem, ritusq; veteres diſcendos; id ipſum emendatum ex fide exemplarium manuſcriptorum, ſicut ante Valerio Maximo fuit annexum, nunc viſum eſt Plantino noſtro ſimul cum eodem libro recudere & publicare. Vale Viennæ Auſtriæ Idibus Ianuariis, anno ſalutis noſtræ ∞. D. LXXIV.

## IN EPITOMEN SVAM C. TITI PROBI PRÆFATIO. 1

DECIMVS huius operis liber, qui & vltimus eſt, vel ex negligentia, aut maleuolentia librariorum deperiit. Abbreuiator titulos eius habebat integre fortaſſis: tamen de vno tantum, hoc eſt de prænomine, epitoma repræſentabat.

*Et hæc C. Titius ille. Verum aliæ reperiuntur præfationes in aliis manuſcriptis codicibus, ſine nomine auctoris; vt in Iohannis Sambuci hæc, cum libri decimi titulis eiusdem farinæ.*

# INCIPIT LIBER DECIMVS DE NOMINIBVS PRÆNOMINIBVSQVE, COGNOMINIBUS, AGNOMINIBUS.

DECIMVS atque vltimus huius operis liber ſeu ſtudioſorum inertia, ſeu ſcriptorum ſegnitia, ſeu alio quouis caſu ætati noſtræ perditus eſt. Verum Iulius Paris abbreuiator Valerii poſt nouem libros explicitos, hunc decimum ſub infra ſcripto compendio complexus eſt; per quod de nominibus, prænominibus, cognominibus, atque agnominibus fuiſſe eundem à Valerio compoſitum coniectari licet. Verba quidem Iulii Paridis hæc ſunt. Liber Decimus de pręnominibus, & ſimilibus.

*Decimi huius operis libri per C. Titum Probum epitome.* 2

## DE PRÆNOMINE.

Varro ſimplicia in Italia fuiſſe nomina ait, exiſtimationisque ſuæ argumentum refert; quod Romulus & Re-



3 & Remus & Fauſtulus neque prænomen vllum, neque
cognomen habuerunt. Qui ab eo diſſentiunt, aiunt ma-
4 trem eorum Ream Siluiam vocatam; auum Siluium Nu-
mitorem; fratrem eius, Amulum Siluium: & ſuperiores
5 Albanorum reges, Capetum Syluium, Agrippam Silui-
um; poſterioresque duces Metium Suffetium, & Tuto-
rem Clœliũ vocatos. Nec contenti his ad Sabinos trans-
6 grediuntur, & Titium Tatium, Numam Pompilium &
patrem eius Pompum Pompilium; eius denique regio-
7 nis principes enumerant, *Pirtilianum Lauianium, Vo- **al.* Putilia-
8 leſum Valeſium, Metium Curtium, Album *Funniſilla- num Lauia-
ticum. Ex Tuſcis recitant, Lartem Porſennam; ab Æ- num,
quicolis, Septimum Modium primum regem eorum, & **al.* Sumu-
Sertorem Reſium, qui primus ius feciale inſtituit. In hũc ſileaticum.
modum Varronis ſententia ſubruitur.

Romanos autem arbitrandum eſt maxime ab Albanis, & Sabinis multiplicandorum nominum cõſuetudinem traxiſſe, quoniam ab illis orti ſunt. Omnia autem, quæ ad vnumquemque noſtrum definiendum excogita-
ta ſunt, *eadem vim ſignificandi hominis obtinent. **al.* quandã
9 Quod per proprietatẽ dicitur, hoc diſtat, quia eo *gens **al.* genus
cognoſcitur, ideoq; dicitur gentilitium. Cetera ordine
variantur. Nam quod præponitur, prænomen; quod
poſt fertur, cognomen; quod ad vltimum adiicitur, a-
gnomen eſt. Quorum ſeries non ita, vt expoſui, ſemper
ſeruata eſt. Animaduerto enim in conſulum faſtis, per-
plexum vſum prænominum & cognominum; fuiſſe di-
10 ctum, Poſtumum Cominium Aruncum, & Poſtumum
Æbutium Eluam, & Vopiſcum Iulium, & Opitrem Vir-
ginium Tricoſtum, & Paullum Fabiũ Maximum. Quin-
etiam quædam cognomina in nomen verſa ſunt, vt Cæ-
pio: namque hoc in Bruto nominis locum obtinuit.
11 Gentilitia nomina Varro putat fuiſſe innumera, &
prænomina circa triginta. Pueris, non priusquam togã
virilem ſumerent; puellis, non antequam nuberent, prę-
nomina imponi moris fuiſſe, Q. Scæuula auctor eſt.
12 Quæ olim prænomina fuerunt, nunc cognomina ſunt:
vt Poſtumus, Agrippa, Proculus, Cæſæ.

Opiter, qui patre mortuo, auo viuo gignebatur. Vopiſcus, qui in vtero matris geminus conceptus, altero

abortu eiecto, incolumis editus erat. Hoſtus, prænomen 13
*Cos. fuerunt* fuit in eo, qui peregre apud hoſpitẽ natus erat; idque ha-
*An. vrb.* 324 buit Lucretius Tricipitinus collega L. Sergii. Volero, in 14
prænomen abiit, & volentibus naſci liberis parentibus
indebatur; quo vſus eſt Publilius Philo. Lar Lartis præ- 15
nomẽ eſt ſumptum à laribus, Tuſcum autem creditum
eſt prænomen eſſe: fuitque conſul Lar Herminius cum 16
*Cos. fuerunt* T. Virginio Tricoſto. Status, à ſtabilitate; Fauſtus à fa-
*An. V.* 305. uore prænomina ſumpta erant. Et Tullus prænomina-
tus eſt ominis gratia, quaſi tollendus, o. litera in u. con- 17
uerſa. Sertor, qui per ſationem natus erat, appellatus eſt.
Ancum prænomen Varro à Sabinis translatum putat: 18
Valerius Antias ſcribit, quod cubitum vitioſum habue-
rit, qui Græce vocatur *ἀγκών*. Lucii cœperunt appellari,
qui ipſo initio lucis orti erant; aut, vt quidam arbitran-
tur, à Lucumonib. Etruſcis. Manii, qui mane editi erãt;
vel ominis cauſſa, quaſi boni. Manum enim antiqui bo- 19
num dicebant. Gnæus ob inſigne næui appellatus eſt;
quod vnum prænomẽ varia ſcriptura notatur. Alii enim
Neum, alii Gnæum, alii Cnæum ſcribunt. Qui G. litera
in hoc prænomine vtuntur, antiquitatẽ ſequi videntur,
quæ multum ea litera vſa eſt. Olim enim dicebant frug- 20
multum, nunc frumentum profertur: & gnatura, modo
natura. Igitur etiam qui in corporib. næuus gigni ſolet,
gnæuus appellabatur. Qui C. ponũt, corruptione ſylla- 21
bæ delectari videntur: qui Næus, lenitatem velle iudi-
cantur. Gaii dicti à gaudio parentũ: Auli, qui diis alenti-
bus naſcuntur: Marci, Martio menſe geniti: Publii, qui
prius pupilli facti erant, quam prænomina haberẽt; alii
ominis cauſſa, ex pube. Tiberii vocitari cæperunt qui ad 22
* *al.* Tito Tiberim naſcebãtur. Titus, è Sabino nomine * Titurio 23
fluxit, *vel* fluxit: Appius, ab Atto eiuſdẽ regionis p̃nomine. Kæſo-
Tito reflu- nes appellati ſunt, qui è mortuis matrib. execti erãt. Ser-
xit. uius, qui mortua matre in vtero ſeruatꝰ eſt. Spurii, patre
* *al.* iuncto *incerto geniti, quaſi *σπόροι*. *Numerii ſola patricia gens 24
vſa eſt Fabia prænomine; idcirco quod, trecẽtis ſex apud
Cremeram flumen cæſis, qui vnus ex ea ſtirpe extiterat,
ducta in matrimoniũ vxore filia Numerii Otacilii Ma- 25
leuentani ſub eo pacto, vt quẽ primum filium ſuſtuliſſet, 26
ei materni aui prænomen imponeret, obtemperauit.

AN-



Antiquarum mulierum in vſu frequenti prænomina
27 fuerunt, Rutilla, * Cæſella, Rodocella, Murcula; Burra * *al.* Cæſel-
28 à colore dicta. Iſta prænomina à viris tracta ſunt, Caia, lia, Roda-
Lucia, Publia, Numeria. Ceterum Caia, vſu ſuper omnia cilla, Mu-
celebrata eſt. Fertur enim, Caiam Cæciliam Tarquinii trulla.
Priſci regis vxorem optimam lanificam fuiſſe: & ideo in-
29 ſtitutum eſſe, vt nouæ nuptæ ante ianuã mariti in-
terrogatæ, quænam vocarentur, Caiam
eſſe ſe dicerent C. Titii.

*Reliqua deſunt.*

# STEPHANI PIGHII
## ANNOTATIONES
## IN
## VALERII MAXIMI
## LIBRVM I.

### *Prologo.*

VRbis *Romæ exterarumque gentium* ] Liber manuſcriptus, quem nobis præſtitit D. Iacobus Suſius, vir omnifaria eruditione ac virtute conſpicuus, ita exorditur præfationem: *Populi Romani exterarumq; gentium facta.* Quæ quidem lectio placet. Proprie namq; magis dicimus, facta populi Romani quam vrbis Romæ. Sic Liuius hiſtoriæ ſuę exordio ait, *Si* res populi Romani perſcripſero, non, Si res vrbis Romæ perſcripſero. Et Salluſtius in procœmio de coniur. Catilinæ. Statui res geſtas pop. Rõ. perſcribere, non, vrbis Romæ.

2 *Mea paruitas* ] Vtitur vocabulo Tullius de vniuerſitate, ſed in ſignificatione quãtitatis. Quæ cerni nõ poſſent propter paruitatem. Valerius autem pro vilitate ſeu humilitate ponit; Qua in ſignificatione eius primitiuo paruus, ſæpe veteres ſunt vſi. Huic contraria vox eſt grãditas Tull. vſurpata in Bruto pro Demoſthenica σεμνότητι, id eſt, grauitate verborum.

3 *Paterno auitoque ſyderi* ] Iulium & Auguſtum intelligit, nam ambo conſecrati poſt mortem, vt auctores ſunt Suetonius, Plutarchus, Dio, Plinius, & alii. Qui item ſtellæ crinitæ in conſecratione Iulii Cæſaris viſæ meminerunt:

*Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum.* Virg.
*Micat inter omnes*
*Iulium ſydus, velut inter ignẽis*
*Luna minores.* Horat.

4 *Multum cæremoniis noſtris inclytæ claritatis acceſ-*

*ſit*] Quemadmodum faſtos correxerint Iulius & Auguſtus pontifices maximi; Et quæ ſacra cæremoniaſve, vel nouas introduxerint, vel vetuſtate abolitas in vſum reuocarint: quaſque item ædes ſacras, ac templa reſtaurarint, vel nouas fecerint, latius intelliges ex Dione, Suetonio, Plutarcho, Ouidii Faſtis, & aliis.

## *CAP. I.*

1 *Maiores noſtri ſtatas ſolenneſque cæremonias*] Exorditur à primis cæremoniarum Romanarum fundamentis; quem locũ haud dubio Valerius ex Ciceronis oratione de Aruſpicum reſponſis eſt mutuatus. Itaque cum varia & obſcura eius lectio reperiatur in exemplaribus, vulgari illa reiecta, quæ ſtatas ſolemneſque cæremonias pontificum ſcientia, bene gerendarum rerum auctoritate, augurum obſeruatione, Apollinis prędictione, vatum libris, portentorũ depulſis, Etruſca diſciplina explicari dicit. probare hanc malim, quæ Ciceronis ſententiæ & verbis quam maxime conuenit, & quemadmodum ipſe Cicero quaternis ſententiam clauſulis finit. Age nunc vtriuſque auctoris verba per dictas clauſulas ſingulatim cõferamus, vt vero ſenſu in lucem producto, ex altero (quantum fieri poterit) alter corrigatur. Valerius quidem ſic habet, *Maiores noſtri ſtatas ſolemneſque ceremonias pontificum ſcientia bene gerendarum rerum auctoritates, augurum obſeruatione,* ſupple (vt poſtremo adiicit) *explicari voluerunt.* Sebaſtianus Corradus, *auctoritatẽ* legit, ſed placet pluralis ille numerus in aliis item clauſulis ab vtroque auctore obſeruatus. Eodẽ fere modo has primas exprimit Cicero, vbi ſe primum habere dicit auctores ac magiſtros religionum colendarum maiores ſuos. "Qui ſtatas (inquit) ſolemneſque cæremonias pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates, augurio, ſupple (vt poſtea addit) contineri putarunt." Sed hæc de prioribus clauſulis: iam ſequentes duas conferamus. Ciceronis verba ſic continuantur, "Fatorum veteres prędictiones Apollinis, vatum libris, portentorum explanationes, Etruſcorum diſciplina contineri putarunt." Quæ eadem breuius hoc modo refert Valer. *Apollinis prædictiones, vatum libris, portentorum depulſa, Etruſca diſciplina explicari voluerũt.* Depulſa, procurationes appellat: mala enim quæ portentis deſignabantur, ſacrificiis, precibus, ac ſuppliciis per aruſpicinam (quę Etruſcorum diſciplina eſt) ordinatis procurabãtur, depellebanturq;. Quod vocabulum me ſollicitat vti ſentiam, in Cicerone potius (expiationes) quam (explanationes) legendum eſſe; licet de diuinatione libro primo vtrumq; aruſpicum diſciplinã doceri velit, mõſtrorum quippe interpretationes, & procurationes.

2 *Cum inquirendum vel extis vel ſortibus, impertito*] Adrianus Turnebus *impetrito* corrigit; quod ſane vetuſtũ ac augurale eſt vocabulum. Feſtus dici vult quaſi impetratum, hoc eſt, firmũ ac ſecurum; immo ſtabile, ceu in petra fixum, ſicut alii interpretantur. Hinc ſacra impetrita in inquirendis rerum euentibus, ante oracula, auſpicia, vel ſortilegia fiebant, conciliandorum numinũ cauſa, vt certa firma ac ſecura petentibus denuntiarent. Itaque & auguri Ciceroni hoc ipſum ſuũ verbum reddi debet de Diuinatione 2. cum dicit: "Qui euenit, vt is qui impetrire velit, conuenientem hoſtiam rebus ſuis immolet?" Vbi æque perperam impetrire, in vulgatis habetur exẽplaribus. Sic & Plinius reſtituendus lib. 28. cap. 2. "Præterea alia ſunt verba impetritis, alia depulſoriis, alia commendationibus." Non recte enim vulgo legitur impetrantis, depulſoris, commentationis. Ita valde impurus eſt ille Plinii locus, vt ex ipſo Valerio colligere eſt, qui hæc tria etiam ſacrorum genera recenſet. Apud ſolũ (ni fallor) Plautum hoc ipſum genuinum vocabulum, quod ex aliis bonis auctoribus ſciolorum imperitia omnino exterminatum eſt, remanſit. Qui ſic in Aſinaria:

> *Impetritum, inauguratu'ſt, quouis admittunt aues.*

3 *Gracchano interitu pollutum*] Sic plerique immo omnes vulgati codices legunt; vt nõ temere dubitet Glareanus, quomodo Cereris tẽplũ Gracchano interitu pollutum fuerit, cum Tib. Gracchus in Capitolio, Caius autẽ in luco Furinæ trans Tiberim occiſi ſint, vt auctores ſunt Liuius, Plutarchus, Appianus &

alii. Porro Cereris templum fuiſſe ad Circũ Maximum ex Tacit lib. 11. & P. Victore cognoſcimus. Hunc igitur ſcrupulum à ſciolo, neſcio quo, qui auctoris mentem non intellexit, inductum nobis eximunt manuſcripta exemplaria in quibus verba illa *interitu pollutum*, minime habẽtur. Campenſe enim exemplar ita legit: *Gracchano tumultu moniti ex Sibyllinis libris*. Aliud Theodori Pulmanni eadem hoc modo prodit, *Gracchano motu moniti Sibyllinis libris* Tertium collegii. Winckeliani, *Gracchano nutu* habet. Auctoris autem intẽtio eſt, hoc toto paragrapho exẽplis probare, veteres Romanos externorum etiam religiones non ſpreuiſſe, Etruſcam didiciſſe, Cereri ſacerdotem Græcã à Velia accepiſſe, & ciuitate (vt addit Cicero) donaſſe. Cuius deæ licet in vrbe pulcherrimum haberẽt templum, Gracchani tamen tumultus tẽpore moniti inter alia ex Sibyllinis libris, vetuſtiſſimã Cererem placãdam eſſe: Ennam potius (vnde ſacra eius orta credebant) decemuiros ad deam rite propitiandam mittere voluiſſe. Idem Lactantius diuinarum Inſtitutionum libro ſecundo tradit. Denique Gracchanis (inquit) tẽporibus turbata rep. ſeditionibus & oſtentis, cum repertum eſſet in carminib. Sibyllinus antiquiſſimam Cererem debere placari; legati ſunt Ennã miſſi. Multo etiam luculentius Cicero de ſignis Verrina ſexta hæc refert: Itaque apud patres noſtros atroci ac difficili reipub. tempore, cum Ti. Graccho occiſo magnorũ periculorum metus ex oſtentis portenderetur P. Mucio, L. Calpurnio coſs. aditum eſt ad libros Sibyllinos, in quibus inuentum eſt, Cererem antiquiſſimã placari oportere. Tum ex ampliſſimo collegio decemuirali ſacerdotes populi Romani, cum eſſet in vrbe noſtra pulcherrimũ, & magnificentiſſimum tẽplum, tamen vſque Ennam profecti ſunt. Tanta enim erat auctoritas & vetuſtas illius religionis, vt cum illucirent, non ad ædem Cereris, ſed ad ipſam Cererem proficiſci viderentur. Hæc Cicero. ex cuius item verbis colligere eſt, pro 15. viris, 10. viros in Valerio reponi debere. Nondũ enim aucto collegio, ex 10. viris ſacrorum, 15. viri eo tem-

pore



pore facti erãt; quando adhuc Mariano bello ac Cinnanis temporibus 10. viri fuerint, idque anno vrbis 670. L. Scipione, C. Norbano coſſ. quibus conflagratum eſt Capitolium, vt ex Dionyſii Halicarnaſſ. lib. 4. manifeſtum eſt.

4 *Conſimili ratione poſt P. Cœlius, M. Cornelius, M. Cethegus*] Manuſcripti Codices omiſſo vocabulo (*poſt*) hæc ita legunt, *Conſimili ratione P. Clœlius Siculus, M. Cornelius Cethegus*. Et recte: nam antea hęc contigere, q̃ quę de Ti. Graccho retulit. De P. Clœlio Siculo nihil me legiſſe memini, modo non is ſit, qui anno vrbis 376. inter trib. militũ nominatur à Liuio libro 6. M. Cethego, & Q. Sulpicio flaminium ablatum, circa vrbis 532. annum, ex Plutarchi Marcello colligere eſt. Idem quoque Cethegus non multo poſt ædilis curulis eſt factus; deinde prætor, cenſor, & conſul. De C. Claudio Diali flamine abdicare iuſſo refert idem Liuius libro 26. quod quidem anno vrbis 543. factũ fuiſſe conſtat. Cęterũ hęc exẽpla Campenſe exẽplar ſub vno titulo non inepte connectit.

5 *Maxime vero virginis Æmiliæ diſciplinam*] Mendoſe. Reperitur enim in manuſcripto Campẽſi, atq; etiam Gemblacenſis monaſterii vetuſto codice, quẽ vir optimus atque doctiſſimus Auguſtinus Hunnęus nobis procurauit, *Maximæ vero virginis Æmiliæ diſcipulam*. Correcte quidem. Dicebatur enim virgo Maxima, quæ vel ſenior natu collegio Veſtalium præſidebat, vel diutiſſime in eo ſacerdotio fuerat: cuius erat inſtruere ac docere reliquas. Maximarum vero virginum ſtatuæ plures ad ædem Veſtæ honoris cauſa Romæ fuerunt poſitę, quarum baſes marmoreæ inſculptis titulis adhuc reperiuntur, è quibus hoc loco adduxiſſe vnam ſufficiat.

COELIÆ. CLAVDIA-<br>
NÆ.<br>
V. V. MAXIMÆ.<br>
A. DIIS. ELECTAM.<br>
MERITO. SIBI. TA-<br>
LEM. ANTISTITEM.<br>
NVMEN. VESTÆ.<br>
RESERVARE.<br>
VOLVIT.<br>
COELIA. NERVIANA.<br>
SOROR. VNA. CVM.<br>
PIERIO. CONIVGE.<br>
AC. LIBERIS. SVIS.<br>
ORANTES. VT. PER.<br>
SÆCVLA. FACERE.<br>
DII. PERMITTANT.

Sic Suetonius in Domitia-

no, Mox Corneliam virginem maximam abſolutam olim, dehinc longo interuallo repetitam, atque conuictam defodi imperauit. Tacitus in fine libr. 11. pro « maxima vetuſtiſſimam ap- « pellat. Et Vibidiam (inquit) « virginum Veſtalium vetu- « ſtiſſimam orauit pontificis « maximi aures adire; clementiam expetere. Hæc Tacitus de Meſſallina à Claudio iã damnata. Dionyſius Halycarnaſſ. lib. 2. de Æmilia eandem quam Valerius refert hiſtoriã, eamque tunc ignis cuſtodiam vni ex nouitiis adhuc ceremonias diſcenti commiſiſſe dicit. Hinc Valerius Æmiliæ diſcipulam vocat.

6 *Carbaſum, quam optimam habebat*] Pulmanni codex, atq; Gemblacenſis, *Quem optimum habebat.* Idem eſt. æque enim maſculino ſingulariter reperiri Carbaſus ac fœminino, pluraliter in neutro, Phocas, Probus & Caper tradunt. Nonius docet carbaſum eſſe pallium è ſerico, vel tenui lino, quo fœminæ diuites amiciuntur.

7 *Ita ſe humanarum rerum futura regimen*] Magis placet Pulmanniani exemplaris lectio: *Ita ſe humanarum rerum velut curam gerere existimantia.* Quæ quidem ſententia pulchrior & nitidior videtur.

8 *Cerete oppidum prouexit*] Correcte magis in antiquo; *Care in opidum peruexit.*

9 *C. Fabius Dorſuo*] *Dorſo* videtur ſcribendum, vt Mento, Pedo, Gulo, Fronto, Capito, quæ item eius generis cognomina ſunt. Quædam manuſcripta exemplaria perperam *dorſo ſuo* habent. An vero hinc Fabio cognomen, quod ſacra dorſo ac humeris per hoſtium caſtra tulerit?

10 *Ne ſtatutum Fabiæ gentis ſacrificiũ interrũperetur*] Atrebatenſis collegii manuſcriptus codex, *ſtatũ Fabiæ gentis ſacrificium.* Quæ antiqua lectio viderur eſſe, remanens itẽ in Gemblacenſi. Stata ſacrificia vocat Feſtus, quæ certis diebus fieri debẽt, citatque M. Catonis verba in L. Veturiũ, cum ei equum cenſor ademeret. Quod tu, quod » in te fuit ſacra ſtata ſolen- » nia, capite ſancta deſerui- » ſti. Quod vocabulũ & Liuio reſtitui poterit, vbi de hac eadẽ re ſcribit libro 5. legendumque ita: Sacrificium erat ſtatum in Quirinali colle Fabiæ genti.

11 *Numa Põponii filii*] Lege, *Numa Pompilii Pomponius filii.* Sic enim Liuius libro 40. cuius eadẽ fere verba refert Valerius: Quæ formulã quaſi nobis repræſentant epitaphii vetuſti.



12 *Idq; ſupplicii genus non multo poſt*] Eradẽda vox negatiua, *non*, quæ in nullo manuſcriptorum habetur. Quadringenti enim amplius anni fuere poſt regum tempora, quando primus ea pœna periit Romæ matricida Malleolus.

13 *Verum quia his iurauerat*] *Quia*, in Campenſi nõ habetur & ſuperfluũ eſt, hiulcamq; reddit clauſulã.

14 *Romanarum viriũ parte*] In manuſcriptis melius *Romanorum virorum.* Mulieres enim licet occiſis viris afflictæ, feſtiua Cereris ſacra obire coactæ ſunt.

15 *Creditum eſt Varronem cos.*] Nec dũ diſcedit à Cãnenſi clade, ſed eius occaſione poſt laudatã religionis obſeruantiam tranſit ad exẽpla neglectæ religionis à Romanis. Quo loco vulgati codices perperam nouum caput conſtituunt.

16 *Brẽnus Gallorũ dux.*] In Campenſi: *Brennus quoque Gallorum dux.* At in manuſcriptis pleriſque libris omnino omiſſum hoc exemplum eſt. Et ſane inter externa potius referri debet.

17 *A Turilio præfecto Antonii*] Turulliũ vocãt manuſcripti codices, & Dion Caſſius Hiſtoriarum lib. 51. P. Turulliũ, referẽs eadem & quę ad illuſtrandũ hoc exẽplum pertinẽt; nempe inter Cæſaris dictatoris percuſſores proſcriptũ, poſtea bello Actiaco partibus Antonii adhæſiſſe, & ab eodem iam victo, & gratiã ſibimet ambiente proditũ ac traditum Auguſto fuiſſe, eiuſque iuſſu in inſula Co (vbi lucũ Æſculapii claſſis parãdæ cauſſa ſucciderat) velut in vindictã numinis occiſum fuiſſe. Scribe igitur in Valerio *eum in lucum* pro *eum in locum.* Atque mox, *effecitque Deus vt; effecitque vt.* Ita enim volunt veteres lib.

18 *Tegulas Locros reportãdas curauit*] Pulmanni codex habet *loco reportandas*; fortaſſis legendum *ilico rep·rtandas.* Neq; enim nomẽ loci Liuius ipſe exprimit, ex quo videtur Valerius deſumpſiſſe hanc hiſtoriã. Et ſane conſtat Laciniæ Iunonis celeberrimum illud templum, non Locris fuiſſe: ſed ad Crotonem, vix paſſuum milibus ſex ab vrbe diſtans, quod ipſum pulcherrime deſcribit idem Liuius libro 34. Meminere

Strabo lib. 6. Virgil. Æneidos 3. ac commentator Seruius; item Stephan. de Vrbibus, & alii.

19 *Decretiq; circũſpectiſſima ſanctitate* ] Campenſe exemplar, *ſanctiſſima circũſpectione*. nec quidem ſatis apte. Hoc tamen ea variatione colligitur, priorem illam lectionem puriorem fore; ſi pro *ſanctitate*, *ſanctione*, legas. Decreta enim ac leges ſanctionibus quibuſdam firmari ac muniri ſolẽt; ſcilicet, vel pœnæ alicui[9] adiectione, vel aduerſarum aliarum legum expreſſa derogatione. Cuius pulcherrimum exemplum extat Romæ in ænea Lateranenſis eccleſiæ tabula.

20 *Teterrimo genere morbi conſumptus eſt*] Alias, *genere mortis*. Liuius libro 34. in Tullianum ſeu inferiorẽ poſtea carcerem demiſſum atque necatum ſcribit: cum de vrbe per ſceleratos homines incendenda habuiſſe concilia compertus eſſet. Sed hæc Liuius ex Clodii Licini rerum Rom. lib. 3. refert; alii mortuum prius in vinculis, quam de eo populi iudicium perficeretur, volunt.

21 *Quæ quod ad Pleminii facinus*] Lege ex V. C. *Quod quidem ad Pleminii facinus* pertinuit bene à patribus conſcriptis vindicatum eſt. Externa hoc paragrapho incipiunt exempla cultæ vel neglectæ religionis, vt in Pulmanni codice annotatum quoque inuenio: igitur eo loco interſerendus eſt titulus.

22 *Maſiniſſa rex Numidarum* ] *Numidarum* non habetur in manuſcriptis, nec itẽ in Cicerone. Quapropter è ſcholiis irrepſiſſe in cõtextũ Valerii ſuſpicor.

23 *Factum Maſiniſſæ animo, magis quã Punico ſanguini conueniens*] Campenſe exemplar. *Maſſaniſſæ plus animo quam Punico ſanguini conueniens*. Recte trunca ſuppletur oratio.

24 *Quod affirmaret, non conuenire patrem Apollinem imberbem, ipſum vero barbatum conſpici* ] Pulmanni codex: *Quod affirmaret Apollinem patrem imberbem, & ipſum barbatum conſpici non oportere*. Sed ſenſus eſt idem.

25 *Idem menſas argẽteas*] Vide an ita ne legendum quoque ſit in Cicerone, vbi habetur, Iam menſas argẽteas. De natura Deorum 3.

26 *Conſilio ſibi aliter*] *Pariter*, melius in manuſcriptis. In fine eiuſdem exempli verba hæc, *manibus venundantium ereptam*, in vulgatis libris deſiderantur, quæ ſuo loco reſtituim[9], ex Pulmanniano libro & aliis.

27 *Perſæ mille nauium numero* ] In quibuſdam exemplaribus hæc duo exempla de Perſis atque Athenienſibus non reperiuntur, in nonnullis quoque tertium de Diomedonte non habetur.

28 *Qui eadẽ pugna*] Campenſis codex: *Qui Arginuſæ eadem pugna*.

29 *Cum iam ad meritum ſupplicium duceretur*] Idem codex: *Cum ad immeritum*. Recte. nam indigne ac iniuſte cum collegis prætoribus damnatus & occiſus fuit Diomedon.

## CAP. II.

1 *Eiuſque monitu ſe, quæ accepta diis, &c.* ] Duo ſunt exemplaria, quæ hæc ita ſuccinctius habent: *Eiuſque monitu accepta diis immortalibus ſacra inſtituere*.

## CAP. III.

1 *Bacchanalium ſacrorũ mos*] Quidam codices hæc exẽpla ſuperiori capiti ſimulatę religionis annectũt; alii proxime ſequenti de auſpiciis. Ad neutrum tamen pertinere vel cæco clarum eſt. Scholiolæ marginales exemplaris Campenſis, quæ pro titulis ſepe ſeruiunt, in ſuſpicionem me deducunt, ad titulum peregrinæ religionis reiectæ à Romanis hæc exempla ſpectare. Vnde colligo caput iſtud cum proximis conſarcinatum eſſe, atque hæc exempla eius eſſe quoddam fragmentum. Quapropter titulum his ſuum reſtituere viſum fuit, quamuis integrum caput conſtituere nequeant, cum ex his quædam videantur, cum externis omnibus omiſſa, quædam etiam mutila atque in epitonen contracta.

2 *Idem qui Sabazii Iouis cultu ſublato mores Rom.* ] *Sublato* in Io. Cauchii codice Batauo non habetur, & abeſſe ſalua ſententia poteſt. In Campenſi autem adſcriptum (alias ſimulato) quod ſatis placet, modo non omnino vocabulum hoc auferre viſum fuerit. Atqui apud Romanos ſacra Iouis Sabazii, licet priore ſeculo damnata, ac prohibita, à poſteris tamẽ recepta fuiſſe, docent eius Dei puluinaria, Domitiani tempore facta: quæ adhuc Romæ viſuntur cum his titulis.

IOVI. SABAZ.
Q. NVNNIVS
ALEXANDER
V. S. L. M.

Q. NVNNIVS
ALEXANDER
DONVM. DEDIT
IOVI. SABAZIO.

Literæ ſingulares ſonant, Votum Soluit Lubens Merito, vt hoc obiter imperitiorum cauſſa adiiciam.

## CAP. IV.

1 *L.Tarquinius rex*] Hoc loco incipit caput de auſpiciis, præcedentia enim exempla ( vt dixi ) ſpectant alio, docentque alienigena ſacra in bene inſtitutis ciuitatibus admittēda non eſſe.

2 *Cum ab Decio Accio Nauio* ] Campenſe exemplar *Decius* omittit, & omnino ſuperfluum eſt. Alioquin variatur mirum in modum huius auguris licet celeberrimi nomen apud auctores, de quo non diſplicebit, vidiſſe, quæ Sigonius adfert in ptimum Liuii. Nos autem hoc ex vetuſtis exemplaribus reſtituimus. In Valerio vulgato mox ita, *Poſſetne fieri, quod ipſe mente conceperat*, vbi diſcrepat Campenſe exemplar, in eodem tamen ſenſu permanet. Habet enim ſic , *An id fieri poſſet, quod animo cogitaret.*

3 *Poſſe fieri dicente*] Idem exēplar hæc copioſius: *Eo, augurio capto, poſſe fieri dicente*. Sic enim & Cicero de Diuinat. 1. de eadem re ſcribens; Ille augurio capto poſſe reſpondit. Mendoſe tamen in vulgatis Ciceronianis, augurio acto legitur. Dein rurſus in Valerio, *Qua Decius allata*, corrige, *qua Atius allata*, quemadmodum eſt in Campenſi.

4 *Partem tegulæ decuſſam ante ipſum protulerunt*] Campenſis codex, *propulerunt*. Rectius, nam Plutarchus coruos in ſtillicidio pugnantes tegulam dimotam ante pedes eius proieciſſe refert.

5 *Claſſem tempeſtate amiſit, damnationiſque ignominiam* ] Truncus hoc loco Valerius, vt ex Campenſi colligitur exēplari, quãuis etiã incorrecto, in quo ſic: *Populiq; iudicio damnatus hic ignominiam voluntaria morte præuenit*. Hæc diligētius conſideranti, quædam deeſſe haud dubio videbãtur; non enim Iunius iam iam damnatus ignominiam præuenire potuit. Quare locum Ciceroni dum confero (ex cuius libris de Deorũ nat. 2. ac Diu. 2. Valerius hæc hauſiſſe videtur) venit in mentem de vtriuſq; con-





ſulis exitu auctorem no-, ſtrum cum Cicerone loqui ſupplendamque hoc modo ſententiam illam eſſe: *Quorum ille populi iudicio concidit, damnationiſq; hic ignominiam voluntaria morte præuenit*. Accedit & illud argumenti, quod idem codex hæc duo de Claudio & Iunio conſulibus exempla voce copulatiua connectat, quæ perperam in impreſſis libris ſeparantur, quum tamen cauſſa, tempore & caſu ſint eadem.

6 *Architectus Democrates*] *Dinocratem* vocant alii. Et paullo poſt, *Lineamenta deduxiſſet* ] in manuſcriptis, *duxiſſet*. Item, *Primo lacu*] *proximo lacu*.

## CAP. V.

1 *Vrbe à Gallis deleta*] Manuſcripti codices, *diſiecta*, legunt. Quod ſane non diſplicet, non enim prorſus deleta , ſed incendiis erat vrbs paſſim vaſtata, ac ruinis diſturbata. Diſiecitque rates, Virgilius.

2 *Credo indignum diis exiſtimantibus*] Libri Campēſis alia lectio eſt , nec adeo contemnenda : *Credo indignum diis viſum, exiſtimantibus Romanis nomen proſperis auſpiciis ortum Veientana, &c.*

3 *At Cæcilia Metelli*] Antiquo more loquendi , vt Cornelia Gracchi; Et vt in Mauſolæo non procul ab vrbe ad viam Appiam:

CAECILIÆ.
Q. CRETICI. F.
METELLÆ. CRASSI.

Intellige, vxor. At in nonnullis manuſcriptis codicibus hoc adiungitur , quod tamen ex interlinearibus ſcholiis irrepſiſſe in contextum videtur ; nam ille loquendi modus receptiſſimus apud antiquos fuit. Cuinam Metello Cæcilia hæc fuerit nupta, non indicat Cicero de Diuinat. lib. 1. Ex quo Valerii hoc exēplum deſumptum omnino videt᷑. Ex relatione L. Flacci flaminis Martialis ſe hoc ſcribere teſtatur , quē conſulem ſcimus fuiſſe anno vrbis DCXXII. vt hinc facile colligi poſſit, eius tempore hoc contigiſſe , quo Metelli quatuor Macedonici filii aliique plures fuerunt. Ipſam vero Cæciliam Q. Numidici ſororem fuiſſe, ex auctore de Viris illuſtrib. eſt colligere, qui cap. 62. ſcribit Numidicum ſororis ſuæ virum Metellum laudare noluiſſe , quod is olim ſuum iudicium & leges detrectarat.

4 *Solem reuera relinquere coegit*] Corrige *cogeret*, ex ex

emplarium manuſcriptorum conſenſu. Cęterum de C. Caſſio ſcribit Dion hiſtoriæ Roman. 47. ipſum Rhodios nauali prœlio ſuperatos non ſolum armis, nauibus ac pecunia ſpoliaſſe; verum etiam ſtatuis ſacriſque donariis omnib. nihilque ex his præter Solis currum reliquiſſe.

5 *Arrogantia inſtincti*] Pulmanni codex, *Arroganti inſtinctu*. Atque illud etiam recte. Sic enim Cicero, quæ inſtinctu diuino funduntur, de diuinat. 1. & alibi ſæpe. Mox eodem loco, *Sibyllam eis deriſus gratia miſerunt*] Manuſcripta exemplaria *cymbulam* non *Sibyllam* legunt. Nec profecto inepte, nimirum, pro claſſe cymbulã irriſus gratia miſſam licet intelligere. ἄλογον namque videtur atque abſurdum, feminam vnam in auxilium mittere. Duo alii codices, quos contuli, lembunculum poſuere pro cymbula, quæ vox librariorum culpa proculdubio ex interlinearibus annotatiunculis in locum alterius irrepſit. Omen autẽ accepiſſe Prienẽſes vidẽtur ex ipſo nauigii nomine; eſt enim κύμβη Gręcis non ſolum lembus vel nauicula; ſed etiam caput, vertex, fiducia, ac ſumma rerum, κορωνὶς, ἢ κεφάλαιον. Atque ita cymbulam illam interpretati Prienenſes libenter receperunt, atque etiam victoriæ ducem habuerunt. Erant autem Samiis in vſu cymbæ biremes, à Polycrate tyranno primum inuentæ, forma fere rotunda & concaua, in alui prope effigiem fabricatæ, Duridis opus ac figmentum, Samænas appellabant; ex quo genere miſſam vnam fuiſſe veriſimile videtur. Meminere Samænarum Suidas, Plutarchus, & Athenæus, qui Samias item vocari dicit.

6 *Æantẽ*] De hoc flumine Steph. de Vrbibus Plin. lib. 3. cap. 23. Strabo lib. 6. & 7. E Lacmo Pindi promontorio erũpere, ac præter Apolloniam fluere in mare Adriaticum: Aoum quoque vocari ab Hecatęo aliiſque antiquioribus. Ex quo quidem nomine ſuſpicor Apolloniatas omen accepiſſe σῶς enim ſalus, vel medela eſt.

7 *Succeſſum ſuum omini acceptum referentes*] Manuſcriptorum codicum lectio magis placet, *Succeſſum ſuum in omen acceptum referentes ex tunc Æanti*

*anti*



*anti vt deo immolauerunt, & deinceps in omnibus prælíis vt i ducem conſtituerunt.*

*CAP. VI.*

1 *Quæ aut aduerſa, aut ſecunda acciderunt*] Rectius melioreque ordine manuſcripti libri hæc produnt, *Quæ aut ſecunda, aut aduerſa*. Atque eodem ordine depromit prodigiorum exempla Valerius.

2 *Seruium ſerua natum*] Plerique codices habent, *Seruum ſerua natum*, omiſſo Tullii regis prænomine: ad quod ipſum alluſio tamẽ non eſt inepta, ſi retineas. Idcirco enim Seruium appellatum eſſe tradit Dionyſius quod è ſerua matre natus erat.

3 *Ab vna parte aræ*] Pulmanni liber, & Gemblacenſis, *ab ima parte*: Quod placet. Cicero enim de Diuinat. 1. ex quo forſan hoc exemplum Valerius deſumpſit, ſic ait: Ab infima ara cum ſubito anguis emergeret. Plutarchus cũ aduerſus vrbem ab Nola exercitum duceret, Sullæ prodigium hoc eueniſſe ſcribit.

4 *Carnis quoque in modum nimbi diſſipatæ partes ceciderunt, quarum maiorem numerum præpetes diripuere aues*] Campenſe exemplar hæc ita prodit, *Carnes quoq; in modum nimbi diſſipatæ ceciderunt, quarum maiorem partem præpetes, &c.* Alii codices ita habent, *Carnes quoque in modum nimbi diſſipatæ ceciderunt in partes, quarum maiorem numerum, &c.* Eum in modum pro cuiuſque libidine exemplaria diuerſimode tranſcripta ſunt.

5 *Infantem ſemeſtrem in foro Boario triumphũ proclamaſſe*] Liuius lib. 21. in foro Olitorio contigiſſe ſcribit. Atque hic variant exemplaria. Pulmanni ſic habet, *Puerum infantem ſemeſtrem in foro Boario locutum triumphum protuliſſe*. Winchelianum vero ſic, *In foro Boario triumphũ locutum*. Liuius infantem ſemeſtrẽ dicit. Tertia igitur vox illa *puerum*, cũ ſit ſuperflua, è ſcholiis in contextũ Valerianum irrepſit. Atqui hic mihi videtur Valerius ab indocto aliquo in epitomen redactus. Nã plura prodigia quæ diuerſis euenere temporibus, tãquam eiuſdem temporis, ſub vno exemplo conciſe ac temere cõgeſta animaduertimus: quæ Valerium vt alia eius capitis prodigia

ſane exiſtimo meliore ordine copioſius enarraſſe. Nos autem ea quæ extant tempora diuerſa, annotatis ſingulatim annis, vt dignoſci poſſent, ſuis interuallis diſtinximus.

6 *Etiam metentibus cruẽtas*] Antii cruentas metẽtibus ſpicas in corbem deciſiſſe, Liuius & Plutarchus in Fabio tradunt, non in Sicilia, velut ex vulgatis Valerii verbis colligere eſt. Quapropter loco *etiam*, quod in exemplari Campenſi non habetur, *Antii* reponerem; vel potius verba duo prætermiſſa dicerem, quorum veſtigia habemus in Pulmanni codice, vbi ſic legitur, *Etiam apud Arittum metentibus, &c.* ſed ſcribendum erit nõ ſecus ac habet
„ Oroſius, apud Antium me-
„ tentibus cruentas ſpicas in
„ corbem decidiſſe, li. 4. c. 15.

7 *Cum Lanuuii ſacrificium facere vellet*] Manuſcripti codices, *Lauinii* legunt. Recte. Pullos. n. auolaſſe in proximam ſyluam ſcribit Valerius, & Iul. Obſequens in ſyluam Laurentinam, quæ Lauinii erat, non Lanuuii. vide quæ nos de Lauinis in anno vrbis 415. in Magiſtratuum annalibus.

8 *Quia prima trunca, ſecunda nimis læta*] In vno manuſcripto ſic: *Quia prima tam triſtia, ſecunda tam læta apparuiſſent.* lego itaq; *tam trunca.* Item Liuius ſecundũ trunca & turpia exta nimis læta dicit fuiſſe. In Gemblacenſi codice ſic: *Quia ſecundum truncatam læta.* Quæ lectio Liuianæ quam proxime accedit.

9 *Inter grauiſſimas Romani imperii iacturas*] Campenſe exemplar *noſtri imperii.* quemadmodum frequenter Valerius, vt noſtræ ciuitatis, noſtris cæremoniis.

10 *Vellem quidem placidius, ſed relatu verum eſt*] Nec Badius, nec Glareanus ſemet plane hic explicant; abrupta enim & obſcuta eſt ſententia. Tria exemplaria, Suſianum, Gemblacenſe & Campenſe, vno addito vocabulo, hanc ita illuſtrant, *Vellem equidem placidius, ſed quod relatu verum eſt.* Hoc eſt: Vellem quidem placidius ac leuius me de his poſſe loqui, ſed quod relatu verum. Et mox ſequitur: *Sic deorum ſpreti præmonitus excandeſcũt*] Pulmanni codex legit, *Sic deorum ſpiritus excandeſcunt.* Suſii autem: *Sic dii ſpreti.* Quod habet neſcio quid maieſtatis amplius, & epiphonema hoc requirit.

11 *Sed inuicta leges neceſſitudinis pectus alioquin procul ab amentia remotum*] v.c. neceſſitatis legum, & magis proprie. Deinde illud *procul* ſuperfluum eſt, nec in manuſcriptis extat.

12 *Eidem montem Athon iuxta Idam transgreſſo*] Locus hic haud dubie corruptus ac diſturbatus eſt, cuius ſynceram lectionem ex Atrebatenſis collegii codice, ordinem ex Campenſi reſtituimus. Ex Herodoto namq; liquet, non diu poſtquam Helleſpontum tranſiiſſet Xerxes cum copiis, prodigium leporis ex equa nati contigiſſe. Legendus eſt itaq; locus hoc modo: *Leporem editum conſtat eodem montem Athon vix tandem tranſgreſſo. Quo genere monſtri, &c.*

13 *Nam qui mare claſſibus, terram pedeſtri operuit exercitu, vt fugax animal*] Campenſis exemplaris diuerſa eſt lectio: *Nam qui mare claſſib. texerat, terram equitib. velut fugax animal, &c.* Nec meo iudicio contemnenda eſt.

14 *Onuſtus auro & argento gazis penſauit*] Præferenda manuſcripta lectio, *Onuſtis auro & argento gazis.* Item in ſequenti exemplo: *Illa enim caduca ac fragilis, hæ ſolitæ & æternæ felicitatis indices*] Non *fragiles*, vt in vulgatis. De felicitatis enim diuerſitate loquitur, non indicum.

## CAP. VII.

1 *Non eſt inter patrem & filium vllius rei comparationem fieri*] Abrupta & conciſa dictio eſt. Io. Cauchii liber itaq; legit. *Non eſt operæ inter patrem, &c.*

2 *Ab hoc tantummodo pendentem mutationem ſtatus cognoſci*] Omnes quos vidimus manuſcripti codices *impendentem* habent, quod magis placet.

3 *Priuſquam pompa induceretur*] In Gemblacenſi & Atrebatenſi, *priuſquam chroma induceretur.* Quod vocabulum, ſi auctoris eſt ipſius, ſignificat apparatus atque ornamenta ludorum.

4 *Latino homini ex plebe*] Is Liuio, Plutarcho & Dionyſio vocatur T. Latinus, Macrobius Saturnalium 1. ca. 11. Annium nominat. Lactant. diuin. Inſtit. 2. cap. 8. Ti. Atinium. Atqui correcte. Antiqua enim & plebeia eſt familia Atinia.

5 *Is animo in ſomnum profuſo*] *Is*, in manuſcriptis nõ

habetur, & commode abeſſe poteſt.

6 *Vt eo fato non periret* ] Veteres libri, *Ne eo fato nō periret.* Quo loco particula, *Ne*, ſimpliciter pro, vt, ponitur. Mox ſequitur, *Quo ipſe occidiſſet* ] Plenius hæc in Cāpenſi, Colonienſi & Wincheliano, *Quo ipſe propulſus è Capitolio occidiſſet.*

7 *Paruulum admodū tēpus acceſſit* ] In manuſcriptis pleriſq; , *Paullulū admodum temporis interceſſit*

8 *Primo veſtigia nullā in partem ſecutis oculis* ] Obſcurus & mācus eſt ſenſus eius loci, qui mihi quidem ex Campenſis exemplaris ſcholialis interlinearibus reſtitui poſſe videtur. Annotatum enim ſupra, *nullam in partem*, ſic, ſupple motis. Inde in cōiecturam venio vocabulum hoc ſolum deſiderari. Quare ſi hoc modo legamus, *Primo veſtigia nullam in partem motis ſequutus oculis*, ſententia erit integra, & manifeſta, atque etiam Liuianę narrationi conueniens. qui rē eandē ita perſequitur. Proinde ſequeretur, neq; vſquam à ſe deflecteret oculos, pauidū primo nuſquam circumſpicientē, aut reſpicientem ſequutū. Hoc eſt, vt Valerius ait, nullam in partem motis oculis ſecutus.

9 *Quamquā Crœſus* ] v. c. *Quam quidem Crœſus.* Et deindē: *Sacrificio expiauerat* ] In v. *expiauit*, melius.

10 *Himera quadā* ] Atrebatenſis codex, *Himara quadam.* Legendum, *Himeræ.* Rurſum poſtea, *Himera eū mœnia* ] Lege, *Himeraeorum mœnia*; vt gentile ſit, non proprium nomen fœminæ. Sic Steph. de Vrbibus ἱμέρα πόλις σικελίας, ὁ πολίτης ἱμεραῖος. Ex Hecatæi Europa.

11 *Tutioris ſomnii mater* ] Lege, *Tutius ſomniū matris.* Sic enim eſt in Campenſi.

12 *Superuacuū damnauit, & lectum ac ſomnum repetiit* ] In Cauchiano codice hæc diffuſius, *Superuacuū damnauit: idq; viſum pro nihilo ducens, lectum ac ſomnum repetiit.* Atque iiſdem fere verbis hæc Cicero. Deinde, inquit, cum ſe " collegiſſet, idque viſum " pro nihilo habendum eſſe " duxiſſet, recubuiſſe. de Diuinat. 1. ex quo loco Valerius exemplum accepit.

*CAP. VIII.*

1 *Manlius Octauius* ] Atrebatenſe exemplar *Octauius* habet, vt non gentis vel



vel familiæ ſit nomē, quod eſt Mamilius. ita enim recte appellatur à Liuio, Dionyſio, & manuſcriptis aliquot Valerii noſtri exemplaribus. Mamiliam vero gentem Tuſculo oriundam eſſe à Telegono eius vrbis cōditore, docebimus alibi.

2 *P. Vatinius* ] In manuſcriptis *P. Valerius*; appellatur à Cicerone, P. Vatienus. Adeo nomen hoc incertum reddidere librarii.

3 *Simulacrū Iunonis Monetæ* ] Valerio congruit Lactantius lib. 11. Plutarchus Iunonis quidem ſimulacrū à Camillo translatum ſcribit, ſed cognomen non addit. Liuius Iunonem Reginam appellat, & late refert hiſtoriam, deęque in Auentino monte ædem à Camillo factam ſcribit. Cuius tēpli atque ſacrorum meminit item lib 27. Aſtipulatur item P. Victor, qui templū Iunonis Reginæ Veiis captis à Camillo dedicatum, in Auentino 13. vrbis regione collocat. Atqui Monetæ Iunonis ædem in Capitolio fuiſſe ex voto L. Camilli dictatoris, qui ſuperioris M. Camilli filius fuit, poſt victoriam de Auruncis poſitam, Liuius idem lib. 7. Ouidius Faſtorū 6. & Macrobius teſtantur. Verum antea quoque priuſquam à Gallis vrbs caperetur, vocem ex arce Capitolina ab æde Iunonis auditam ſcribit Cicero de Diuinatione primo, atque ideo Iunonē illam appellatam Monetā, à monendo. Eandem forte ob cauſſam & hæc Regina Iuno, quæ apud Veios erat loquuta, à Valerio noſtro Moneta vocatur.

4 *Non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, prius his verbis. Rite me, &c.* ] In Suſiano habetur *his prius verbis.* Atqui abrupta videtur ſententia: nam ſi prius ita, quomodo ergo locutum ſecundo eſt? Plutarchus autem ac Dionyſius tradunt eadem loquutum fuiſſe. Legendū igitur eſſe opinor, *his pene verbis*; non, *his prius verbis.*

5 *Quid Martis auxiliū* ] Miror Glareanum de hac hiſtoria dubitare, ac velut fabuloſam reiicere, quod eius memoriam in Liuianis reliquiis non reperiat, cum tamen habeat ſuffragatorem Valerius noſter Ammianum Marcellinum. Sed vide quæ nos de his in magiſtratuū annalibus. Thurios autem Martis in tutela fuiſſe nummi antiquiſſimi eorum declarant, & nos alibi docebimus.

6 *Penates deos* ] In Cāpen-

ſi & aliis manuſcriptis Penetrales vocantur, quem admodum à Catullo quoque. Vnde idem Feſtus Penetralia deorum Penatium ſacraria eſſe docet. Nec multo poſt, *Fidem auctores vendicēt*] In Atrebatenſi *vindicent.*

7 *Atque hoc quidem hominis. Illud tamen ore ipſius Apollinis editum*] Magis placet Suſiani libri lectio, *Vtque hoc quidem hominis & caſu; ita id ore ipſius, &c.* Et amplius quę eſt in Campenſi, *Atque hoc quidem hominis tantum, illud autem ore, &c.*

8 *Viribus namque imperii Achaiæ præerat*] Inepte; ſed multo melius diſtinguitur illa parentheſis in manuſcriptis libris, *Viribus imperii (namq; Achaiæ præerat)* Ap Claudius enim Achaiam adminiſtrabat procos. erantque in eius prouincia Delphi. Itaq; viribus imperii cogere antiſtitem oraculi Delphici potuit.

9 *Igitur impulſu capti numinis*] In Cauchiano *concepti numinis*, quod approbo, & prioribus dictis congruentius eſt. Trāsfertur enim pulchre hoc vocabulum à corpore ad mentem ac animum.

10 *Euboæ cellam obtinebis*] In Atrebatenſi ac Gemblacenſi correctiſſime, *Cælam*, & poſtea *Cale.* Nomen enim eſt regionis in Attica. In Cauchiano, *Cohelam*, atque in aliis *Celam* legimus. Quod ſequitur deinde, *Locum pro ſepultura poſſedit.*] v c habent, *Locū ſepulturæ.*

11 *Q. Claudii ſtatua*] Cāpenſe, Winchelianum, & Colonienſia duo exemplaria, quæ his diebus ad me miſit Io. Metellus Iuriſconſ. ob probitatem atque eruditionē mihi chariſſimus, *Q. Claudiæ* produnt; atque optime: Eius enim Claudiæ ſtatuam fuiſſe exiſtimo, quæ Matrem Deûm Peſſinunte aduectam in vrbē induxerat atque exceperat, vt Auctores Liuius 29. Cicero de Aruſp. reſponſo. Ouidius Faſtorum 4.

12 *Atilii etiā Auiolæ rogus*] Lege, *Acilii.* Hunc cōſularem mortuum ſcribit Plinius. At habemus M' V. Aciolum Auiolam conſulem vltimo anno Claudii Auguſti; ſed prior hic eſſe debuit, cum Tiberio Cęſari dedicauerit opus hoc ſuū auctor. Quare neceſſe eſt ſuffectum conſulem antea fuiſſe Auiolam hunc ſub Auguſto, vt videbis in Annalibus noſtris.



13 *In eum potiſſimum locum, quo maxime lætabatur*] *Locum*, non habetur in manuſcriptis, & ſuperfluum ocioſumque eſt vocabulum.

14 *Fortis & clari viri origo*] Mancus eſt ſenſus; qui vnius vocabuli mutatione reſtaurari poteſt; ſi legas, *fortis & clara fuit origo.*

15 *Non tantū ex ipſo genitricis rogo lucem, ſed etiam cunas aſſecutus*] In Suſiano recte omittitur, *Non tantum.* conturbat enim ſententiam. Et reliquum purius item extat in manuſcriptis omnibus hoc modo: *Ex ipſo genitricis rogo lucem & cunas aſſecutus.* Quæ lectio reprobari non debet.

16 *Ardentiſſimo rogo*] In manuſcriptis *Ardenti rogo.* Sic etiam Cicero de Diuinat. I. Quum conſcenderet in rogum ardentem.

17 *Quem in litore Tyriorum ſentinam haurientem*] Manent adhuc in ſcriptis codicibus vetuſtæ lectionis veſtigia quædam. In Campenſi enim legitur, *Quem in dextro latere triere Tiriorum.* In Pulmanniano autem, *in texere Timbrum.* At in Atrebatenſi, Cauchiano, & Gemblacenſi: *Quem in dhexere Tiriorum.* Ex his quidem legi debere colligo, *Quem in hexere Tiriorum.* Penteres enim, hexeres, & hepteres appellantur tam Latinis quam Græcis auctoribus naues, à remorum numero vel ordinibus. Hexeris autem meminit & Liuius 37. Regia «
claſſis ſeptem & triginta «
maioris formæ nauium e- «
rat, in quibus tres hepte- «
res, & quatuor hexeres ha- «
bebat.

18 *Alendaq; ſcholæ communione*] In Wincheliano melius, *adeundaque ſcholæ.*

19 *In libris potentiſſimi regis*] In v. c *potentiſſimorum regum.* Recte ſignificat enim Pruſiam & Mithriditatem. Iam quæ ſequuntur, *Aut in rege clariſſimo*] vel omnino ſunt adulterina, & ſuperuacua, vel demonſtrāt exemplum vnum miraculi naturæ in rege aliquo iſtic deeſſe.

# STEPHANI PIGHII
## ANNOTATIONES
### IN
### VALERII MAXIMI
### LIBRVM II.

CAP. I.

Tituli capitũ huius libri pleriq; perierunt in libris vulgatis, quos ſuis locis ex v.c. fide reſtituimus.

1 *Opus eſt enim cognoſci*] v.c. *opera eſt.*

2 *Videlicet quia magis ad rem pertinet*] Ironice videtur hanc rationem adferre.

3 *Qui poſt depoſita virginitatis cubile, in publicum egredi neſciret*] *Poſt* in manuſcriptis non habetur: Atqui mire deprauatus eſt locus; Qui tolerabilior erit, ſi legas, *Qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret.* Et paulo poſt, *Quaſi legitimæ*] In v.c. *illegitimæ.*

4 *Subſeſſores alienorũ matrimoniorum oculi metuebantur*] In Suſiano codice habemus, *ſubſeſſorum alienorum oculi metuebantur.* Subſeſſas Vegetius inſidias in itinere poſitas appellat.

5 *Inter neceſſarias perſonas*] In Cauchiano melius, *Inter neceſſarios.*

6 *Breuique proceſſu morarum claram in lucem virtutum ſuarum*] Mire cõtaminatus eſt locus. Manuſcripti libri omnes *clarã*, omittunt. Suſianus *morarum* quoque, cui accedit item Pulmannianus. Quæ ſane duo vocabula omitti poſſunt, nec minus vox *ſuarũ*: ex ineptis enim gloſſis hæc inſerta videntur. In tota quidem hac ſententia vix quicquam eſt, quod ſatisfacit: in cæteris vero quæ ſequuntur, Pulmanni codex præferendus vulgatis, vbi ſic habet; *Verecundia & laboris meditatione ipſi doctiores eunt.* Reſtaurari itaq; poteſt vtcumque ſententia partim ex Colonieñ. partim ex aliis iã dictis codicibus. *Breuiq; progreſſu morarum in lucem virtutum verecundia, & laboris meditatione ipſi doctiores eunt.*

CAP. II.

1 *In ordinem ſenatorum electi.*] In manuſcriptis rectiſſime, *In ordinem ſenatorium allectum.* Et reliqua item ſic legenda ſunt, quæ mox ſequuntur, *Quo vno modo his qui iam primos honores geſſerant,* nõ vt in vulgatis, *etiam iis qui iam honores geſſerant.*

2 *Fidum erat & altum reip. pectus curæ ſilentiique ſalubritate munitũ*] Omnes veteres libri, pro *cura*, *curia* ſcribunt. Nec male, nanq; aptiſſima cõparatione, Curiam, in qua tractãtur cõſilia, pectus reipub. appellat. Atq; ita legendũ eſſe, verba eius ſequentia demõſtrant, cum dicit, *Cuius limen intrantes, &c.*

3 *Imperii pondus & auctoritatem donari*] v.c. *donari*, legunt. Optime.

4 *Damnandus rigoris ruſtici crimine*] *Crimine* ſuperest, nec habetur in Cauchiano codice, videturque ab aliquo ludimagiſtro inſertum operi.

5 *Cõſpicuæ felicitatis Arpinas*] Lege, *Arpinũ.* Municipium enim illud commẽdat, quod C. Marium, & M. Ciceronem produxerit, illum contemptorem, hunc fontem literarum.

6 *Idem à ſenatu legatus miſſus ad filium conſulem Sueſſam*] Cogor hic rursũ conqueri de temeritate ac imperitia librariorum, qui vt contraherent in anguſtum hiſtorias, duorum Fabiorum Rulliani & Verrucoſſi acta temporediuerſiſſima errore vel ſocordia eidem adſcripſerunt; atque auctorem noſtrum velut & aliis ſparſim locis frequentiſſime male multatũ mutilarũt, ablatis aliquot verbis, vt de priore Fabio Rulliano intelligerẽtur, quæ de poſteriore Verrucoſſo haud dubie ſcripſit, atq; ex duobus exemplis vnum compingeretur. Campenſe exemplar nobis vtcumque detegit eius vulneris cicatricem quandam: in quo ſic habetur, *Idem præſtitit Fabius à ſenatu legatus ad filium cos. miſſus.* Indicat eandem & manifeſte Cauchianus codex, cum dicit, *Idem qui à ſenatu legatus ad filium*: vbi particula, *qui*, de alio Fabio loqui Valerium docet. Ex his omnino coniicio, vnius vocabuli additione plenum Valerii ſenſum reſtitui poſſe; ſi legamus, *Idem præſtitit ille Fabius, qui à ſenatu legatus ad filium conſulem Sueſſam miſſus.* Atque eo modo Valerium de Q. Fabio Verrucoſſo loqui intelligemus, qui vt refert item Liuius, filio conſuli le-

gatus ad Sueſſulam in caſtra venit bello Punico ſecundo. Prior autem Q. Fabius Rullianus octuaginta circiter annis antea filio cōſuli Fabio Gurgiti legatus fuerat bello Samnitico, velut ex annalibus conſtat latius.

7 *Extra mœnia oppidi proceſſiſſe, indignatus quoque quod ex lictoribus nemo*] In manuſcriptis hæc melius, *Extra oppidum proceſſiſſe, indignatus, quod ex undecim lictoribus nemo* Nam de numero lictorum etiam Liuius ita Præter vndecim faſces equo prævectus ſenex, vt conſulem animaduertere proximum lictorem iuſſit, &c. Vix quicquam dubito, quin ex Liuio Valerius hæc ambo exempla deſumpſerit, ſed pri⁹ de Q. Fabio Rulliano, temporis iniuria cum vndecimo libro hiſtoriæ Liuianę intercidit.

8 *Relatis Q. Fabii laudibus*] In Atrebatenſi aliiſq; duobus manuſcriptis, *Relatis Fabii laudibus*, legendum, *Relatis Fabiorum laudibus*.

9 *Intimiſq; pectoribus eorũ antiqui moris reſpectus*] In manuſcriptis aliquibus, *Intuſque*, legitur. In Campēſi rectiſſime, *Inſituſque*, quemadmodũ & in Gemblacenſi.

10 *Qui ex contumelia grauiſſimus ſentitur*] In Wincheliano copioſius, *grauiſſimus naſcitur & ſentitur*.

11 *Illa tribunos quoq; ſenſiſſe*] v.c. *Ita tribunos*.

12 *Quam ſacras manus*] In manuſcriptis omnibus, *Quam ſanctas manus*. Recte. Sanctus enim inter alia ſignificat integer & incorruptus.

13 *Cincti omnes pellibus*] *Omnes*, in manuſcriptis pleriſque omittitur. & ocioſum eo loco eſt vocabulũ.

14 *Quũ comitia in humillimi cuiuſq; poteſtatẽ redacta acceſſerãt*] In manuſcriptis omnibus, *accenderant*, legitur. Pulcherrime, ſi legas, *Quũ comitia in humillimi cuiuſque poteſtatem redacta accenderant*. De ſeditione enim loquitur. quam forenſis turba plerumque comitiis excitabat. In eadẽ ſignificatione Virgilius vocabulo vtitur: Martemque accendere cantu.

15 *Quo tã ſalubre reip. facto*] Libri manuſcripti oẽs *reip.* omittũt. Et quidẽ videtur à ludimagiſtro annotatũ irrepſiſſe in contextum.

CAP. III.

1 *Iungere ſe equitantibus*]



In Campenſi, *iungere ſe equitibus*. Quæ lectio præferenda.

CAP. IV.

1 *Excogitata namq;*] v. c. *excogitataq;*. Melius pertinent iſta ad priorem ſententiam.

2 *Abellico ſiſo operibus*] Præfero Cauchianam lectionem, *Abellicis operibus*. Et ruſus poſtea, *Vſque ad id tempus*, pro *ad id tempus*.

3 *Venerabilib. erga Deos obſequiis iuuentus*] In manuſcriptis fere omnibus, *Erga deos verbis*, habetur: Et poſtea *geſtus adiecit*, non vt vulgo *dedit*. Profecto nõ inepte. Ait enim iuuentutem addidiſſe verbis geſtus ad imitationem Ludionis Etruſci. Idem dicit Liuius 7.
„ ita. Imitari deinde eos iu-
„ uentus ſimul inconditis in-
„ ter ſe iocularia fundentes
„ verſibus cœpere; nec abſo-
„ ni à voce motus erant.

4 *Et quia Ludius apud eos Hiſtrio appellabatur, ſcenico nomen hiſtrionis inditum eſt*] Quid ſi legatur *Hiſter*, quemadmodum habet Liuius. Quia Hiſter Tuſco verbo Ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum. Quo loco reſtitue *hiſtrionis*, vt eſt in Valerio. Atqui Plutarchus in Problematis ab Hiſtro quodam ſic vocato ſcænicos omnes hiſtriones appellatos ſcribit.

5 *Ad Satyrarum modos perrexit*] Manuſcripti, *perrepſit*, pulchra metaphora à reptilibus, quæ paulatim procedunt, ſumpta. Vtitur vocabulo Columel. libro 8. c. 15.

6 *Spectantium oculos & animos*] Veteres libri omnes omittunt, *oculos &*. nec admodum requirũtur verba.

7 *Vrbs antiqua agrique vaſtarentur*] Bene Glareanus, *Vrbs atq; agri* correxit; manuſcripti libri oẽs fere legunt, *Vrbs agrique vaſtarentur*. non male.

8 *Petita aqua calida quã illi deſiderarẽt, recreaſſet*] In Campenſi rectiſſime, *Petita calda recreaſſet*. Reliqua omittuntur, & videntur ẽ ſcholiis marginalib. inſerta ab imperito quopiam; nam in aliis manuſcriptis æque non habentur, ſed in his pro *calda*, ſupponitur, *aqua*, quæ interpretatio vocabuli vetuſti tota ſe inſinuauit texui Valeriano. Nobis antiquam atq; elegantem illam dictionem Valerio reddere viſum eſt, qua item vtuntur veteres auctores frequenter, vt Mart.

*Frigida non deerit, non deerit calda petenti.*

Oraculi eiuſdem verba ſic leguntur apud Zoſimũ Hiſtoriarum 2. ἀπαγγείλαις τάρραντα ἐγχελειομένης τῷ τέκνα κἀκεῖσε θερμὴν αὐτῷ τοῦ Τιβέρεως ὕδωρ, ἐπὶ τῆς ἄδου καὶ περσεφόνης ἐσχάρας τοῖς πᾶσι δύναμ. πιεῖν.

9 *Prope vicum Sabinæ regionis Heretum*] In Atrebatenſi correctè, *Propter vicum Sabinæ regionis Eretum.* Sic Ouidius, " Propter humum volitant. Et Te- " rentius Adelphis, Hic propter hunc aſſiſte. Ereti meminit Virgilius Æneid. 7. Stephano ἠρετὼς dicitur, Dionyſio & Straboni Eretum.

10 *Pertinaci ſpiritu flammam euomuit.*] Optime & paulo poſt, *Qua pota*, legendum; non *Qua potata.*

11 *Pertergi & præcipi*] In manuſcriptis melius, *Pertergere & præcipere.* Et deinde, *Lectiſternia ludique.*

12 *Omiſſo emendæ propoſito*] In Atrebatenſi aliiſq;, *emendæ aræ propoſito.* Idq; apertius.

13 *Religionem ludorum creſcentibus opibus ſecuta lætitia eſt*] Quamuis nulli accedant manuſcriptorum librorum calculi; pro *lætitia* tamen repono *lautitia*, vim namq; dictionis non intellexerunt ſcioli, qui illam mutarunt. Non enim ſolummodo lautitia eſt in epulis, verumetiam in omni cultu atq; apparatu vitæ, quã Græci πολυτέλειαν appellant. Sic Q. Hortenſius orator apud Nonium, " Quæcunq; ſit Lautitia, cui " victum elegantem magnificè, neq; minus quam de- " ceret, colere inſtituiſſent. " Sic lautos vocat Verris comites Cicero Actione 2. hoc eſt, ſplendidos ac ſumptuoſos. Appoſitiſſime igitur Valerius noſter lautitiam dicit ludorum; narrare volens breuiter ac ſuccinctè quinam Romanorum ludis ſuis ſolito maiores ſumptus, profuſiorem que magnificentiam adiecerint. Nec aliter ipſe poſtea, vbi de Spartanis lege Lycurgi ab Aſia exulantibus. Audierat enim lautitiã inde, & immodicos ſumptus &omnia non neceſſariæ voluptatis genera fluxiſſe. Atqui Valerio familiare eſt vocabulum, lautitia, item lautus.

14 *Claudius Pulcher ſcanæ varietate*] In Atrebatenſi, Gemblacenſi & Suſiano, *Cl. Pulcher*, in Campenſi *C. Pulcher.* Rectè Patruus enim fuit P. Clodii, de cuius ornatiſſima ædilitate vide quæ nos in magiſtratuum annalibus. Et ſane duo fuerunt fratres Claudii Pulchri ludorum magnificentia ambo celebres, quorũ meminit Cicero Offic. 2. & de Aruſpicum reſpon.

15 *Verſatile fecerunt Lucius & Cinna locum, quem argentatis*] Contaminatiſſimus eſt locus hic atq; fœde puerilibus interpretamentis conſpurcatus, quẽ nemo tamen quod ſciã hactenus emundauit. Nos manuſcriptorum librorũ auxilio veram lectionem repperiſſe videmur. In Cãpenſi autem & Gemblacẽſi legitur, *Verſatilem fecerunt Lucani argentatis choragiis, &c.* Cetera omnia quæ in vulgatis habentur vt ſuppoſititia eradenda, atroq; ſtylo cõficienda ſunt, neque enim in vllis manuſcriptis extant. Nam in Wincheliano, Pulmanniano, & Cauchiano ſic legitur, *Verſatilem fecerunt lucum argentatis, &c.* At in Atrebatenſi, *Verſatilem fecerunt Lucuni, argentatis, &c.* Suſianus autem liber hoc nomen velut vitioſum ac incognitum prætẽrit. Ex his colligo reſtituendum atque legendum eſſe, *Verſatilem fecerunt Luculli, Argẽtatis choragiis P. Lentulus Spinther adornauit.* Conſtat enim L. & M. Lucullos fratres ſimul ædiles fuiſſe, ludoſq; magnificentiſſimos dediſſe, vt in annalibus noſtris demonſtraui latius. Verſatiles ſcænas duas poſtea fecit C. Curio filius quas graphice deſcribit Plinius lib. 36. cap. 15.

16 *Translatũ antea Phœnicais indutum tunicis*] In manuſcriptis *Punicis*, In Atrebatenſi, *Pœniceis.* Antique, velut in triumphalibus Romanis: NAVALEM EGIT. DE. SICVLEIS. ET. CLASSE. POENICA. Et Lucretius 2. Purpura Pœniceuſq; color. Trãſlatã appellare videtur Valerius Ludionũ infimam ac vulgarem illam turbã, quæ ſæpius per ſcænam hinc inde transferebatur pro Ludorum occaſione. Hinc translatitia, vel translatiua dicuntur quæcunque vulgaria, plebeia, ac vilia: ἐγκύκλια, καὶ ἀγόραια Græcis; nẽpe circumforanea, vel vt ita dicam, circulatoria. In qua ſignificatione translatiua officia, vulgaria appellat Plinius in epiſtolis, & Cicero Verrina 2. translatitium edictum; quippe nõ nouum, ſed aliunde translatum, vt auctor Pædianus.

17 *M. & Decius filii Bruti*] Malo ex v. c. *M. & D. Iunii Bruti*, atque is modus ſcribendi antiquus. Quo loco & prænomen conſulis Fuluii eſt corrigendum, ſicut in annalibus admonui. Perperam rurſum in vulgatis, *Gladiatorum munus*] quod gladiatorum Liuio aliiſque dicitur; non enim gladiatoriũ illud munus erat, ſed eius qui gladiatores pugnantes populo exhibebat.

*CAP. V.*

1 *Ipſe dedicauerat compos voti factus*] Hic denuo plagam inflixit Valerio librariorum ignorantia, quam ex Liuio, atque Campenſis exẽplaris ſcholiolis ita ſanandam arbitror, *Ipſe dedicauit, quia pater cõpos voti factus.* Sic enim Liuius:
» Quæ prima omnium in
» Italia eſt ſtatuta aurata, pa-
» tri Glabrioni poſuit. Is
» erat qui eam vouerat, quo
» die cum rege Antiocho ad
» Thermopylas pugnaſſet.

2 *Centum ſeptuaginta numerum compleuerunt*] v. c. *expleuerunt.*

*CAP. VI.*

1 *Non neceſſaria voluptatis genera*] v.c. melius, *Non neceſſaria.*

2 *Puniceis in prælio tunicis*] Lege *Pœniceis*, vt ſupra. Mox ſequitur, *Non vt ipſis aſpectus earum terrorem*] In manuſcriptis optime, *Non, ne ipſis aſpectus eius terrorẽ.*

3 *Eiuſdem vrbis & ſanctiſſimum conſilium Areopagus*] In Campenſi, Coloniẽſi, Wincheliano & Cauchiano, *Eſt & eiuſdem vrbis ſanctiſſimum concilium Areopagus, vbi quiſq;, &c.* Cuius lectionis remanent etiam veſtigia in Pulmaniano; quæ quidem præferenda videtur Atrebatenſis collegii codex, *Areios pagus* habet cum Græciſmo.

4 *Diligentiſſime inquirere ſolebat*] *inquiri*, legendum ex iam dictis.

5 *Quem domi ſceleſtum cerno*] In manuſcriptis omnibus, *domui.*

6 *Sine lamẽtatione, ſine plãctu, ſine luctu funeris dies*] In manuſcrip. quaſi omnibus ſic legitur, *Sine planctu luctus funeris dies.* In Campenſi autem, *luctus ac funeris dies.* Quæ tolerabilis eſt lectio; attamen præfero Cauchianam, *Sine planctu luctus funeris die.*

7 *Quid attinet humano dolori indulgere*] Veteres libri habent, *Aut humano dolori indulgeri.* Recte, vt ſequentibus reſpondeat.

8 *Mors ſit illa expectanda*] In ſcriptis melius *expetenda.* Et poſtea, *Vſis fortuna*] pro, *Vſi.*



9 *Quod illam etiam in inſula Cara ſeruari animaduerti*] In manuſcriptis correctioribus *Coeo* vel *Ceo* legitur, in aliis *Chio* vel *Coo.* Diuerſas autem inſulas eſſe Ceos, vel Coeos, Chios & Cos, coſmographorum omnium conſenſu & demõſtratione manifeſtum eſt. Ex his Ceon olim tetrapolim fuiſſe, poſtea duab. vrbibus Coreſſa Pœeſſaque mare deuoratis in duas reliquas Iulida, Carthæamque habitatores earum migraſſe, Strabo & Plinius tradunt. Sed temere confunduntur apud auctores tam Græcos, quam Latinos dictarum inſularũ nomina idq; librariorum negligentia; vt in Stephano de vrbibus, Ἰουλὶς πόλις ἐν Κῷ τῇ νήσῳ. Et rurſus Καρθαία μία τῶν ἐν Κῷ τετραπόλεος: cum vtrobique legi debeat ἐν Κήῳ, quemadmodum recte nominant Κηίους populos Menandriani verſus legem ſeu conſuetudinem hanc properandæ mortis prædicantes. Quos ipſos, quia ad intellectum Valerianæ huius hiſtoriæ faciunt, non prætermittam. Leguntur autem in Stephano & Strabone hoc modo:

Καλὸν τὸ Κηίων νόμιμόν ἐστι
Φανία
ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ
ζῇ κακῶς.

Permittebat autem illa lex Ceienſium maiores annis ſexaginta natos ἀκωνίζεσθαι, hoc eſt, aconito vitã finire. Sic legendũ, non ἀγωνίζεσθαι vt habetur in Stephano.

10 *Tibi, inquit, Sex Pompeii*] In manuſcrip *Tibi quidem, inquit*: De hoc Sex. Pomp. Aſiæ procos. vide noſtros annales.

11 *Duas filias & vnum nepotem gregẽ relictura ſuperſtitem permuto*] In Wincheliano, Cauchiano, & Campenſi, *Duas filias & ſeptem nepotum gregem ſuperſtitem relictura permuto.* Quam lectionem approbo. In Atrebatenſi quidem & Suſiano legitur *vno.* Pulmani, & Colonienſes codices numeralem notam 7. habent, quæ perperam à librariis in *vno* vel *vnum* mutata eſt.

12 *Dare quia perſuaſũ habuerint*] Placet lectio Wincheliani libri, *Dari ſolitos; quia perſuaſum habuerunt.*

13 *Conditionis noſtræ habitum præuidit*] In Atrebatenſi aliiſq; *peruidit* Magis apte. Sic enim Horatius:

*Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.*

14 *Si ea mortua aliquanto eius felicior ac beatior finis reperietur* ] *Ea mortua*, inſertum videtur è gloſſemate alicuius eorum, qui de vita ſpiritus ac morte carnis indies differunt. Et in Wincheliano exẽplari hæc verba omittuntur; in quo ſic, *Si eius aliquanto felicior ac beatior finis reperietur.* Quam lectionem minime ſpernendam arbitror.

15 *Sicæ enim fanum Veneris eſt*] In manuſcriptis *Siccæ*, atque ita appellatur ea colonia à Plinio.

16 *Atq; inde precedentes quæſtum dotis corporis iniuria contrahebant*] Multo elegantius in manuſcriptis, *Atq; inde procedentes ad quæſtum, dotes corporis iniuria contrahebant.*

CAP. VII.

1 *Nam conſtat*] *Nam*, ſuperfluum eſt, & in Campenſi ac Suſiano non habetur.

2 *Qui neceſſitudinũ præruptis vinculis*] Manuſcripti *perruptis* habent. Quod melius.

3 *Quod eius culpa ager incenſus*] In Campenſi, Atrebatenſi, ac Pulmanniano, *agger*, multo rectius. Aggere enim & vallo muniebantur caſtra, quibus incenſis pene capta fuerãt. Atqui ex quauis materia aggeſta fiebant aggeres; ſiue terra, lapides, trabes, faſces eſſent, ſiue hæc ſimul coacervata. Quid idẽ noſter Valerius? anne Iulium Cęſarem, cum armis Mũdam clauſiſſet, in alterius materiæ inopia ex cadaueribus aggerem extruxiſſe ſcribit? lib. 7. cap. 6. Aſtipulatur huic noſtræ correctioni item Iulius Frontinus Stratagematum lib. 4. & quia hoc ipſum exemplum diſciplinæ militaris ex iſto Valerii loco iiſdem pene verbis tranſtuliſſe videtur, non incongruum erit hic adiungere: Idem, inquit, Cotta P. Aurelium ſanguine ſibi iunctum, quẽ obſidioni Lipararum, ipſe ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus præfecerat, cum agger incenſus & pene capta caſtra eſſent, virgis cæſum in numerum gregalium peditum referri & muneribus fungi iuſſit. Atque hic quidem Frõtini locus non ſolum Valerii verba declarat, ſed etiam in iis aliquid deeſſe, videtur indicare. Nam vbi ait, militiæ munere inter pedites fungi coegit, profecto minus hiulcus & obſcurus erit, ſi locũ ex Frontino ſuppleamus ita, gregalis militiæ munere inter pedites fungi coegit. Viliſſimi enim gregales milites erant ad quæcunque opera militiæ ſupplenda ſubiecti, & ex centuriarũ vltimis decuriis in quas minoris precii & animi milites conſcribebantur, quemadmodũ etiam Cicero in orationibus ſuis indicat, per contemptũ Catilinæ, Clodii, ac Antonii ſeditioſos ac viles aſſeclas eorum gregales appellans. Inter quos per ignominiã reiiciebãtur etiam illi milites, qui ob culpam aliquam ex ordinibus ſuis expungebantur.

4 *Tam digna exempla tã breuiter*] Non placet diplaſiaſmus ille vocabuli *tam*. Nam elegantius hæc in Suſiano, & Pulmanniano, *Non digna exempla quæ tam breuiter, niſi maioribus vrgerer, referrentur.* Et in aliis exemplaribus manent quædã indicia eius lectionis.

5 *Incerta gratulãdi prius, an lugendi officio fungeretur*] Sex manuſcripti libri habent, *An alloquendi officio fungeretur.* Quæ ipſiſſima lectio antiqua eſt, quã ſcioli vim eius verbi non intelligentes mutarunt. Alloqui enim non ſolũ προσφωνεῖν, hoc eſt, ad aliquem loqui ſignificat; verum etiam cum affectu ac humanitate affari, & conſolari, quod Græci παραμυθεῖσθαι dicũt. Docet hoc M. Varro de lingua Latina lib. 5. cuius ſunt hæc verba: Hinc allocutum mulieres ire aiunt, cùm eunt aliquam locutum conſolandi cauſſa. Quam Varronis lectionem ex vetuſtis codicibus eruit vir noſtro ſæculo ſummus Antonius Auguſtinus. In eadem ſignificatione poſtea Valerius hoc vocabulo vtitur libro 4. cap. 6. de Minyis: Velut allocuturæ perituros maritos, id eſt, conſolaturæ.

6 *Quod caſtra eius hoſtes iidem obſederant*] In Suſiano aliiſque, *Quod caſtra eius iidem hoſtes obſediſſent.* At rectius in Atrebatenſi, *Quod caſtra eiuſdem hoſtes obſederant.*

7 *Ac ne multa foret gloria militaris*] Plerique manuſcripti libri habent, *Inulta foret læta gloria militaris.* In Pulmanniano & Cauchiano *læſa*, Quæ vox librariorum ignauia in vulgatis intercidit.

8 *Affinium & cognatorum nota, & fratrum filiorumq; ſtrage* ] Suſianum exemplar ita, *Affinium & cognatorum, & fratrũ nota*

*filiorum ſtrage, ignominioſa conſulum eiuratione.* Quæ ſane nobis pulcherrime antecedentium exemplorum ordinem deſignant.

9 *Lictorum ſe verberibus lacerandum præbuit* ] Perplacet Campenſis libri hæc lectio, *Lictorum verberibus lacerandus.* Non enim ſe præbuit, ſed antequam ſpoliaretur, è manibus effugit.

10 *Precibus deinde ſui exercitus* ] Melius *ſuis*, vt eſt in Atrebatēſi. Exercitus enim interceſſit, precibuſque, dum ſe ſupplicio opponeret, occaſionem fugiendi Fabio dedit. Vide Liuium libro 8. qui hæc pulcherrime.

11 *Tribunorum concedere poteſtati* ] In manuſcriptis *Tribunitiæ*, antiqua loquēdi formula.

12 *Fugitiuorum multitudine hoſtium circumuentus, arma his tradidiſſet* ] *Hoſtiū* è ludimagiſtri dictatis aſſutum eſt, & in Suſiano non habetur. Deinde in Campenſi *Armatum ſuis*, lege *arma cum ſuis.* Qua lectione vitatur duplicatio particulę *his turmæ quoq; eius, quæ ſimul arma tradiderant pœnam ſubiere.*

13 *Quoniam quidem id egit Piſo* ] In Campenſi, *Quoniam quidem id egerit.* Melius. nam repetitio illa nominis *Piſo* ſuperflua eſt.

14 *Sauiore vti ſeueritate coegit* ] Liber Suſii *ſauiore*, non habet.

15 *Quæ vbi à recto itinere deſciuerunt* ] In manuſcriptis, *A recto tenore.* Valerio & ante vſurpata vox eſt, „Quo minus religionibus „ſuus tenor, ſuaque obſerua„tio redderetur. Libro 1. c. 1.

16 *Valentius militari diſciplina fuit* ] Lege, *Valentius militari diſciplina apud ſenatum fuit*, ex Wincheliano & Cauchiano.

17 *Vltra mortalium conditionem* ] In omnibus manuſcriptis, *Vltra mortuorū* legitur Et recte.

18 *Seuere excubuerit* ] Detorta locutio eſt. In Campenſi, Pulmanniano & Suſiano, *Se ſeuerum exhibuerit*, legitur.

19 *Eorumque nullum ſepulturæ mandari* ] In manuſcriptis optime, *Eorumque corpora ſepulturæ mandari.*

## CAP. VIII.

1 *Niſi ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa* ] In Campenſi, *Ni ſuo ductu Pœnica claſſis eſſet.* Vetuſta ſponſionis formula eſt, qualis apud Ciceronem Officiorum 3. Ni vir bonus eſſet. Et paſſim alibi ſimiles occurrunt. Verba autem quæ præcedunt, *Non ſe petiturum triumphum* ] In duobus vetuſtis exemplaribus non exſtant, Atrebatenſi videlicet, & Gemblacenſi, quæ auferenda non male cenſet Pithœus, fruſtra enim adduntur, & præter ſponſionis formulam.

2 *Item reſpondit Valerius cos. Iam me hercle inquit* ] In manuſcriptis, Campenſi & Wincheliano hæc diſtinctius, plenius ac apertius hoc modo, *Item, reſpondit Valerius, conſulis At iudex, Iam me hercle, inquit, &c.*

3 *Sed nec Valerius quidem improbe* ] In Campenſi, *Et ne Valerius.* non minus eleganter. Deinde poſtea, *Continuo quæſtione publica* ] In eodem Campenſi, *Continuo ipſe quæſtione publica.*

4 *Carthaginis imperio rupta Hiſpania* ] v. c. *abrupta.* pulcherrime, cū energeia.

5 *Moderatum præ ſe ferens gaudium* ] In Wincheliano, Colonienſi & Atrebatenſi, *Tantum moderatum præ ſe ferens gaudium.* Forte, *Tantum non*, Stylo Valeriano. Μόνον οὐ ὅσον οὔπω

6 *Cum conſummata atq; conſtructa potentia ſua triumphum duceret* ] In Pulmanniano, *ac conſtructa*, non habetur. Videturque ocioſum, immo gloſſema proximę vocis, *conſummata.*

## CAP. IX.

1 *Accedit etiam iis, quod in Fortuna longam præſtandi huiuſce muneris vocationem eſtis aſſecuti* ] Contaminatus ac obſcurus eſt locus iſte; qui ex manuſcriptis codicibus noſtris ita emēdatur, *Accedit his quod etiam Fortuna longam præſtandi huiuſce muneris aduocationem eſtis aſſecuti.* Aperta ac clara nunc eſt ſententia, aggrauant enim cēſores accuſationem, quod fortuna vitam longiorem adepti, tam diu à procreandorum liberorum officio conſumptis in caſſum annis abſtinuiſſent. Cęterum pertinaci conſenſu veterum exemplarium moueor, vt pro *vacationem*, repoſuerim *aduocationem*, verbum vetus, ſed hac ſignificatione rarum, atque idcirco à poſterioribus exterminatum.

2 *Sicut Porcius Cato* ] Pręferenda Cauchiani codicis lectio, *Sic M. Porcius Cato.* Nouum enim incipit exēplum, atq; vna nobiliſſimo Catoni ſuum prænomen reſtituitur.

3 *Auctoritate fratris eius*

*Titi Flaminii*] Ex Pulmanniano, Atrebatenſi ac Suſiano, legendum eſſe colligimus, *Auctoritate fratris eius*. v. c. *T. Flaminini*. Sed notæ ſingulares non intellectæ perierunt. Hinc perperam in nonnullis codicibus *C. Flaminius* legitur.

4 *Nec indignum penſi duxerat* ] Manuſcripti libri, excepto Wincheliano, omnes quos vidi, *Nec penſi duxerat*, habent. Atque hæc vetuſta Romana phraſis, qua & Salluſtius, Neq; dicere, neque facere quicquã penſi habebat. Et alii ſæpe. Penſi habere vel ducere, idẽ eſt, quod διαγινώσκειν diſcernere, perpendere, æſtimare, magni facere, ponderare, τιμᾶν. Vox, *indignum*, è dictatis alicuius ludimagiſtri haud dubio aſſuta eſt.

5 *Inſtinctu autem æmulationis animo diſſidens*] Duo codices Pulmannianus & Suſianus veram lectionem referunt, quæ non parum antiquitatis redolet, *Inſtrictum autẽ æmulationis hamo diſſidens*. Inſtringere enim impedire, implicare, ac cõpeſcere eſt: qua in ſignificatione vtitur eo Catullus, ad ſe ipſum dicens:

*Quin te animo adfirmas, teq; inſtringiſq;, reducíſq;,*
*Et diis inuitis deſinis eſſe miſer.*

Alia quoque exemplaria eius retinent lectionis veſtigia: nam Campenſe, *Inſtrictum autem æmulationis animo*, dicit; & Atrebatenſe, *inſtructum*, mẽdoſe. Ait itaque Valerius paronomaſia non illepida, inſtrictos æmulationis hamo cenſores deſtrictam (vt habetur in Atrebatenſi) ſimul egiſſe cenſuram, deterſam, iuſtam ac emunctam, metaphora à deſtringentibus ſe in balneo ſumpta, qui ſordes corporis lacinia ſtrigilive detergunt, aut abradunt.

6 *Quod vt intellexit Nero, & citari collegam & arma & equum vendere iuſſit*] In manuſcriptis, *Quod vbi intellexit Nero, & citari collegam, & equum vendere iuſſit*. In nullo quidem reperitur, *& arma*. Quod ſane, vt Græco vocabulo dicam, gloſſargi alicuius cõmentum eſt. Neque enim hoc habet Liuius, ex quo Valerium deſumpſiſſe hiſtoriam vtrumque conferenti patebit: Nec etiam à cenſoribus notati equites Romani arma vendere cogebantur: ſed equum publicum, quem iure ordinis acceperant, & publica nutritum impenſa tenebant.

CA-



## CAP. X.

1 *In Linternina villa ſe cõtinentem*] v. c. *In Linternina villa ſe tenentem*. Recte.

2 *Ianuæ appropinquant, & clara voce nunciant Scipioni, Non vitæ eius hoſtes*] In Atrebatenſi, *Ianuæ appropinquant clara voce nunciantes, non vitæ eius, &c.* Quæ lectio ob breuitatem & continuum ſententiæ ductum magis placet.

3 *Proinde ſecurum ſe nobis præſtandum præbere ne grauetur*] In manuſcriptis rectius, *ſpectandum præbere ne grauaretur*. Atq; in Campenſi inſuper eraſa particula *nobis*, quæ ſane ſuperuacua eſt, ac perperam inſerta videtur, ex gloſſemate aliquo.

4 *Ad lares proprios reuerterunt* ]. In manuſcriptis omnibus, *Ad lares reuerterunt*.

5 *Hoc quidem vino Scipioni*] Veteres libri omnes habent, *Et hæc quidem vino Scipioni*.

6 *Cum eum adoleſcẽtem* ] In Campenſi, *Cum enim*. Sed melius in Atrebatenſi, *Eum enim*.

7 *Nec fuit eis timori aſperrima Syllæ victoria: cum præſertim ipſe Marius eos, &c.* ] Hoc loco quædã deeſſe manuſcripti libri demonſtrant, quamuis & hi varie mutilati ſunt. In Suſiano & Pulmãniano legitur, *Nec fuit his timori aſperrima Sullæ victoria, ne in eos conſeruationem Marii vlciſceretur*. Sed reliqua minime omittenda deſiderantur. In Campenſi ac Wincheliano frequens illa repetitio nominis *Marii*, librarium immerito offendit; in quibus ita, *Nec fuit his timori aſperrima Sullæ victoria; ne in eos conſeruationem vlciſceretur; cum præſertim ipſe Marius eos, &c.*

8 *Quod cum ex Fauonio amiciſſimo ſibi vna ſedente cognouiſſet*] Hoc loco in Cãpenſi atq; Atrebatenſi codicibus Valeriano contextui inſertum eſt Martialis poetæ epigramma:

*Noſſes iocoſæ ſatrum cum dulce Floræ,*
*Feſtoſq; luſus*, &c.

Quod ipſum ſtudioſus aliquis in margine annotarat. Hinc collige lector ſtupidã librariorum negligentiam, qua temere bonos auctores deprauarunt.

9 *Vt ſi quis ſanctum* ] In manuſcriptis omnibus magis eleganter, *Vt quiſquis ſanctum*; &c.



GRANADA

CAP. I.

1 *Datos geſt⁹ referã*] In Cauchiano, Gēblac. & Atrebat. *Datos guſt⁹*, legitur optime.

2 *Abiecturũ ſe eũ inde*] Cãpenſis liber, Coloniēſis, atq; Atrebatēſis, *Leuatum abiecturũ inde ſe, niſi precib obtēperaret*. Elegãtius aliquãto.

CAP. II.

1 *Sed etiã metu patriã ſoluit Viris puella lumine virtutis preferēda*] Cãpenſis Atrebatēſiſq; codicũ lectio hic perplacet, *Sed etiã metu patriã puella ſoluit, viris lumē virtutis præferēdo*. In aliis itē exemplaribus huius veræ lectionis extãt q̃dã vestigia.

2 *Qui imitari Romulũ valuit*] In Atrebatēſi & Gēblacēſi, *Quod Romulũ imitari valuit*

3 *Et plebē ad forti⁹ ſuſtinēdos cãs⁹ ſuos prouocarēt*] In Wincheliano ſic, *Suſtinēdos cas⁹ ſuo vigore prouocarent*. Quę profecto in vulgatis ſupplēda videntur. Ita mox in alio exemplo.

4 *Reddeadus eſt nũc Romanæ iuuētuti debitus gloriæ titul⁹ Q. Catulo Sēpronio Atracino cōſule*] Vbi legendũ, *Reddēdus eſt nunc Romanæ iuuētuti debitus honor & gloriæ titul⁹, qua C. Sēpronio Atratino conſule*. Ita partim in Wincheliano & Gēblacēſi, partim in Atrebatēſi in quo nomē cōſulis eſt correctiſſimũ. Vid. An. magiſtratuũ.

5 *Ne caſtrorũ quidē ſuorum potientem eſſe paſſa eſt*] In manuſcript. *potentem*. Recte, ni fallor.

6 *Equumq; duci clam iuſſit*] *Educi*, habetur in manuſcri. omnib. Non male, pugnabatur enim extra vallum.

7 *Nec Atiliũ quidē*] Lege ex v.c *Nec C. Acilium*. Ita etiam nominatur à Plut. & Suet.

8 *M. Scæua*] In Cãpēſi aliiſq; manuſcriptis libris cēturionis huius nomē plene exprimitur, *M. Cæſius Scæua*, atq; ita in Sueto. reſtituendũ, vbi Caſſi⁹ Scęua legitur. In Appiano itē Alexãdrino Minucius Scæua, nō min⁹ mēdoſe. Quo nominũ errore inſũper accidiſſe ſuſpicor, vt iſtic de duob. vno Scęua, & altero Minucio hæc hiſtoria ſcribi videatur, quam vno conſenſu Cęſar, Lucanus, Suetoni⁹, ac Valerius vni adſcribunt.

9 *Cuius corp⁹ capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto, ſcutũ 120 ictib. perfoſſũ apparuit*] Nō ſimplici mēda cōtaminatus eſt locus. At nullus auctorũ qui hui⁹ rei mētionē faciũt, in eo prælio periiſſe Scęuã ſcribũt. ꝙ tamē ex Valerii verbis colligere eſt. Lucanus qdē labore ac vulnerib. defectũ ac exanguē à



cōmilitonibus pugna clatũ canit, cũ à Cæſare ſubſidiũ caſtello piclitãti mitteretur.

*Nam ſanguine fuſo*
*Vires pugna dabat, labentem turba ſuorum*
*Excipit, ac humeris defectum imponere gaudet.*

Plutarchus item ſuorũ amplexibus tuto relatum dicit. Suetonius cuſtodiam portę commiſſi caſtelli retinuiſſe; Cæſar eius opera caſtellum magna ex parte cōſeruatũ; ideoq; virtutis ergo Scęuam primipilatu milibuſq; æris ducentis donatũ refert. Atqui Valerius ipsũ corruiſſe, corpuſq; eius vulnerib. multis ſauciũ apparuiſſe ait, vt vulgata ſonant exemplaria; ſed in manuſcriptis omnib. dictio, *corpus*, omittitur, quę profecto videtur è gloſſis inſuta. Nã in Suſiano, Pulmanniano ac Wincheliano legimus ita; *Cuius capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto, ſcutum &c.* Item in aliis ſimiliter; niſi ꝙ, *ſauciũ*, in his habetur, atq; in Cauchiano, *caſum*, pro *ſcutum*; In Atrebatēſi, *ſectũ*, in Cãpenſi vero *ſecutum*. Ex qua quidē varietate colligo, duo vocabula iſtic perperã in vnum cōtracta librariis reliqua etiã mutandi occaſionē dediſſe, omnemq; textũ corrumpendi. Nam qui *caſum*, vel *ſectum*, in codicib. reperērunt, *ſauciũ* antea quoq; legendum eſſe, atq; *corpus*, ſubintelligi; vel deſiderari exiſtimarũt. Nobis aũt pro *caſum, ſectũ*, vel *ſecutũ*, legi debere videtur *cæci ſcutum*, totamq; ſententiã ita reſtituendã eſſe, ſaluo tamē aliorũ meliore iudicio, opinamur: *Cuius capite, humero, femore ſaucii, & oculo eruto cæci ſcutum centũ & viginti ictib. perfoſſum apparuit*. Etenim hæc iiſdē pene verbis, aut certe eadē omnino ſententia Suetonius refert, qui duo hæc fortitudinis rara exempla de Scæua & Acilio videtur ex noſtro deſumſiſſe Valerio. Nec mirum (inquit) ſi quis ſingulorũ facta reſpiciat, vel Cæſii Scæuæ cēturionis, vel C. Acilii militis, ne de plurib. referam. Scæua excuſſo oculo, tranſfixo femore & humero, cē tum & viginti ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam portæ commiſſi caſtelli retinuit. Acilius nauali ad Maſſiliam prœlio iniecta in puppem hoſtium dextra & abſciſſa, memorabile illud apud Græcos Cynægiri exemplũ imitatus, tranſiliuit in nauem, vmbone obuios agens. Hæc Suetonius.

10 *Tuum vero Scæuola inexuperabilē ſpiritum*] Mē-

doſe rurſus: nam in manuſcriptis omnibus, *Scæua*, vocatur, videturque de eodem adhuc loqui Valerius, quem Lucanus ſcribit in Galliis ſub Cæſare ex gregaria militia ad centurionatum multo ſanguine promotum fuiſſe:

*Scæua viro nomen, caſtrorum in plebe merebat.*
*Ante feras Rhodani gentes, ibi ſanguine multo*
*Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.*

Et Plutarchus ipſum militem Cæſaris in Britannia centuriones ab hoſtibus in palude oppreſſos ſeruaſſe refert, ἐν δὲ Βρεττανίᾳ τῶν πολεμίων εἰς τόπον ἑλώδη καὶ ὕδατος ἐμπεσοῦσι τοῖς πρώτοις ταξιάρχαις ἐπιθεμένων, στρατιώτης Καίσαρος, αὐτοῦ τὴν μάχην ἐφορῶντος, ὠσάμενος εἰς μέσους, &c. Quæ eadem Valerius, hoc loco. non igitur hæc exempla diuerſorũ ſunt, vt vulgati volunt codices.

11 *Bello namque Gallico*] *Gallico* ex ſcholiis influxit in textum orationis; quod ipſum Campenſe exemplar demonſtrat, in quo annotatum adhuc inter lineas videtur. In Atrebatenſi itẽ & Wincheliano non habetur.

12 *In vadum tranſitu facili redegit*] In manuſcriptis, *tranſitu facilẽ*. Melius.

13 *Leonidas Spartanus nobis occurrit*] Lege, *Spartanus nobilis occurrit*. Sic enim in manuſcriptis.

14 *Sed melius & altius initium*] In Cauchiano codice, *auctius initium*. Sane eleganter: addit enim, *Nunc veſter Epaminondas naſcitur, quia ſic moritur*. Conſtat autem naſcentia augeri.

15 *Reddenſque ſeruo publico, qui eam tradiderat*] Vera lectio remanſit in Atrebatenſi Gemblacẽſi, Suſiano, & Pulmanniano, *Renidenſque ſeruo publico, qui eam tradiderat*, ſubintellige, dixit. In Wincheliano, *Ridẽſque*, legitur. Atque hæc conueniunt Ciceronis omnino verbis, qui de eadem re ita: Quo ſonitu reddito, arridens; Propino hæc (inquit) pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus. Renidere autem eſt leue ac ſalſum ridere.

16 *Cum omnes eius ciues*] *Eius*, inepte inſutum ex annotationibus, libri manuſcripti non habent.

17 *Lege mortis omnes aſſumpſiſſet, ad vltimum ſeipſum flammis immiſit*] Ex veterum librorũ cõſenſu lego, *Omnes abſumpſiſſet, ad vltimũ ſe ipſe flammis immerſit.*



CAP. III.

1 *Pertaſus enim dexteram ſuam*] Legendum, *Pertæſus*, ex v. c. conſenſu

2. *Pompeii etiam probabilis virtus*] Quiſnam hic Pompeius fuerit legatus, à Gentio rege interceptus, obſcurum ſane nobis eſt. In Liuio quidem nulla eius mentio, niſi in eius belli hiſtoria libro 44. interrupta, mutilataque perierit, vbi M. Perpernam, & L. Petillium Rom. legatos à Gentio rege miſſos in cuſtodiam ſcribit, & poſtea rege capto à L. Anicio prętore liberatos, & forte hoc loco, Perpernæ, pro Pompeii, legendum. Pompeia quidem gens eo tempore admodum obſcura adhuc fuit, quemadmodum ex Cicerone colligere eſt: Nobile tamen illud factũ Pompeii merito viam ad omnes honores aperire poſſet. Paulo poſt deeſt vocabulum, quod ſuo loco ex Gemblacenſi aliiſque reſtitui, ſic. *Deſperationem tormentis quicquam ex ſe cognoſcendi*. Dictio *tormentis*, non habebatur in vulgatis.

3 *E quibus vnus turibulo accepto ante ipſum aſtitit*] Veteres libri omnes, *arrepto*, legunt. Non inepte, videtur enim puer turibulum feſtinanter improuideque arripuiſſe, atque ideo carbonem excidiſſe in eius brachium.

4 *Solito enim ſacrificauit diutius*] In omnibus manuſcriptis habetur, *Conſulto enim*, quod magis placet.

5 *Totum in ſolida virtutis munimento confirmat, potentiuſque metu & dolore facit*] In Suſiano & Pulmanniano magis dilucide; *Totos in ſolido virtutis munimento confirmat, potentiores metu ac dolore faciens*. Cuius lectionis extant & in aliis veſtigia.

6 *Dum terræ conditionem, ambitum maris*] Manuſcripti codices omnes, *habitum maris* dicunt. Sic Virgilius Georg. 1.

*Cultuſque habituſque locorum.*

7 *Anaxarchique non vitam modo deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem*] Placet Cauchiani codicis lectio; *Anaxarchumque vitam non modo non deſeruit, ſed morte reddidit clariorem.*

8 *Priuſquã efficeret*] In manuſcriptis, *Efficere poteſt*.

9 *Caucaſi montis gelido rigore*] Plures libri habẽt, *glaciali rigore*. Non minus eleganter, vt Iuuenalis, glacialem Oceanum dixit.

CAP. IV.

1 *Quo euenit vt humili*

*loco nati*] In Wincheliano, *Quo ſæpe euenit*. Atque huc transferendus quarti capitis titulus, nam more ſuo præfatiuncula quadã transgrediens in aliud argumentum, hic exorditur.

2 *Quæ quidem planiora ſuis exemplis redduntur, ac prius de iis ordiar*] In Suſiano aliiſque, *Quæ quidem planiora ſuis exemplis reddentur, vt primum de iis ordiar. &c.*

3 *Senectus excellentiſſimis ornamentis decorata, in excellẽtiſſimo maieſtatis faſtigio fulſit*] Manuſcripti libri omnes, *in altiſſimo*, produnt Recte, ne ſubito vox eadem repetatur.

4 *Alienum, quod exactum; alieniorem, quod ortum Corintho; faſtidiendum, quod mercatore genitum; erubeſcendum, quod etiam exule Demarato natum patre*] De Tarquinio Priſco Rege loquitur, verũ prodigioſe inceptis annotationibus intermixtis eſt deprauatus hic locus, qui idcirco variatur etiã in manuſcriptis, è quibus Suſii & Pulmanni exemplaria vno ore reiiciunt hæc verba, *quod exactum alieniorem*. Nec immerito, videntur enim alieniſſima, ac veluti per ſomniũ interiecta. Itẽ Campenſe nõ agnoſcit hæc, *Demarato natum patre*. Ex omnib autẽ recte comparatis vnã hanc veram, ni fallor, lectionẽ elicimus; *Alienum quod ortum Corintho: faſtidiendũ, quod mercatore Demarato genitum: erubeſcẽdum, quod etiam exule*. Mox quæ ſequuntur, non minus conſpurcata ſunt.

5 *Ceterum tam proſperum conditionis ſuæ euentũ induſtriũ pro inuidioſo, glorioſum pro inuiſo reddidit*] Quæ ſic in Cãpenſi, *Ceterũ tam proſperum conditionis ſuæ euentum induſtrioſum, pro inuiſo glorioſum reddidit*. Quo in codice ſupra, *inuiſo*, interpretationis gratia annotatũ, *inuidioſo*. In Atrebatenſi autẽ legitur ita; *Induſtrioſũ pro inuidioſo glorioſum reddidit*. In Pulmãniano; *Ceterũ tam proſpero conditionis ſuæ euentu induſtrioſum, pro inuidioſo glorioſum reddidit*. Sic in Wincheliano, ſed aliquanto plenius, atq; etiam rectius; *Ceterũ tam proſpero conditionis ſuæ euentu, induſtrioſum pro ignominioſo, pro inuiſo glorioſum reddidit*. Quam lectionem ambabus manibus acceptandam puto, licet dubitem, *induſtrioſus* an apud claſſicos nunc auctores reperiatur; atqui *Induſtrioſiſſime*, M. Cato Originum ſecũdo dixit, quod aduerbium ab *induſtrioſus*, deducitur. Citat Catonẽ Soſipater. Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur, rẽ militarem, & argute loqui. Vnde colligo nomen hoc ipſum quoque apud veteres in vſu fuiſſe, quamuis apud nunc extantes vix reperiatur. Nec adeo quidem reiiciẽda videtur libri Cauchiani lectio, quæ ſic habet; *Ceterum tam proſperum cõditionis ſuæ euentum induſtria ſua pro inuidioſo glorioſum reddidit.*

6 *Dilatauit enim fines Ro. pop.*] Lege ex Campenſi, *imperii fines*. In aliis codicibus tantum legitur; *Dilatauit enim fines, cultum deorũ &c.*

7 *Quod regem de finitimis potius mutuata eſſet, quam de ſuis elegiſſet*] Hæc elegãtius in Pulmãniano, Coloniẽſi, & Suſiano; *Quod regem à finitimis potius mutuaſſet, quam de ſuis legiſſet*. Mutuare namq; etiam mutuo accipere ſignificat. Sic Cæcilius: Ad amicos currat mutuatum, mutuet cauſa mea.

8 *Seruili cognomine & regia appellatione perplexus*] Demonſtrat hoc idem in antiquiſſimis Capitolinis marmoribus triumphorũ eius titulus:

*SER. TVLLIVS. REX.*

Quo titulo & ſtatuam inſcriptam fuiſſe autumo. Cũ igitur nil præter prænomẽ, *Seruius*, Tullio adiungatur, idipſum recte cognomen dixit, eo quod nomini iũgitur. Nam ſi tertiũ aliud accederet, *Seruius* prænomen diceretur, ad differentiam alterius tertii, quod tunc cognomen. Atqui tria nomina nobiliorum cum fuerint, Auſonio teſte; Seruius rex ob ignobilitatem duo dumtaxat habuit, atq; ex his alterum ſeruilis conditionis indicem.

9 *Sordidiſſimæ mercis capturus inquinari ſolito*] In nullo veterum codicum, *inquinari*, reperitur. At pro *ſolito* in Atrebatenſi, *ſalito*. Verũ correctius in Cauchiano legitur, *alito*. Melius, inquit Diomedes, dicitur alitus, quam altus, vitandæ ambiguitatis gratia. Paulo poſt, pro, *vires populi Romani*] quidam libri, *vires reipublicæ*, legunt. Rurſus mox ſequens copulatiua, *quoque*, omnino ſuperflua eſt, & manuſcriptis exulat.

10 *Vt grauiſſimæ cladis auctori dictatura differretur*] Veteres libri habent, *dictatura etiam deferretur*. Recte.

11 *Mors Papia lege*

*damnata eſt* ] Papia lex de peregrinis vrbe pellendis, cuius Cicero meminit officiorum tertio, primum lata fuit anno vrbis 688. vt auctor eſt Dion libro 37. additque eadem exceptos fuiſſe peregrinos Italiam incolentes. Quomodo igitur Perpernæ pater lege Papia damnari potuit, qui ſæculo fere hanc præceſſerat? Et quomodo à Sabellis, qui montes inter Sabinos ac Marſos incolebant, quibuſque cum aliis ſociis ciuitas data fuit bello Marſico confecto, viginti amplius annis ante legem Papiam latam? Vel igitur aliā fuiſſe Papiam legem dicamus neceſſe eſt, multo ante Marſicum bellum promulgatam, cuius alii auctores non meminerunt; vel, quod potius autumo, nomen hoc in Valerio corruptum eſſe à librariis, qui lubenter obſcura nomina in celebriora ſolent mutare. Fuere quidem & aliæ prius leges de peregrinis pellendis latæ, vt ex Ciceronis eodem loco conſtat. Penni legem de peregrinis nominat Feſtus, latam, vt autumat Carolus Langius noſter, vir ingenio ſingulari atque eruditione ſumma præditus, à M. Iunio Penno tribuno plebis anno v.c. 627. quo quæſtor G. Gracchus fuit, atq; ſpes ciuitatis accipiendæ ſociis ab ipſo iniiciebatur. vt idcirco contra Iuniam legem Gracchus tū dixiſſe videatur, quemadmodum Feſtus indicat, atq; etiam Tullius in Bruto. Qua Iunia lege potius, quam Papia, quæ tū non erat, Perpernæ patrem mortuo filio conſulari quadriennio antea, à Sabellis repetitum fuiſſe veriſimile eſt. Attamen exēplaria Valerii omnia Papiam legem vocāt. lector ſequatur quod ſibi viſum erit.

12 *Abductum animum ſuum in intima conditionis humanæ, & in ſeceſſum pectoris repoſitos affectus ſcrutari coegit* ] Rectius ac planius in Campenſi aliiſque, *Abductum animum intima conditionis humanæ ac in ſeceſſu pectoris, &c.*

## CAP. V.

1. *Flagitiis diſiici* ] In Atrebatenſi, Pulmanniano ac Suſiano, *diſſici*, habetur. In Campenſi, Coloniēſi & Wincheliano, *diſici*, Compoſitum verbum abiicere. Quam lectionem animaduertit etiam Giſanius noſter, cuius correctiones in Lucretiū poetā nuper prodierunt. Et ante hoc verbū

reſti-



reſtituit Io. Pierius Valerianus, legendumque eſſe docuit, Diſice compoſitā pacem. Aeneid. 7.

## CAP. VI.

1 *Augendo exercitū traiiciendoq; in Africam* ] Lege vt in manuſcriptis omnibus, *Augendo traiiciendoque in Africam exercitu.*

2 *Conſiſtebatque in illis labor eius, in iis remiſſio laboris* ] In manuſcriptis, *Conſiſtebatque in his labor eius, in illis remiſſio laboris.* Recte.

3 *Myrtea vſus eſt* ] Libri ſcripti habent, *Myrtea ſemper vſus eſt.*

4 *Inclytum ex Aſia ducens triumphum* ] *Indicum,* in manuſcriptis legimus, pro *Inclytum* de Indis triūphaſſe Bacchum fabulis poetarum eſt notiſſimum.

## CAP. VII.

1 *Minuſue proſper* ] veteres libri omnes, *proſperus*, legunt Quemadmodum
" Cicero de Repu. 6. Deinde
" eſt hominum generi pro-
" ſperus & ſalutaris.

2 *Prolato ab eo libro* ] v. c. *prolatum ab eo librum.* Melius.

3 *Neque enim adhuc puto eo malignitatis ventū* ] Non male in Wincheliano, *Neque enim huc puto malignitatis ventum.* Sic etiam legitur in Gemblacenſi & Colonienſi.

4 *Quandoquidem fiduciam* ] In manuſcriptis, *Quā quidem ei fiduciam.*

5 *Qui ingenti frequentia* ] In manuſcriptis, *quo.* Rectius, vt referatur ad diem; Deinde, *Hac ego, inquit, Quirites*, veteres libri, *ego*, non habēt, & ocioſa vox eſt.

6. *Maiorem auctoritatem eius* ] v. libri correctius hæc; *Maiorem eius auctoritatis.*

7 *Æterna memoria auctoritate tradendus animus* ] vox, *auctoritate*, in manuſcriptis omittitur, & ſalua ſententia abeſſe poteſt.

8 *Fiduciam non ſolū fortem, ſed pene etiam temerariam, qua duobus, &c.* ] O *fiduciam*, In Campenſi recte legitur, vt ſit exclamatio cum admiratione. Cuius item lectionis extant indicia in Atrebatenſi, Gemblacenſi, Coloniēſi & Wincheliano, in quibus libris vox, *exhibēs*, omittitur, quæ profecto ex dictatis alicuius aſſuta eſt.

9 *Nam cum ex conſule* ] In Atrebatenſi, *ex conſulatu*, Melius, nam illa phraſis Gothica pene eſt.

10 *Quamq; ſcit ſe laudem meritam eam etſi ab aliis*

*impetrat* ] In manuſcriptis hæc rectius; *Quamq; ſcit ſe laudem mereri, eam etſi ab aliis non impetrat.*

11 *Hos verſus Græcos adiecit* ] *Græcos*, ex annotationibus irrepſit, quare eiiciẽdum eſt è contextu, in manuſcriptis enim non habetur.

12 *Illis ſe verſibus quaſi magiſtro vſum* ] In Suſiano *quaſi magiſtris.* Non male.

13 *Tenuioribus exemplis* ] Veteres libri vno conſenſu, *tenerioribus*, legunt.

14 *Breuiter & abſciſſe* ] *Abſciſ.* veteres libri habẽt.

15 *Hiſpanias direptas, populi Romani & Galliarum ac Liguriæ vires* ] In Campenſi hæc ita; *Hiſpanias ereptas populo Romano Galliarum*, &c. Quæ magis probanda lectio videtur.

## CAP. VIII.

1 *Aptum & animoſum bonæ fiduciæ pectus* ] Suſianus codex rectiſſime, *apertum & animoſum.*

2 *Quaſi debitum opus ſupereſt, conſtantiæ repræſentare naturam. Natura enim ſic comparatum eſt* ] Locus interiectis gloſſulis mire deprauatus; Veræ tamen lectionis retinent veſtigia manuſcripti libri. Nam Colonienſis, Campenſis, & Winchelianus ſic habent; *Quaſi debitum opus ſupereſt conſtantiæ repræſentatione. Cura enim ſic comparatum eſt*, &c. Congruit item Atrebatenſis codex, niſi quod, *reprehẽſione*, legat, pro *repræſentatione.* Suſianus ac Pulmannianus, licet nonnihil interpolati, veram lectionem nobis produnt, reiectis iis quæ perperam inſerta ſunt, hoc modo; *Quaſi debitum ſupereſt opus conſtantiæ. Natura enim comparatum eſt*, &c. Atque hæc pulcherrime, mox enim rationem reddit, cur de fiducia ſui tranſeat ad conſtantiam.

3 *Tandem culpæ hoſtium tã iuſtus æſtimator* ] In manuſcriptis melius, *Tam deinde culpæ hoſtium iuſtus æſtimator.* Mox lege, *Campanũ ſenatum*, ex v.c. Ita etiã Cicero & Liuius frequenter Capuanos Campanos vocant, & ipſe Valerius Capuam, Campanam vrbem, lib. 7. c. 6.

4 *E veſtigio Calinam tranſgreſſus* ] In Atrebatenſi, Coloniẽſi, Cauchiano, & Cãpẽſi, *Cales trãſgreſſus.* Recte

5 *Sicut erant tradita, repoſuit* ] Melius, *retinuit*, vt Suſiano, Pulmanniano & aliis habetur.

6 *Sæpe etiam ſpe bene gerenda rei oblata* ] In Atrebatenſi, Campenſi, & Suſiano legitur, *Sæpe etiam ſpecie*, elegãti locutione; eſt enim πρόφασις, hoc eſt, ſimulatio, atq; apparẽtia quædam, ſpecies abſq; re. Cicero de
" amicitia; Quæ eſt enim iſta
" ſecuritas? ſpecie quidẽ blan-
" da, ſed reipſa à ſe multis lo-
" cis repudianda. Auctor de
" Viris illuſtrib. cap. 64. Na-
" ſica vt inuidiæ ſubtrahere-
" tur, per ſpeciem legatio-
" nis in Aſiam ablegatus eſt.

7 *Succurriſſe viſus eſt* ] In Pulmanniano, Atrebatẽſi, aliiſq;, *ſuccurrit*, Melius.

8 *Tantummodo manibus tribunorum pro Roſtris Piſo collocatus* ] In Campenſi aliiſq;, *Tantum non.* Optime, ponitur enim pro, ferme vel quaſi: & Valerio familiare eſt aduerbium, Græcis μονονουχί.

9 *Quo quidem tam abſciſſo reſponſo* ] In manuſcriptis omnibus *abſciſo*, ſicut ante.

10 *Nullis obuiam ire audẽtibus* ] Veteres libri, *Nullo obuiam ire audente.*

11 *Cum clamor imperitæ multitudinis obſtreperet* ] Malim, vt in manuſcriptis, *Clamore imperitæ multitudinis obſtrepens totum forũ*, &c. vel vt in Gemblacenſi, *Clamor imperitæ multitudinis obſtrepebat.*



12 *Vt aut Cæſaris miles deſinam, aut tuus eſſe incipiam* ] In Suſiano & aliis, *Vt Cæſaris miles eſſe deſinam, & tuus eſſe incipiam.*

13 *Dum aliud forte cerſtoris curæ* ] legendum, *cuſtoris curæ*, ex v.c. conſenſu.

14 *Quod quia incredibile exiſtimabatur* ] In manuſcriptis, *Quod quia & incredibile videbatur.* Et ſtatim poſtea, *Et dictabatur ab inimico*, pro, *iactabatur.*

15 *Adeo perſeuerans conſtantiæ ſuæ propugnator extitit* ] Multo melius in Campenſi atque aliis, *ſententiæ ſuæ.*

16 *Quia quod alius male conſuluerat, bene geſſerat: felicius illud exiſtimans, hoc ſapientius. Plerunque enim temeritatem caſus iuuat* ] Omnia admodũ variantur in exemplaribus noſtris. è quib. hic præfero Cãpenſe: cũ ſic habeat; *Quia quod alius male conſuluerat, bene ceſſerat, felicius hoc exiſtimans, illud etiam ſapientius. Blandũ animũ ſane temeritati caſus facit.* Huic lectioni magna quoq; ex parte aſtipulatur Coloniẽſis, Winchelianus & Atrebatenſis, in quibus hæc; *Etiam ſane blandum animum temeritati caſus iacit.* Atqui videtur quis cæcutiẽs hæc verba, *blã*

*dum animum*, obſcura forſan lectu, mutaſſe in, *plerumque enim*, deinde reliqua his accommodaſſe. Mox ſequitur

17 *Vbi prauo conſilio propius aſpirat* ] In Campenſi, Pulmanniano aliiſq. *propitius*. Recte meo iudicio. Et rurſus in Campenſi, *Inſperatius prodeſt*, non *deſperatius*, vt vulgo.

18 *Aliquando præſtantius perſeuerantia exemplum*] In manuſcriptis, *Aliquanto præfractius*. Et paulo poſt, *errore inſtincta*, non *inſtructa*, vt in vulgatis.

19 *Proximum & ſi non eiuſdem ſplendoris eſt, tamen conſtantia certum haberi poteſt experimentum, efficacis opera forenſis, fidei non latentis* ] Mire & hanc periodum variant exemplaria, ex his Suſianus liber plane diuerſus eſt, & vix quicquam prodit ſani. In Wincheliano ſic legimus; *Adeoque certum conſtantia experimentum, tamen efficacis opera forenſis, &c.* In Attrebatenſi item male: *Adeoque certum conſtantia haberi poteſt experimentum, efficacis opera, &c.* In Campenſi deinde ſic, *Adeoque certum conſtantia haberi poteſt experimentum cum efficacis opera, tum fidei non latentis*. Ex his itaque meliorem hanc lectionem elicimus adiungendo vulgatis particulas à librariis omiſſas; *Tamen adeo certum conſtātia haberi poteſt experimentum: cum efficacis opera forenſis, tum fidei non latentis.*

20 *Victoriam neſcio laude, an tormento maiore partam* ] In Suſiano, Wincheliano, & Pulmanniano; *tormento maiore conſecutus*. Recte. Et poſtea in fine exempli; *ſeipſum vicit Ephialtes*] Nomen *Ephialtes* omittitur, quod è gloſſis aſſutum.

21 *Subito deinde ex nimio hauſtu, rigore obſtupefactis neruis* ] Legēdum ex v.c. *ex nimio hauſtu rigoris*. Non enim bibit aquam Alexander, ſed immerſus rigorem hauſit corpore.

STE-



# STEPHANI PIGHII ANNOTATIONES

## In *VALERII MAXIMI* Librum IV.

### CAP. I.

1 *Qui populi maieſtatem venerando Publicola cognomen aſſecutus eſt* ] Manuſcripti omnes, *Publicola nomen*, legunt. Equidem animaduerto, Valerium aliosque veteres fere quodcunque proprium, ſeorſim poſitum, ſimpliciter nomen appellare; ſi alterum iungatur eidem conueniens, quod gentis vel familiæ nō eſt, cognomen; ſi tertium, quod ex his gentilitio præponitur, prænomen dicere. Ceterum *Publicola* ſcribitur in vulgatis, ac manuſcriptis vbique. antiquiſſima tamen marmora docent, *Poblicola* ſcribendum eſſe, quibus aſtipulatur ipſe Valerius, affirmans Valerium populi maieſtatē colendo hoc nomen aſſecutum eſſe. Sed vide Annales noſtros.

2 *Atque ideo à conſule in vincula publica duci iuſſus eſſet* ] Non à conſule, ſed à prætore Terentio dicit Liuius. Quare prætorem hic Valerius conſulem appellare videtur.

3 *Eundem ipſum duci*] In Wincheliano, *eodem ipſum duci* Recte.

4 *Solemni eius precationis carmine præiret.*] In manuſcriptis, *Solemne ei precationis carmē præiret* Multo melius. Sic Liuius præeuntibus execrabile carmen ſacerdotibus. Cicero pro Milone, Vt vobis voce prẹirent.

5 *Ne ego in tua perſona & accuſatoris, & teſtis, & cenſoris, & iudicis partes egiſſe videar* ] In quatuor manuſcriptis ita; *Ne ego in tuam perſonam & accuſatoris & teſtis & iudicis partes, &c. Et cenſoris*, ſuperfluum eſt, quod in vulgatis libris aſſutum ex gloſſemate aliquo videtur.

6 *Sed cum magna mihi & multa breuiter dicenda ſint, claritate excellentibus infinitis perſonis, rebuſque circumfuſus, vtrumque præ-*

*ſtare non poſſum* ] In Wincheliano & aliis apertius hæc & elegantius exprimuntur; *Sed cum & multa breuiter dicendæ ſint de claritate excellentib. viris, ſermo infinitis perſonis, rebuſq; circumfuſus vtrumq; præſtare non poteſt.*

7 *In qua, cum ei forte ludos Trallibus ſpectanti literæ redditæ eſſent* ] Sic etiam in manuſcriptis, exceptis Colonienſi, Cauchiano exemplaribus, in quibus *Ludos theatrales ſpectanti,* habetur. Et ſane nomen loci illius diuerſimode proditur. Liuius enim Rhodi exulaſſe Numidicum ſcribit, Auctor de Viris illuſtribus, Smyrnæ.

8 *Porcium nomen velut expers huiuſce gloriæ ſilentio prætereundum ſe negat, poſterior Cato non paruo, &c.* Truncum locũ eſſe ex veterum librorũ conſenſu colligere eſt. Plura enim exemplaria ſic habent; *Silentio prætereundum ſe negat fieri debere.* Campẽſe autem, *Silentione prætereundum, &c.* Equidem puto particulam *ſe* iſthic ocioſam eſſe, atq; eius loco ſubſtituendam interrogationis notulam, eaque ratione Valerium integritati ſuæ reſtitui poſſe, ſi legamus; *Tot familiis in vno genere laudis enumeratis Porcium nomen velut expers huiuſce gloriæ ſilentione prætereundum? negat fieri debere poſterior Cato, non paruo ſummæ moderationis ſuæ indicio.*

9 *A Gabinianis militibus Ægypti occiſos cognouit* ] In Campẽſi, *à Gabinianis militib. occiſos eſſe cognouit.* vox *Ægypti,* ſane ſuperabundat.

10 *Inimici aſſerentis malignitas*] Libri manuſcripti habent, *Inimicitias ferentis malignitas.* Non reprobanda lectio, quamuis delatores inimici vere poſſunt appellari.

11 *Seque potius vehementer aduerſario vrgeri*] Colonienſis & Wincheliani collegii liber, *vehementi.* Rectius.

12 *Tyrannidem à ciuibus Mitylenæ delatam* ] *Mitylenæ* vox in nullo veteri libro reperitur. Atque hæc eiuſq; generis plurima ſe ex interlinearibus exemplarium gloſſulis operi inſinuarunt in contextum Valerianæ orationis negligenter à librariis admiſſa.

13 *Hoc fortunam ductus emiſſe dicente*] Manuſcripti libri tres; *Hoc ſe fortunam tractus emiſſe dicente.* Recte, ait enim verriculum traxiſſe piſcatores.

His



14 *His verbis Græcis* ] Vox *Græcis,* gloſſema eſt, quæ quidem in manuſcriptis nõ reperitur, ἔκγονε μιλήτου, &c. neq; item oraculi verſus ille prior. Vnde colligo Valerium ſolũmodo poſteriorem, quo Apollinis reſponſum continetur, poſuiſſe, prioremque addidiſſe poſtea librarios ex Diogene Laertio, qui ambos verſus recitat.

15 *Tum illi conſenſu Thaleti menſam* ] In Campenſi & Cauchiano; *Tum Mileſii conſenſu Thaleti menſam.*

CAP. II.

1 *Tranſgrediamur ad egregium humani animi affectũ, quẽ ab odio ad gratiã deflexum*] Duæ voces, *affectum quẽ,* à ſciolis ſunt infarcitæ perperam, quę in manuſcriptis nõ habentur, plurimũque obſcuritatis extermi natæ ſecum abducunt, ſententiamque Valerii noſtri non ſolum elegantem, ſed etiam ex nubila claram ac ſerenam linquunt, ſi legamus: *Tranſgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum, & quidẽ eum læto ſtylo proſequamur. Nam ſi placidum mare ex aſpero, &c. ſi bellum pace mutatum &c.*

2 *Atq; in animum induxit, & iudicem, & prætorem, & teſtẽ Veſtæ ædem intuens amicum Lentulo agere Intra quam ille ſalutem eius*] Locus eſt corruptiſſimus, cuius quidẽ vera lectio remanet in veteribus libris, qui pari ſuffragio voce *teſtẽ* reiecta, hæc ita produnt; *Atq; in animũ induxit, & iudices, & prætorẽ, & Veſtæ ædem intuens, amicum Lentulo agere; inter quæ ille ſalutem eius,* &c. In Pulmãniano & Suſiano habetur, *& iudicem & prætorem & teſtem eadem intuens,* ſed perperam. Quæ quidem lectio videtur vulgatos item libros deprauaſſe.

3 *Factum propter nimiam & eximiam humanitatem*] Duo verba, *nimiam &,* veteres codices non admittunt, & quidem ocioſa ſunt.

CAP. III.

1 *Ibi iniuria dominatur, infamia flagrat, igitur contrarios his tam diris* ] Deſiderantur quędam verba; nã plenius hæc ita habentur in Campenſi, Colonienſi, & Cauchiano; *Ibi iniuria dominatur, infamia flagrat. Quibus longius relictis, contrarios tam diris vitiis mores commemoremus.* Cuius lectionis extant item veſtigia in Attrebatenſi libro:

2 *Totius Græciæ vrbes*] Veteres libri, *Tot Græciæ*, At in Campenſi, *Tot egregiæ vrbes*. Quod non diſplicet, ſubiicit enim poteſtati Catonis non ſolum Græciam: ſed & maritimam partem Aſiæ ciuitatibus opulentiſſimis inclytam.

3 *Druſum etiam Germanicum eximiam Claudiæ familiæ gloriam, fratrem Tiberii patriæque rarum ornamentum*] Gloſſema eſt, *fratrem Tiberii*, quod ex ſeptē manuſcriptis omnino excluditur.

4 *Idemq; fortitudinis perſpectiſſimum ſpecimen*] In Io. Cauchii libro, *perfectiſſimum ſpecimen*. Melius.

5 *Ac ligneo catino cœnantem*] Campenſis liber aliique tres, *Atque ligneo catillo cœnantem*. Eleganter; rē enim attenuat ipſa dictio diminuta. Aquam bibere catillo, Plinius dixit lib. 30. cap. 6.

6 *Decem æris, & quinque pondo argenti, totidem ſeruos ſibi miſſos*] Gellius libro primo c. 14. huius hiſtoriæ meminit ex Iulio Hygino, ſed non expreſſa ſumma, grandem pecuniā domo ablatam ſcribit. verum quam tenuis hæc ſumma Valeriana! quæ proculdubio, numerorum notis interuerſis, eſt deprauata; attamē ex manuſcriptis quod adferam melius nō habeo; Gemblacenſis liber 15. pōdo argenti prodit.

7 *Qua vti conſul non erubuit*] In Wincheliano, Colonienſi, & Gemblacēſi recte, *Qua tunc conſul vti non erubuit*. Et remanent eius quoque veſtigia in aliis libris.

8 *Q. Fabius Gurges, C. Numerius Fabius Pictor, Q. Vgolnius ſe ſubſcripſerunt*] Mirifice corruperunt hæc legatorum nomina librarii, quæ item variantur in manuſcriptis. In Iacobi Suſii libro poſteriores duo vocantur *Q. Numerius Pictor, Q. Ogolnius*. In Pulmanni item eodem modo. In Cauchiano, Colonienſi & Wincheliano, *Cn Fabius Pictor, Q. Vgolnius*, In Campenſi, *C. Numerius Pictor, Q. Vgolinus*. In Atrebatenſi denique & Gemblacenſi, *Numerius Pictor, Q. Ogolnius ſubſcripſerunt*. Ex his omnibus reſtitui poſſunt hoc modo nomina; *Q. Fabius Gurges, C. N. Fabii Pictores, Q. Vgolnius ſubſcripſerunt*. Atque ita etiam antiquis Romanorum faſtorum tabulis reſpondebūt, C enim Fabius Pictor cum Q. Ogolnio conſul fuit, Nume-

rius



rius poſtea cum D. Iunio. Meminit huius abſtinentiæ Annalium ſecundo Zonaras, ſed legatos non nominat. Vide Annales noſtros.

9 *Sed abunde erit ex his duo exempla longe inter ſe diſtantium ſæculorū retuliſſe*] Hæc alio ordine in manuſcriptis, *Sed abunde erit, longe inter ſe diſtantiam ſæculorū duo ex his exempla retuliſſe*. Vtraq; bona lectio, ſed hæc vincit librorum veterum conſenſu.

10 *Haud ſcio maiore cum gloria huius vrbis armis, quam moribus repulſus ſit*] In Campenſi aliiſque, *Huius vrbis moribus quam armis*. Eam lectionem non video quiſnam improbare poterit.

11 *Vulgi manibus diripiendos abieciſſent*] Libri veteres, *obieciſſent*. Melius.

12 *Qui ciuili luctu prædam peteret*] In Pulmanniano, & Campēſi, *Qui è ciuili iactura*. Eleganter alluſione facta ad illam tempeſtatem reip. quam procellā vocat.

13 *In peruigilio Phryne nobile Athenarum ſcortum iuxta eum vino grauem accubuit*] In manuſcriptis cōcinnius ac melius ſic; *Phryne nobile Athenis ſcortum iuxta eum vino grauem in peruigilio accubuit*.

14 *Quoad voluerat in ſinu ſuo moratam*] In Wincheliano *morari*.

15 *Conſtantiſſimam eius continentiam*] In manuſcriptis, *abſtinentiam*. Recte, nam paulo ante idem vocabulum occurrit.

16 *Si Dionyſio adulari velles*] In manuſcriptis ſimul omnib. *Si Dionyſium adulare velles*. Et poſtea, *Non adulares Dionyſium*. Antique dictum. Sic Lucretius lib. 5. de canibus.

Longe alio pacto gannitu vocis adulant. Item Accius Prometheo:

Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem.

Atque Columella libro 7. cap. 12. de canibus: Quod illi quoque furem adulant, vt in v. c. patroni optimi Marcelli Ceruini Pont. Max.

## CAP. IV.

1 *Ornamenta ſua pulcherrima ſæculi illius ei oſtenderet*] In Wincheliano & Pulmanniano, *Ornamenta ſua ſæculo illo pulcherrima oſtenderet*.

2 *Ita extincti, hodie quod ampliſſimum eſt*] In manuſcriptis, *Ita & extincti, hodieque ampliſſimum eſt patrimonium*. Pulchre.

3 *Et ſaliuam habuit, Sed eo lautius Fabricius*] Vete-

res libri, *ſalinū lautior*, habēt. Quę p̄ferēda eſt lectio.

4 *Imperatores accerſebāt*] *Aſſerebant*, in manuſcriptis omnibus. Et in ſequēti exemplo, *Semen aſpergentem viderunt*. Corrigendum, vt eſt in Gemblacenſi, *Semina ſpargentem viderunt*.

5 *Anxia diuitiarum comparatio*] In Campenſi, Wincheliano, aliiſque, *Nimis anxia*. Recte.

6 *Et agrum alii villico colendum locari*] Manuſcripti libri aliquot habēt, *Et agrū ædili ilico colendum locari*. At in Campenſi, Gemblacenſi,& Atrebatēſi optime; *Et agrum Atilii ilico colendum locari*.

7 *Inq; maximo circo Flaminio ſpectaculi locus*] Lege ex veterum librorum conſenſu *Inq; maximo & Flaminio*. De vtroque enim circo, qui duo tunc Romæ erant, loquitur.

8 *Filiam ei nuptui dedit, cuius pecunia tam ieiunos penates videbat*] Veteres libri multo hæc elegantius; *Filiam ei nuptum dedit, cuius penates tam ieiunos pecunia videbat*. Sic Plautus Caſina. Vt detur nuptū noſtro villico.

9 *Ac puellam nuptui dedit*] *Nuptum*, in manuſcriptis, ſicut & antea.

10 *Vt Tatia Cæſonis filia*] *Accia*, in ſcriptis codicibus.

11 *Quia cum quingentis milibus æris*] Magis placet numerus qui eſt in Wincheliano. *Quia cum quinquaginta milibus*. Alter enim nimis amplus eſſet pro eius ſæculi paupertate. Nam modum dotis maximæ milia decem tunc fuiſſe dicit.

12 *In hac enim ille pecunia futurus ſenatus princeps*] In Atrebatenſi & Suſiano, *Hac ille pecunia*. Malim tamen, vt in Campenſi, *In hac penuria ille futurus ſenatus princeps nutritus eſt ſpiritus*.

13 *Nullum autem vel admodum ponderis argentum*] Veteres libri, *Nullum, aut admodum parui ponderis argentum*. Melius.

14 *Indigentia domeſtica, impenſa funera*] In Wincheliano & Suſiano; *Indigentia domeſticæ impenſæ funera*, male. In Campēſi, *Indigentia domi impenſa funera*. Vnde colligo legi poſſe rectius: *Indigentia domi, publice impenſa funera*. Nam videntur duas voces *domi, publi e*, in vnam *domeſtica* contraxiſſe librarii

15 *Quid ergo mendicā fortunā*] In manuſcriptis, *mediā fortunam*. Rectiſſime.



## CAP. V.

1 *Effecitq; vt acres deorum iræ modeſtia ipſius moribus imputarentur*] In Suſiano, Campenſi,& Atrebatēſi, *vt acies*, habetur. Rectius in Cauchiano, *vt clades*.

2 *Nec non etſi maximo verecundiæ precio Scipio tunc honorem adeptus eſt*] Duplex exemplariū lectio eſt, neutra quidē contemnēda. namque in Suſiano & Pulmanniano ſic, *Tunc etiamſi maximo verecundiæ precio Scipio tunc honorem adeptus eſt*. In aliis autem ita, *Nec minimum eſt verecūdiæ precium; Scipio tunc honorem adeptus eſt*. Et hæc quidem lectio mihi Valeriano ſtylo vicinior videtur. At poſteriores librarii ex duabus vnam vulgatam fabricarunt, *nec minimum*, mutantes in *nec non*, & reliqua ex altera priori lectione accommodantes.

3 *Non dignus qui vinceretur, niſi à Cæſare*] Pulchra alluſio eſt ad illud Virgilianum: At Magni Æneę dextra cadis. Nam & Iulius ab Ænea trahebat originem.

4 *Quo diuinus ſpiritus mortali ſecernebatur à corpore*] Libri veteres omnes, *diſcernebatur*, habēt. Et recte: nam proprie diſcernere ſignificat ſeparare & diuidere. Vnde diſcerniculū, acus qua capilli mulierum ante frontem diſcernuntur, Varrone ac Nonio Marcello auctoribus.

5 *Vt inferior pars corporis tecta collaberetur*] In Cauchiano; *Vt inferiori parte*, Melius.

## CAP. VI.

1 *Præcipuū vxoriæ fidei ſpecimen tantum non noſtris oſtentet oculis*] *Tantum non*, omittitur in manuſcriptis, & ſuperuacuum haud dubio eſt.

2 *Quos Spartana ciuitas reſpectu Tyndaridarum*] In Wincheliano plenius; *Quos Spartana ciuitas recepit reſpectu Tyndaridarum, &c.* Itaq; parentheſi in ſequentibus non eſt opus.

3 *Coniuges eorum illuſtris ſanguinis*] In manuſcriptis ſic, *Illuſtris ibi ſanguinis velut allocutura perituros maritos*.

## CAP. VII.

1 *Itaque celerius ſine reprehenſione propinquū auerſere, quam amicum: quia altera diremptio vtique iniquitatis, altera leuitatis crimini ſubiecta eſt*] In manuſcriptis hæc elegātius ita legūtur, *Itaq; celerius eſt ſine reprehēſione propinquū auertere quā amicū, quia altera*

*diremptio iniquitatis, altera vtique leuitatis crimini ſubiecta eſt.* Ait enim propinquum auertere, iniquitatis; amicum, leuitatis etiã eſſe. *Vtique* hoc loco non ſolum cõplet, ſed auget quoque. Quemadmodum & Tullius vtitur ea dictione: Nam
,, & Piliæ ſatisfaciendum eſt,
,, & vtique Atticæ, lib. 12. Epiſt. ad Atticum.

2 *Quis etiam non ſapientem*] In manuſcriptis, *Quis non etiam*. Recte.

3 *Quouſq; Volumnii conſtantem*] In Cauchiano, *T. Volumnii*. Quod prænomẽ in aliis exemplaribus intercidit.

4 *Quoque illum mirabiliorem redderet*] Lege, *miſerabiliorem*, ſic enim omnia habent exemplaria, & ſententia erit illuſtrior.

5 *Loquatur nunc Græcia nefandis Pirithoi amoribus ſubſcribentem*] In Cauchiano, Campenſi, & aliis; *Loquatur Græcia Theſeum nefandis Pirithoi amorib. ſubſcribentem*. Meliore ordine, vt & reliqua quę ſequuntur.

6 *Pari enim inclytæ amicitiæ auſui par gloriæ portio aſſerenda eſt*] Præfero Atrebatenſis ac Suſiani libri lectionem, quæ Valeriani ſtyli antiquitatẽ ſapit; *Pari etenim & inclytæ amicitiæ auſo par gloriæ portio auferenda eſt*. Et in Suſiano Cãpenſique extant eius lectionis reliquiæ.

7 *Ita alterius fato verecundia, alterius pietas cauſam præbuit*] In Wincheliano, *alterius fato magnanimitas*. Multo melius. Voluit enim mori Cælius, ne in hoſtium veniret poteſtatẽ: magnanimitas igitur, quæ victori victũ ſubſterni non paſſa eſt, mortis cauſam præbuit.

8 *Orere igitur ab illa*] In Pulmanniano & Suſiano, *Prodite igitur*.

9 *Alterum virorum, alterum deorum maximum amicum*] in iiſdem libris; *Alter virorum, alter deorum*. Recte.

10 *Idemque caput ſuum ſubiecerat*] Campẽſe exemplar, *Et eidem*, habet: alia, *Eidemq;* Melius.

11 *Vltima culturũ beneuolentia*] In Wincheliano, *vt vna* In Atrebatenſi, *vtuma*, perperam. Legendũ puto, *intima culturũ beneuolẽtia*.

12 *Quod priuatim quoq; merito veneror*] Hæc quidẽ ſuperiori exemplo ſunt cõnectenda, velut etiam demonſtrant exemplaria manuſcripta. Non enim ſe cũ Pompeio ſuo velut exemplũ amicitiæ adducit, quod quidem



quidem facere ſine arrogãtiæ nota non poſſet; Verum amicitiæ Alexandri Magni atq; Epheſtionis occaſione ſimilem clariſſimi viri Sex. Pompeii erga ſe beneuolentiam ac humanitatem gratitudinis cauſa teſtatur.

13 *Gratiam meam quantacunque cum iis fuit qui ea vti voluerant partitus*] Manuſcripti libri hæc meliore ordine luculentius exprimunt hoc modo, *Gratiam meam, quantacumque fuit, cum his qui ea vti voluerant partitus*.

14 *Ne vt alienis malis*] Particula, *vt*, ſuperflua eſt, quæ in v. libris omittitur.

CAP. VIII.

1 *Ad propriam rem prouectum*] Lege, *ad proprium dolorem*, vt eſt in Campenſi. In aliis perperam habetur *decorem*, in aliis, *ardorem*.

2 *Dono autem ipſi gratiam & magnitudo ſua*] Supereſt copula, quæ neque habetur in Pulmanniano vel Suſiano.

3 *Si animo prærogantis*] *Erogantis*, Optime, vt in Campenſi & Cauchiano.

4 *Cum ad inſigne ſpectaculum*] *Ad Iſthmicum*, in Atrebatenſi aliiſque. Sic etiam Plutarchus in Flaminino. Liuius tamen, Nemea dicit fuiſſe.

5 *Quintus Flaminius*] Legendum ex v.c. *T. Quintius Flamininus*.

6 *Non ſolum quod ipſe benigne tribuit, ſed etiam quod alio tribuente ſenſit, commemorari*] Dictione vna omiſſa deprauatus eſt locus, quæ inter lineas in Campenſi eſt annotata. Vnde hoc modo reſtituendum eſſe opinor, *Non ſolum quæ ipſe benigne tribuit, ſed etiam quæ alius ipſo tribuente ſenſit, commemorari*. Excuſat n. Valeriꝰ, quod nimis forſan verboſe gaudium ac geſtus Græcorum in excipiendo datæ libertatis nũcio deſcripſerit.

7 *Vt enim illic commemoratæ, ita hic redditæ laudis cõmendatio eſt*] Placet Wincheliani & Colonienſis codicum lectio, *vt enim illic collatæ*, & reliquam Campenſis libri adiungo, *ita hic repetitæ laudis commendatio*. Ex quibus primũ verbis hauries veram Valerii ſententiam, quæ quidem pertinet ad antedictam excuſationem. Ait enim Græcos in conferenda Romanis ob libertatem datam laude, ſe quidem in eadem ſcriptis repetenda commẽdari debere. Lapſus profecto ſupine librarius priorem ſententiam corrupte ſcriptam nõ intelligens; & ſic error er-

rorem traxit, qui ex inepta repetitione verbi *commemorari* poteſt colligi.

8 *Trecenta millia modiorum tritici, ducenta hordei, aurique ducenta & quadraginta pondo*] In Atrebatenſi, Gemblacenſi, Pulmanniano, & Colonienſi ſic; *Trecenta milia modium tritici, & ducenta milia hordei.* Plene ac correcte: Auri autem pondo fuiſſe Liuius dicit CCCXX. modo non fallant numerales notæ.

9 *Libentique animo annonæ ſubſidia tribuebantur*] Veram lectionem præfero, quæ eſt in manuſcriptis omnibus; *Labentiq; annonæ ſubſidia oriebantur.*

10 *Dotes virginibus, paupertate preſſis ſubſidia, detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur*] Tolle vocem, *ſubſidia*, quæ haud dubie ocioſa ſupereſt, atque ita lege ex v. c. *Dotes virginibus paupertate preſſis, detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur.* Solatium pro ſubſidio poſuit etiam L. Florus, auctor non contemnendus, cuius verba, quia in vulgatis libris non habentur, adiungam. Sunt autem libro 2. cap. 7. Vbi de Rhodiis, Adetant, inquit, Rhodii nauticus populus. Nam Rhodos opinatiſſima inſula, & totius Aſiæ inſularum metropolis cum pene omnibus Cycladibus arma pertimeſcēs Romano iamdudum ſe fœderatam populo illi cōiunxerat, & nauali bello ſolatia condonabat. Pulchre opinatiſſimam vocat Rhodon: quod victorias Romanorum opinari ac quaſi præuidere potuerat, quia Soli ſacra inſula eſt, prouidentiæ ac diuinationū præſidi.

11 *Agrigentina ciuitas*] In Atrebatenſi codice; *Agragantina* habetur; Antique & Græco more. Reperimus enim argenteos nummos cum titulo huius ciuitatis ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ. Et Plinius Agragantinum bitumen dixit li. 3. ca. 8. Item Virgilius Æneidos 3.

*Arduus inde Agragas oſtendit maxima longe.*

STE-



# STEPHANI PIGHII
## ANNOTATIONES
IN
## VALERII MAXIMI
LIBRVM V.

CAP. I.

1 *Tantum hoſtium exercitum dimiſſum*] Deeſt vna dictio, quæ quidem eſt in Colonienſi, & Campenſi, ſic; *Verum tantum hoſtium &c.* Sunt eius veſtigia in Atrebatenſi; in quo perperam, *Expletiſſimos rerum*, pro, *explentes. Verum.*

2 *Quibus ipſe bene ac tuto cum ſuis in Africam traiiceretur*] In veterib. libris; *Quibus ſe bene ac tuto cum ſuis in Africam traiiceret.* Sic D. Brutus ad Ciceronē Familiar. 11. lib. Si ſe Alpes Antonius traiecerit.

3 *Pro quo fortiſſime pugnans*] In manuſcriptis *dimicans.*

4 *Quid de Q. Criſpino loquar, cuius humanitatem*] Legendum vt in veteribus libris, *Quid de Quintio Criſpino loquar, cuius manſuetudinem. &c.*

5 *In quo ſceleſta exerceas arma*] Melius *ſceleſte*, ſicut in Campenſi, Winchelianno, Coloniēſi, & Atrebatēſi.

6 *Huic facto par eiuſdem viri humanitas.*] Hoc quidem loco duorum Scipionum acta perperam vni Æmiliano adſcribuntur. nam exemplum hoc poſterius Liuio teſte non ad Aemilianum, ſed auum eius ſuperiorem Africanum, qui eo humanitatis edito exemplo Maſſaniſſam, tum adhuc hoſtem, Romanis primum conciliauit. Atqui hunc tam pudendum errorem, non imperitiæ vel negligentiæ auctoris adſcribo, qui immerito ſæpe vapulat à doctis, ſed eorum temeritati atque ignorantiæ, quibus hoc tam concinnum opus deſtruere, atque in epitomen contrahere viſum fuit, ſicut & antea conqueſtus ſum. Conſtat autem confuſa hæc exempla eſſe vel hoc indicio, quod in Campenſi legatur, *Huic facto par eiuſdem aui humanitas.* Veriſſime. nam de ſuperiore Africano hic loquitur Valerius.

ſed qui hoc exemplum priori connectere voluerunt, *eiuſdem viri* ſcripſerunt, atque finem exempli inſuper accommodantes pro ſua libidine mutarunt, cum legi debeat hoc modo; *Eos igitur victoriæ maximos fructus rati Romani, diis templorum ornamenta, regibus ſanguinem ſuum reſtituere*, quemadmodum in Campenſi legitur.

7 *Sermoneque grato ad ſpem exhortatus eſt*] Recte in manuſcriptis, *Et Græco ſermone ad ſpem exhortatus eſt.* Aſtipulatur Liuius lib. 45. idem referens: Hæc (inquit) Græco ſermone Perſeo, Latine deinde ſuis. Nec ocioſe hoc annotatum ab hiſtoricis velut in humanitatis ac benignitatis indicium, cum alioquin ex maieſtate Romani populi atq; auctoritate magiſtratuum ſoleat eſſe Græcos, exteroſque niſi Latine alloqui, vt ipſe Valerius libro ſecundo, cap. 11. auctor eſt.

8 *Lateri ſuo proximum in conſilio ſedere fecit*] In manuſcriptis, *ſedere iuſſit*. Melius.

9 *In ſummo terrarum orbe*] Lege ex manuſcriptorũ librorum conſenſu; *In ſuo modo terrarum orbe*. Quod approbo, nõ enim ſine ſale hoc dictum exiſtimo, nam paulo ante imperii Romani ſummam Pompeius cõſenſu ſenatus rexerat, atque etiam tribus ſuis triumphis de toto terrarum orbe triumphaſſe vulgo ferebatur. De quo vide noſtros Annales in eius triumpho Aſiatico.

10 *Corpus frigore duplicatum*] Corrige, *Complicatum*, vt habent veteres pleriq; codices.

11 *Quis autem illam oſculari non curaret*] Veteres libri, *non curreret*, quod habet maiorem emphaſim.

12 *Eam ex tyranni ore de humanitate manaſſe*] Recte in Cauchiano, Gemblacenſi, & Pulmanniano; *Eam ex tyranni ore manaſſe.* Reliquum eſt gloſſema ſuperfluum, atque omnino reiiciendum.

13 *Audierat apud quoſdam in conuiuio Tarentinorum parum honoratum de ſe ſermonem habitum*] In manuſcriptis ita; *Audierat quoſdam Tarentinorum in conuiuio parum honoratum de ſe ſermonem habuiſſe.* Non contemnenda lectio.

14 *Ipſe cum ornatu equitum extra portã occurrit*] In Wincheliano, & aliis; *cum ornato equitatu*. Recte.

15 *Orboſque & truces hoſtium mollit oculos*] In Cauchiano, *Toruoſque*. Melius.



## CAP. II.

1 *Gratas vero animi ſignificationes, & ingrata facta libuit oculis ſubiicere, vt vitio ac virtuti iuſta merces*] Hæc meliore ordine in Campenſi, ac aliis, *Gratas vero ingrataſque animi ſignificationes & facta libuit oculis ſubiicere, vt virtuti ac vitio, &c.* Ac tali ordine rem proſequitur.

2 *Qui laudem, quam qui reprehenſionem merẽtur*] In manuſcriptis, *Quæ laudem, quam quæ reprehenſionem, &c.*

3 *Quæ Quintio & Minutio conſulibus*] Perperam: non.n. collegium hoc conſulum eo ſæculo reperitur. At in Campenſi recte; *Nautio & Minutio*. Et in aliis exemplaribus eiuſdem nominis remanent reliquiæ. Nã in Attrebatenſi & Colonienſi, *Nuncio*, in Wincheliano, *Nattio*, & in aliis *Genutio* legitur, pro *C. Naucio* Sed diſcrepat in hiſtoria Valerius à Liuio & Dionyſio, alios forte ſequutus annales; hi enim triẽnio poſtea Tuſculanis datum auxilium tradunt, verum his coſs. iuuentutem vltro arma cepiſſe contra Sabinos ſcribit Liuius. Quod etiam in Annalib. magiſtratuum ſuo loco annotaui.

4 *Quinque conſulatibus ſalubriter reſp. adminiſtratis*] Veteres libri legunt, *Salutariter*. Vocabulum Ciceroniano ſæculo non inſuetum.

5 *Fabio autem etiam incolumi*] Legendum, *Fabio alteri etiam incolumi*. alioquin enim Rulliano, cuius ante meminit, hæc adſcribi videbuntur.

6 *Geminum ea re decus imperatoris*] Correcti⁹ hæc in Wincheliano, & Colonienſi, *Geminatum ea die decus imperatoris*. Aſtipulantur & alia exemplaria quamuis deprauate ſcripta.

7 *Quam aliis victoriis cognomen aſſecutus*] Non puto Q. Metellum victoriis aliquod cognomen aſſecutum fuiſſe, vt hic Valerius videtur dicere, ſed Numidici patris per iniuriam pulſi reditum; continuis lachrymis & precibus efflagitando Pii cognomen meruit, velut etiam auctor de Viris illuſtrib. cap. 63. ſcribit. Legendum igitur, vt in Campenſi, aliiſque manuſcriptis habetur, *Tam clarum lachrymis, quam alii victoriis cognomen aſſecutus.*

8 *Q. Callidio prætore can-*

*didato*] *Q. Calidio præturæ candidato*, recte in Campenſi.

9 *Qua pater in ciuitatem reſtitueretur*] In manuſcriptis, *pater eius*.

10 *Dictator enim priuato Pompeio*] Lege vt in Cauchiano & Wincheliano, *Dictator enim Pompeio etiam priuato*.

11 *In ſummo ſplendore etiam ſordibus gratis locus*] In Campenſi & Colonienſi, *ſordidis*. Recte.

12 *Beneficio enim Scipionis & perſuaſu regni modo liberius auctus*] Locus eſt mutilus, vt exemplar Cauchianū demonſtrat, in quo ſic: *Beneficio.n. Scipionis, & Romanorum amicitia, & Perſei regnis liberaliter auctus*. In aliis vero exemplarib. habetur, *Pernaſi regni modo liberius*. Mendoſe vtrobiq;.nō.n. Perſei, ſed Syphacis regno auctus Maſſaniſa fuit. Quare legendum arbitror, *& perampli regni modo liberaliter auctus*.

CAP. III.

1 *Incrementum latiſſimum*] *Lætiſſimum* in manuſcriptis. Eleganter ſane. Sic lætas ſegetes etiam ruſtici dicunt, vt Cicero de Oratore.

2 *A Lucio enim Apuleio*] Cauchii liber recte, *Siquidem à L. Appuleio*.

3 *Carthaginis dominam*] Immo *Africæ*, vt in Pulmāniano & Suſiano.

4 *Ciuitatis ignobilis eum ac deſertæ paludis accolam fecerunt*] In Campenſi, Cauchiano, Colonienſi, & Atrebatenſi, *Ciues ignobilis eum*. In Wincheliano, *vici ignobilis eum*. Vtrinque mutile. Legendum itaque, *Ciues vici ignobilis eum ac deſertæ paludis accolam fecerunt*. Non enim ciuitas Liternum, ſed Campaniæ vicus obſcurus alioquin.

5 *Faucibus oppreſſam rempublicam*] Opinor legendū eſſe, *faucibus apprehenſam*. In Campenſi legitur *apprēſam*. quam vocem ſcioli imperite mutarunt in *oppreſſam*.

6 *Hala vero cum magiſtrum equitum Sp. Mælium*] Lego ſic; *Ahala vero, cum magiſter equitum*. Ipſe .n. magiſter equitum non Sp. Mælius erat. In Colonienſi vocatur *Habala*.

7 *Quo enim nimbo, qua procella verborum*] Nimbū verborū neſcio an quis dixerit. Malo itaque legere vt eſt in Atrebatenſi, *Quo.n. iambo, qua procella verborum*. Nam *ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν* dicitur, id eſt, à proſcindendo. Archilochum proprio rabies armauit iambo. Horat.



8 *Quod L. Cæſarem*] *C. Cæſarem*, Manuſcripti codices appellant. Recte. fuit enim C. Cæſar orator à cliente ſuo proditus, & in villa occiſus, cum ædilis curulis tātum fuiſſet, frater L. Cæſar conſularis & cenſorius ad buſtum Varii occiſus eſt, vt idem noſter libro 9. cap. 2. aſſerit, vtriuſque capita C. Marius victor in roſtris exponi iuſſit, vt Cicero de oratore tertio, & Appianus ciuil. primo.

9 *Vt puto hactenus ſæuire aduerſus optime meritū abunde duxerunt*] Falſa atq; imperfecta eſt ſentētia, ſed aliquanto melior in Suſiano & Pulmanniano; *Sed, vt puto, hactenus ſæuire aduerſus optime meritum, ſatis abunde duxerunt*. Conſtabit omnino ſi per negationem finiatur, altero aduerbio, ꝙ ſuperfluū eſt, abiecto, ſic; *Sed vt puto, hactenus ſæuire aduerſus optime meritum abunde non duxerunt*.

10 *Quæ ad pariendum honorem potentiſſimæ iudicantur, clementia & liberalitate inſtructiſſimus*] In Campēſi & Atrebatenſi, *ad pariendū hominem*. In Pulmāniano, & Suſiano, *ad pariendum hominum genus*, mendoſe. Sed in Wincheliano legitur, *ad patiendum hominem*. Hinc puto reſtitui poſſe; *ad pacandum hominem*. Deinde, pro *clementia & liberalitate*, Campenſis liber habet *eloquentia & integritate*. quas virtutes in Phocione laudant mirifice Plutarch. & Probus, aliiq; auctores. Liberalis, me hercle, non potuit eſſe, cum pauperrimus ſemper fuerit.

11 *Sine quo vix vita hominum extat*] In Campenſi, Suſiano & aliis, *vita hominum conſtat*. Melius.

12 *Diſcordes foci tui paciſq; diuidua tuguria Græciæ facta ſunt columen. Lucet Marathon Perſicis trophæis*] Locus eſt valde incorrectus & obſcurus, cuius veram lectionem ex ſcriptis exemplaribus quodammodo elicim⁹. Nā in Cauchiano, *pauciſq;* ſcribitur, pro *paciſq;*. Deinde in eodē & Suſiano aliiſque, pro *Græciæ* habetur, *O Græcia*. Itaq; legendus eſt loc⁹ hoc modo, diſtinguenduſq; quemadmodum tres ſcripti codices demōſtrant, *Diſcordes foci tui paucis diuidua tuguria o Græcia facta ſunt. Columē lucet Marathon Perſicis trophæis, &c.*

13 *Vbi vixerūt? vbi iacent? reſponde*] In Atrebatenſi, & aliis ita; *Vbi vixerint, vbi ia-*

*cent reſponde.* Placet magis, ſine tot interrogatiũculis.

14 *Cum interim cineribus noſtris*] *Veſtris*, in Pulmanniano & aliis. Recte.

15 *Honore aræ decoratos cineres; ſacroſanctiores colis*] *Cineres* in nullo veterum librorum habetur. Atqui hæc emendatiſſime in Suſiano & Pulmanniano; *Honore aræ decorata, quaſi ſacroſancta colis.* Oedipi enim oſſa intelligit, ἡρῷον intra ſeptum Areopagi, & oſſa eo Thebis translata fuiſſe ſcribit & Pauſanias in Attica.

16 *Tacent mutæ vmbræ fati neceſſitate conſtrictæ. At immemores beneficiorum Athenæ reprehenſione, lingua ſermone licenti ſoluta, non vacent*] Locus hic etiã corruptus atque luxatus ſciolorum inſcitia, cuius duplex reperitur in libris veteribus lectio, quarum altera in Pulmanniano hæc: *Tacent mutæ illorũ vmbræ, fati neceſſitate conſtrictæ; at immemores beneficiorũ Athenæ reprehenſore, lingua ſermone licenti ſoluta non caret.* Altera Cauchiani libri eſt, quæ mihi quidem videtur elegantior: *Tacent mutæ illorum vmbræ fati neceſſitate conſtrictæ, at immemores beneficiorum Athenas omnis lingua ſermone licenti in reprehenſionem ſoluta non tacet.* Atque huius lectionis veſtigia quædã in aliis etiã exemplaribus remanſere.

CAP. IV.

1 *Ibi breuiſſime ſummum adeptus eſt imperiũ.* In manuſcript. *Ibi breui ſummum.*

2 *Quam vbi filius aſpexit (proprie vt amens matris complexum petiit. Illa ex precibus in iram verſa ait, Sine, vt priuſquam complexum accipiam, ſciam an ad hoſtem, an ad filium venerim: captiuane an mater in caſtris tuis ſim. In hoc me longa vita, & infelix ſenecta traxit, vt exulem, deinde te hoſtem viderem? Potuiſti populari hanc terram quæ te genuit, atque aluit? niſi te peperiſſem Roma non oppugnaretur. Multaque inſuper addidit, quib. & vxoris, ac paruulorum fletibus motus, matrem complexus) Expugnaſti inquit, &c.*] Hæc omnia duobus ſemicirculis incluſa nugator aliquis è Liuio quaſi ad verbum deſumpta Valerio intexuit, quæ in melioribus libris manuſcriptis non habentur, in aliis poſtea in margine adiuncta ſunt. Atqui prius mihi videbatur tam verboſa hęc altercatio Veturiæ matris ab exempli breuitate diſcedere, atq; ad demonſtrandam Coriolani pietatem non admodum requiri, verum vt veteribus libris penitus excludi, atq; nõ Valerii, ſed fere Liuii ipſiſſima eſſe verba animaduerti, hinc prorſus eliminanda putaui, tanquã q̃ ſedes alienas occuparant.



3 *Precibus huius admonitus, cuius vtero conceptus ſum, te, quãuis merito mihi inuiſam dono*] Dicit ſe donare patriam, ſed non cui, vel quanam re. Hæc item verba ſane infarcito gloſſemate ſunt deprauata, quæ pure atque eleganter ita in manuſcriptis omnib. *Precibus huius admotus, cuius vtero te, quamuis merito mihi inuiſam, dono.*

4 *Vix dum annos pubertatis ingreſſum*] Prȩfero calculis omnibus Wincheliani ac Colonienſis exemplaris lectionem; *Vix dum annos pueritatis egreſſum.* Cuius adhuc manent item veſtigia in aliis libris. Nam Campenſis & Atrebatenſis, *pueritatis ingreſſum*, produnt; & è contra, Suſianus & Pulmannianus *pubertatis egreſſum.* Vtrobiq; perperam. M. Varro de liberis educandis, pueritas dixit, pro pueritia, cuius verba citat Marcellus.

„ Velim me hercules (inquit) ipſe vſu magno pueritatis formulam audire. “

5 *Duplici gloria conſpicuus corona*] Rectius, *cõſpicuam*, legi poterit vt in Campenſi.

6 *L. Manlio Torquato diem ad populum*] Temere hic ex gloſſulis ineptis contextui ingeſtum eſt Torquati cognomen, quod nunquã L. Manlii fuit, qui Capitolinus & Imperioſſus vocabatur. Nec ipſe filius Titus, cum hoc exemplum pietatis ederet, Torquati cognomen habuit, poſtea ſingulari victoria ſibi ſuiſque illud adeptus. Quapropter ipſa veritas efflagitat, vt hoc falſum ac ſuppoſititium nomen hiſtoriæ eximamus. Conſtat autẽ diligenter aduertentibus, ex Ciceronis Officiorum 3. huius exempli filum à Valerio tractum eſſe, qui patrem L. Manliũ A. F. vocat. Liuius & Capitolina marmora L. Manliũ Imperioſſum, quod cognomen imprimis loco Torquati reponendũ hic arbitror, atque etiam poſtea vbi legitur perperam. *Eoq; effectum eſt, ne Torquatus cauſam diceret.*

7 *Quod occaſione benefaciendi belli*] Inepta ac Sorbonica locutio, benefacere bellum. In Atrebatenſis collegii libro habetur, *be-*

*neſi iendi belli.* ſed opinor legendum eſſe, *bene conficiendi*, vel *bene finiendi*, vt eſt in Gemblacenſi.

8 *C. Carbonem à quo pater eius damnatus fuerat*] In manuſcriptis omnibus Cn. Carbo vocatur, & ex temporum ratione videtur filius Cn. Carbonis ter conſulis. In Dionis tamen 36. C. Carbo legitur, ſed fallere poteſt hoc vnicum exemplar in prænominum notis, atque ideo multorum conſenſus præferri debet.

9 *Protractumq; reum iudicio afflixit* ] In Campenſi *Peractumq;* Recte. Peragitur namq; reus cum tandē damnatur. Et vt cenſet Paulus I Ctus, Deſtitiſſe is videtur, qui intra definitum accuſationis à præſide tempus reum ſuum non peregerit. » Sic Liuius lib. 4. Vos autem » ſi reum perago, quid acturi » eſtis? Vide Budæum.

10 *Ad neceſſarium magiſq; ſpecioſum vrbis locum*] Multo rectius in manuſcriptis, *Ad neceſſarium magis, quā ſpecioſum vrbis locum.* Carcerem namque vult dicere.

11 *Quam rece, tam*] In Atrebatenſi, Gemblacenſi ac Colonienſi: *Quo receptam.*

12 *A pretore ad conſulum iudiciū*] In manuſcriptis: *ad conſiliū iudicum.* Optime.

13 *Idem prædicatum de pietate eius exiſtimetur*] Variāt hic admodum exemplaria. Campenſe; *de pietate prius.* male. item in Atrebatenſi, *rius.* At in Wincheliano alia eſt lectio; *Idem feciſſe pero prædicatur.* Atque eadem eſt annotata in Campenſis libri margine paulo aliter; *Idem de pietate Perus exiſtimetur.* Quod vulgatæ lectioni magis conuenit. Nomen hoc apud Propertium legimus lib. 2. atque Homerum Odyſſ. 11.

14 *A filiis Patietis pacti eſtis*] Hic denuo gloſſula irrepſit. nam in vetuſtioribus libris ſic; *A Paciacis pacti,* iuuat & interlinearis annotatio libri Campenſis, *Paciacis*, id eſt, ea parentela. At Atrebatenſe exemplar, quod in propriis nominibus fere correctius eſſe reperio, habet à *Paciacis.* Aliquis ſciolus, vt minus obſcura hæc eſſent, non ſolum nomen verum corrupit, ſed & intermiſcuit ſuas gloſſulas ſcribens, *A filiis patietis pacti eſtis.* Eſt autem Paciæcorum familia etiamnum nobiliſſima apud Hiſpanos, quam & olim C. Cęſaris tempore fuiſſe illuſtrē, Epiſtola Ciceronis ad Leptam familiarium 6. docet, in qua Paciæci cuiuſdam meminit,

meminit, qui bello ciuili Pompeianas partes ſecutus », videtur. De Hiſpaniis (in- », quit) noui nihil, magnum », tamen exercitum Pompe- », ium habere conſtat. nam », Cæſar ipſe ad nos miſit ex- », emplum Paciæci literarū, », in quo erat, illi vndecim eſ- », ſe legiones. Quo etiam loco corrigendum hoc modo nomen illud eſſet exiſtimo.

15 *Sed etiam ſtrenuo ac forti exitu claruiſtis. Eiſdem enim manibus Patietis vltionem, Epaſti pœnam, genitoribus nutrimēta* ] Hæc ita elegantius atq; correctius. In Wincheliano, Suſiano, Atrebatenſi & aliis; *Sed etiam ſtrenuo & forti exitu clauſiſtis. Hiſdem enim manibus Paciacis vltionem, Epaſto pœnam, genitoribus alimenta, vobis glorioſa fata peperiſtis.*

16 *Ad vltimas iam ſolitudines peruenerant*] In Cāpenſi, Wincheliano, Colonienſi, & Atrebatenſi; *Ad vltimas Aſiæ ſolitudines.*

17 *Vt politiora, ſed non vt meliora fiant ingenia; quoniam quidē ſola Virtus naſcitur* ] Manuſcripti libri, *Vt politiora ſcilicet, non vt meliora fiant ingenia; quoniā quidē ſolida virtus, &c.*

18 *Pinenſem iuuenem, cui Plutoni erat cognomē*] Atrebatenſis collegii codex aliique veteres legunt, *Pinnenſem iuuenem, cui Pultoni erat cognomen.* Recte. Pinnenſes Plinius Veſtinorum dicit eſſe, & in quarta Italię regione collocat lib. 3. c. 12.

### CAP. V.

1 *Et fortiſſimus, & belli gloria excellens, laudis inopi*] In Campenſi, Gemblacenſi, & Cauchiano hæc ita; *Et fortiſſimus imbelli, & gloria excellens laudis inopi.* Venuſta collatione Africanū fratri præfert.

2 *Inclyta pugna Hetruſcis & Veientib. ſuperatis* ] Veteres libri obſcura veſtigia veræ lectionis retinent. Suſianus enim & Atrebatenſis ita; *& amicis & Veientibus.* Winchelianus aliiq; duo; *Et Amiclis & Veientibus.* mendoſe ſemper. In Campenſi autē legitur, *& amiculis*, ſed corrigendum eſſe opinor, *& Æquicolis*, bellum enim tunc temporis continuum fuiſſe cum Æquis etiam, ex Liuii & Dionyſii hiſtoria conſtat: cum Etruſcis tamē cruento illo prœlio fuiſſe pugnatū iam dicti quoque ſcribunt.

3 *Obuiā pcedere iuſſit, & vt impator ſalutaretur, præcepit, & in dextera parte ꝑterriū ei ſtatui* ] Hæc meliore

ordine in manuſcriptis; *Obuiam procedere iuſſit, vt Imperator ſalutaretur. Præcepit etiam dextera in parte, &c.*

## CAP. VI.

1 *Quia euerſa domo interdum reip. ſtatus manere poteſt*] Aliqui codices, *interdum*, omittũt, ac vera Cauchiani libri eſt lectio; *Quia euerſa domo inteptatus reip. ſtatus manere poteſt.* In Atrebatenſi & Gemblacenſi quidẽ incorrecte habetur, *Inteſtatus reip. ſtatus*, ſed veteris lectionis aliquã notam præ ſe fert vox, *inteſtatus*; licet mendoſa.

2 *Vrbis ruina penates omneis ſecum trahat neceſſe eſt*] Lege ex v. c. *Penates omnium trahat ſecum neceſſe eſt.*

3 *Vt aliqui ſalutis ſuæ impendio teſtati ſint*] In Cauchiano aliiſque, *Vt aliqui ea ſalutis ſuæ, &c.* Melius.

4 *Vterque mortifero vulnere ictus*] Quatuor veteres libri *mortifico vulnere*, legunt. Sic à Virgilio dictum Vulnificuſque chalybs. Æneid. 8.

5 *Cum autem in mediam partem fori*] *In media parte*, melius in manuſcriptis.

6 *Genitio Cippo prætori*] Legendũ, *Genutio Cipo*. Nã ita ſcribitur cognomen in argenteis bigatis antiquiſſimis M. CIPI. M. F. Vide Annales noſtros. Atque idẽ confirmant vetuſti codices, Atrebatenſis, Gemblacẽſis & Colonienſis.

7 *Veluti cornua emerſerunt*] In Campenſi & Atrebatenſi legitur *erepſerunt*. in aliis *eruperunt*.

8 *Capitis effigies ærea porta, qua exceſſerat, incluſa eſt, dictaque Rauduſculana, quod olim rauda æra dicebantur*] In Cauchiano & Campenſi; *Capitis effigies ærea*. Recte. non enim ærea fuit porta, ſed ære vincta, vt ait Feſtus, vel ærata, ſicut Varro. Huic aſtipulatur Ouidius:

*Cornuaque ætatis miram referentia formam*
*Poſtibus inſculpunt.*

Metamorphoſ. 15.

Æs infectum ait Cincius de verbis priſcis ruduſculum dici. Iacuiſſe apud ædem Apollinis æs cõflatum, id autem rudus appellaſſe veteres. M. Varro quidẽ & Feſtus æs omne raudus vel rodus appellari, & in æſtimatione cenſoria æs infectum rudus. Iam vero Valerius noſter, vt vulgo legitur, olim æra rauda dici ſolere ſcribit; ſed manuſcripta exemplaria vno conſenſu *raudera* produnt; Quam optime.



Fruſtra n. æris, aut etiã aſſes, ſignatiue nũmi ærei, rauderavel ruderavocarũt antiqui; quod Liuii auctoritate probabo. nam li. 26.
„ Æris aceruũ (inquit) quum
„ rudera milites religione in-
„ ducti iacerẽt, poſt profecti-
„ onem Annibalis magni in-
„ uenti. Non refragor, rauda etiam hic legi poſſe; ſed cõſenſus exemplarium nonnihil hic vincere videtur.

9 *Genitius laudis huius ſucceſſionem Ælio prætori traditit*] In Cãpenſi, Wincheliano, Gẽmblacenſi, Colonienſibus & Atrebatenſi ſuppletur locus truncatus hoc modo; *Genutius laudis huius, quæ maior excogitari vix poteſt, ſucceſſionem Ælio prætori tradidit.* Quæ verba librarios quoſdam ſcribendi tædio pręteriiſſe opinor.

10 *Decem & ſeptem militũ familiam eximiæ fortitudinis viros*] Deprauatus eſt locus, qui varie item legitur in libris veterib. In Cãpenſi; *Decem & ſeptem milites familiam*, mendoſe. In Suſiano & Pulmanniano; *Is decẽ & ſeptem eximiæ fortitudinis viros cum familia.* Non adeo male. At quæ in Wincheliano, Colonienſi & Atrebatenſi, vulgatæ lectioni magis accedit, *Decem & ſeptem milites cum familia eximiæ fortitudinis viros.* Puto tamẽ legendum eſſe: *Decem & ſeptem milites ſuæ familiæ eximiæ fortitudinis viros.* Nam idem fere ſcribit Frontinus: Ipſe cum ſeptemdecim Æliis, ex eadem familia, in prœlio eſt occiſus.

11 *Vtilius habuerit Decios, an amiſerit*] Manuſcripti libri; *Vtilius habuerit Decios duces, an amiſerit.*

12 *Quod quidem non ſolum totis Athenienſium caſtris, ſed etiã contrariis percrebruit*] In Cauchiano, & Gemblacẽſi libro ſic, *Quod quidem non ſolum totis Athenis, ſed in caſtris etiam cõtrariis percrebruit.* Quæ lectio non reiicienda eſt.

13 *Ita vrbs non tam ſtrata atque euerſa Alexandri, quam reſtituta Ariſtotelis notum eſt nobis*] Quamuis hic parum adiuuent exemplaria, locum tamen hunc ex Diogene Laertio & Plutarcho reſtituendum puto: *Itaq; non tam vrbs Stagira euerſa Alexandri, quam reſtituta Ariſtotelis notũ eſt opus.* Quam lectionẽ ſpero ſtudioſos non reiecturos. In Cauchiano quædam ſic; *Itaq; non iam vrbs ſtrata, &c.* in aliis exemplaribus nihil ſani.

14 *Mirificorum etiam ex-*

*emplorum clara mundo ſubſcripſerit vbertas*] Non placet hoc vbertatis epitheton; in Suſiano igitur & Pulmanniano rectius: *Clara mundo ſubſcripſerit veritas.*

CAP. VII.

1 *Sed nunc vela pii affectus & placidi affectus parentum erga liberos indulgentia*] Hæc multo correctius in manuſcriptis, *Det nunc vela pii ac placidi affectus parentum, &c.*

2 *Omnibuſque & virtutibus & vitæ emeritis ſtipẽdiis*] Deprauatus eſt inſigniter locus, non enim video, quam recte virtutes cũ ſtipendiis emeritæ dicantur, & quonam referendum illud, *& vitæ*, ſed vt ſupinũ hunc errorem librariorum vtcunque detegunt manuſcripti codices, ita ex his reſtitui vera lectio ſic poteſt; *Omnibuſque & virtutibus & vitæ meritis ſtupẽdus*, hoc eſt, vehementer admirandus. In qua ſignificatione vtitur hoc verbo etiam Tul-
» lius de Finibus ſecũdo Hæc
» cum loqueris, nos Varro-
» nes ſtupemus, tu videlicet
» tecum ipſe rides.

3 *Pene ipſo per ſe duntaxat animo ſine corpore militaturus*] In duobus codicibus Suſii ac Pulmanni non habentur dictiones *per ſe*, & omitti ſane poſſunt, cum nullibi ſententiæ ſeruiant.

4 *Falſo clamore viciniæ*] Magis placet, vt eſt in Atrebatenſi & Cauchiano; *Falſus clamore è vicinia accepit.*

5 *Iacebat ipſe Antiochus in lectulo*] Vox *Antiochus*, è gloſſis irrepſit, & eſt reiicienda. nam in manuſcriptis non habetur.

6 *Cuius cum ipſe tribunal conſcendiſſet*] Et dictionem *ipſe* ob eãdem cauſam hinc eiice.

CAP. VIII.

1 *Brutus par gloria Romulo*] Elegãtius hæc in Colonienſi, & Wincheliano, *Par Romulo gloria L. Brutus.*

2 *Qui tribunus pleb.*] Fortaſſe legendum, *Qui cum tribunis plebis.* Alioquin enim aduerſatur veritati hiſtoriç. Caſſius enim conſul tunc fuit, & patricius, non trib. plebis: ſed cum tribunis commodum plebis quærentibus tunc coiiſſe ad ſuam legem perferendam, nõ adeo refragari poſſumus.

3 *Conſpectum degenerati patris vitaturũ*] *Vitaret*, in Cauchiano. Rect⁹. At meo quidẽ iudicio rectiſſime, ſi ſic, *Conſpectu degener irati patris vitaret.* Et ipſa fere verba hæc Scauri patris fuiſſe videntur, quæ filium ad mortem adegere.



CAP. IX.

1 *Omnibus honoribus ad cenſuram vſque defunctus*] *Vſque*, gloſſula eſt, quæ dictio in veteribus libris non habetur.

2 *Cum crimina grauiſſima de filio in nouercam commiſſum ſtuprum*] Legendũ, *cum nouerca commiſſum ſtuprum*, vt in Campenſi.

3 *Seductam vxorem ſuſpicans ſuppliciter rogauit*] Contaminarunt hunc locum ſcioli inſerendo inepta gloſſemata. cuius duplex eſt lectio in manuſcriptis libris, nam in Pulmanniano & Suſiano ſic habemus; *Seductam vxorem ſupplicans rogauit.* In Atrebatenſi, ac Gemblacenſi vero ſic; *Seductam vxorem ſuppliciter rogauit.* Quæ lectio mihi præferenda videtur.

4 *Ne ſe vlterius celaret ſiue illum adoleſcentem ſubieciſſet*] Quatuor ſcripti codices hæc plenius ita: *Ne ſe vlterius celaret, ſed diceret, ſiue illum adoleſcentem, &c.*

5 *Solitudinem ſanguine meliorem*] In Campenſi; *O ſolitudinem.* Recte. Exclamatio namque auctoris eſt.

CAP. X.

1 *Ne patris magis quam põtificis partes egiſſe videretur*] Truncaſſe ſciolos exẽplum, codex Winchelianus atque Colonienſis demonſtrant. Nouæ enim orationis initium adiicit, ita: *Ne patris magis quam pontificis partes egiſſe videretur, Tolle, inquit, cadauer.* Quæ verba Horatii conſulis ſunt, ſed reliqua deſunt eius periodi, ideoque aſteriſcum adiunxi, vt intelligas quædam deſiderari: Velut & ipſe ſenſus indicat. Suppleri quidem ſententia ſic poteſt, *Tolle, inquit, cadauer: nilq; aliud adiiciens, inceptam rite precationem peregit.* Hoc idem ex Liuio cognoſcimus, ex quo Valerius hoc exemplũ ſumpſiſſe videtur: nam de
eadem re ille ſic, Nihil ali- «
ud ad eum nuncium, quam «
vt cadauer efferri iuberet, «
tenens poſtem precatio- «
nem peragit, & dedicat tẽ «
plum. «

2 *Q. Martius Rex ſuperioris Catonis in conſulatu collega*] Duo Martii Reges ad conſulatum peruenerunt, pater & filius. E quibus pater anno vrbis 635. conſul fuit, nõ cum Catone ſuperiore, cenſorio, quemadmodum ex his verbis perperam ſcriptis intelli-

gitur, ſed cum M. Catone cenſorii nepote, qui Africam ſortitus conſul in ea prouincia eſt mortuus, vt pulchre declarat Gellius libro 13. cap. 18. Filius Q. Marcius ſolus poſtea conſulatum geſſit anno vrbis DCLXXXV. vt docebunt annales noſtri. Patrem itaque, ſuperiorem Marcium regem differentiæ cauſſa vocat Valerius, quare ita corrigendus eſt locus : *Q. Marcius Rex ſuperior, Catonis in conſulatu collega.*

3 *Xenophontis cor pia religione immobile ſtetit* ] In manuſcriptis; *Xenophontis corpus religioni immobile ſtetit, & animus in conſilio prudentiæ ſtabilis manſit.* Recte. cum loquatur de corporis & animi conſtantia.

4 *Ita liberos procreandos*] veteres libri; *Ita liberos eſſe procreandos.*

# STEPHANI PIGHII ANNOTATIONES IN VALERII MAXIMI

## LIBRVM VI.

### CAP. I.

1 *Sanctiſſimumque Iuliæ genialem thorum*] In Campenſi, Suſiano ac Pulmanniano; *Iuliæ gentis genialem thorum* legitur. Quod placet : impudentiſſime enim adularetur alioquin Valerius, cum Iulia Auguſti filia, & Tiberii vxor libidine atque adulteriis toto orbe terrarum fuerit infamis.

2 *A Sex. Tarquinii regis ſuperbi filio*] Lege vt in Atrebatenſi, Wincheliano & aliis; *A Sex. Tarquinio regis Superbi filio.*

3 *Faunio Saturnio*] Corrigendum, *Faunio Saturnino*, vt in Attebatenſi, Campenſi & aliis.

4 *Exegit pœnas à filio dubiæ caſtitatis, & punito pependit, voluntario receſſu cōſpectum patriæ vitando*] Iniecere denuo irreligioſas manus Valerio noſtro audaculi, totamque ſententiam



tiam hanc prorſus murarunt. Cur enim quæſo præterit, quaſnam à filio pœnas exegerit Fabius? quod maxime exempli cauſa dicere oportebat. Cur itē vindex ille pater ſibimet exiliū indixit? an quod eum pœnituerit ſeueritatis in filium fortaſſis cinædo vix honeſtiorem? Profecto alienum à magnanimitate & cōſtantia clariſſimæ gentis Fabię, atque etiam Seruiliano indignum, eiuſque tot honoribus ſplendidiſſime geſtis. Iam olim quidem valde frigidum & ineptum mihi viſum fuit hoc exemplum; verum nunc exemplaria vetera conferenti veritas ipſa ſemet inſinuat, cum repererim in Suſiano libro hanc lectionem; *Exegit à filio punico*, ſed corrige, *vnico pœnas dubiæ caſtitatis; is eas pependit, voluntario ſeceſſu conſpectum patris vitando.* Eadem eſt in Pulmāniano, præterquam quod mendoſum vocabulū, *Punico*, corrigere quis cupiens, in *punito*, mutarit. Alius deinde trāſtulit vocabulum, vt ſuæ opinioni ſententiam accōmodaret male intellectam.

5 *Se cogi non poſſe, vt adeſſet, quia ſacroſanctam poteſtatem haberet* ] Particula *vt adeſſet*, in tribus exemplaribus non reperitur.

6 *Cn. etiam Furius Broccum quem deprehenderat* ] In Campenſi è contra; *Cn. etiam Furium Brochus.* In aliis, *Cn. etiam Furium Brochum qui deprehēderat.* Tu vide lector quid ſequi velis. Illam vero lectionem plura confirmant exemplaria; Brochus Anniorum cognomen eſt; & apud Furios reperiri, denarii antiqui teſtantur etiam. Itaque legere malim, *Cn. etiam Furium Brochum quidam deprehendit, & familiæ ſtuprandum obiecit.*

7 *Proxima vndis humus ſepulturæ mandatum ad hoc tempus tumulo contigit*] Manuſcripti libri ſic, *Proxima vndis humo, &c. tumulus contegit.* Recte. Tumuli namque fiunt memoriæ cauſa, cuius & gloriam Græcia laudibus ſuis celebrauit.

8 *In quem conſulis iuſſu centurio* ] Verba *conſulis iuſſu*, falſum aliquod gloſſema eſt, manuſcriptis enim meis libris, demptis Wincheliano & Colonienſi, excluditur omnib. atque etiam hiſtoriæ Liuianæ aliorumque ſcriptis aduerſatur.

### CAP. II.

1 *Ingenui & Italici ſan-*

*guinis*] In Pulmãniano, Suſiano & Wincheliano; *Ingeniti Italici ſanguinis*. Recte.

2 *Qui cum ſe dignos libertate iudicarent, arma ſumpſerant; exaſperatos patrum conſcriptorum animos verbis inflammauerat*] Alia eſt lectio ſex veterum codicũ, quæ magis placet; *Quam merentur, qui ſe dignos libertate iudicant. Verbis arma ſumpſerat, exaſperatoſque patrum conſcriptorũ animos exaſperauerat. Sed Plautius conſul, &c.* Nec plura legati verba refert Liuius, ex quo deſumtam hiſtoriam cognoſcimus. Interrogatus, inquit, à quodam triſtioris ſententiæ auctore, quã pœnam meritos Priuernates cenſeret; Eam, inquit, quam merentur, qui ſe libertate dignos cenſent.

3 *Quid? Philippum de incurſu ſuo tutum libertas reliquit*] Lege, vt in v. c. *Quid? populum, &c.* Æmilianus enim liberrime caſtigauit *populum*, non *Philippum*.

4 *Et æque experta patientia eſt*] Deprauata ſententia eſt, quæ rectius in Atrebatenſi aliiſque; *Et æque experta eſt patientem*.

5 *Cuius dicto*] Melius, *cui dicto*, in manuſcriptis.

6 *Deuictæque Carthaginis ſpolia habita*] Rectius in Cauchiano, Batauico *Auita ſpolia*, loquitur enim de victoriis Africani Maioris, qui auus Æmiliani fuit. Quædã vetera exemplaria adiectiuum illud omittunt.

7 *Tunc totius fori prementes ora clauſerũt*] In Campẽſi libro, *fori frementis*. Eleganter, vt Virgilius:

*Cuncti ſimul ore fremebant.*

8 *Quoniam omnis generis hominum licentiæ ludibrio ſe eſſe quieta fronte tulit*] In Suſiano & Pulmanniano ſic: *Quoniam qui omnis generis hominum licentiæ ludibrio eſſet, quieta frõte tulit.* Qui, pro, vt, Terentianum eſt:

*Non qui argumentum narret, ſed qui maleuoli*

*Veteris poetæ maledictis reſpondeat.*

In Andriæ Prologo.

9 *Studio ad accuſationem prouect⁹*] In Campẽſi, Cauchiano & Atrebatenſi: *Studio accuſationis prouectus*.

10 *Da (inquit) vades reip.*] In Campenſi aliiſque; *prædes*. Recte. prædes enim populo vel reip. ſe obligant, interrogati à magiſtratu in publicum vt præſtent. Auctores Varro & Feſtus.

11 *Efficaces futuræ pro noxio, ſubmouit eas è quæſtione*] Cauchianus liber ita, *Efficaces futuræ protinus ſubmouit eas.* Duo item codi-





ces illud, *p noxio*, nõ habẽt.

12 *Obducta iam vetuſtis cicatricibus*] In Atrebatenſi perperam, *vetus cicatricibus*. Verum in Cauchiano quam rectiſſime, *vietis cicatricibus*, eleganti epitheto. Eſt enim vietus vt Feſtus interpretatur, languidus, ſine vi, putris ac naturalibus priuatus viribus. Terent. Eunucho:

*Hic eſt vietus, vetus, veternoſus ſenex.*

Item Plautus in Mercat.

*Acheronticus ſenex, vietus, decrepitus.*

Vietas igitur cicatrices aptiſſime vocat veteres quidem, ſed putres ac male curatas.

13 *Victoriæ eorum beneficia*] *Victoriarum beneficia*, habetur in Suſiano & aliis. Quod placet.

*CAP. III.*

1 *Poſtquam imitari cœpiſti*] Lege; *mutari*: vt eſt in manuſcriptis.

2 *Par indignatio aduerſus Sp. Caſſium erupit*] Veteres libri hæc plenius; *Par indignatio ciuitatis aduerſus, etc.*

3 *Quod prius domicilium potentiſſimi viri fuerat*] In Cãpenſi, Wincheliano atq; Atrebatenſi aliiſq; legitur; *impotẽtis viri* Recte, ſignificat enim impotens nimis potens, auctore Donato, παρεσθενής. vnde Liuius impotentem decemuirorum dominatum dixit atque impotentiſſimum tyrannum Quintilianus.

4 *Quo iuſtitia ſupplicii notior ad poſteros perueniret*] Præferendã puto Wincheliani aliorumque trium codicum lectionem; *Quo iuſti ſupplicii notitia ad poſteros perueniret.*

5 *Exigere exhorruiſſent*] In manuſcriptis; *perhorruiſſent*: Ciceroni frequens vocabulum.

6 *Libertatis adhuc cuſtos & vindex ſeueritas, ſed pro dignitate etiam ac pro diſciplina æque grauis*] Hæc in Cauchiano plenius ac fœcundius; *Libertatis rigidæ adhuc cuſtos, & vindex ſeueritas, ſed pro dignitate de diſciplina æque grauis inuenta eſt.*

7 *Itaq; Cornelius propter vitæ inhoneſtum actum, ſine vllo prouinciali miniſterio, tamẽ repetundarũ lege damnatus eſt*] Probo vt extãt hæc partim in Cauchiano, partim in Atrebatenſi aliiſque; *Itaq; quæſtor Cornelius propter vitã inhoneſte actam ſine vllo prouinciali miniſterio tantum non repetundarũ lege damnatus eſt.* Tantũ non iſtic ꝓ ferme vſurpat vt ſæpe Suetonius ac Liuius,

8 *Ne bello Italico militaret, abſciderat*] In Cauchiano; *ſibi abſciderat*. nō male.

9 *Cum delectum ſubitum educere coactus eſſet*] In manuſcriptis: *ſubito edicere*. Sic Liuius, Edicere conuentum, Edicere diem.

10 *Interrogatumque quomodo eam beſtiam confeciſſet*] Rectius in Suſiano & aliis: *Interrogatumque quo telo*, Reſponſum namque, venabulo. Atrebatenſis liber habet, *Qui eam beſtiam configiſſet*. Et ſic fere Ciceronis ſunt verba; Quæſiſſe Domitium, qui tantam beſtiam percuſſiſſet.

11 *Horatius poſt prælium trium Curatium conditione pugnæ omnium Albanorum victor*] Aliter in manuſcriptis; *Horatius vnus prælio trium Curatiorum, ac conditione pugnæ omnium Albanorū victor*. Pulcherrime.

12 *Fuſte percuſſam interemit*] Auſim affirmare nos hic vti gloſſemate pro vera & antiqua dictione auctoris, quamuis hanc meam opinionem parum adiuuent manuſcripta exēplaria vulgatæ lectioni vno velut ore concinentia. Attamen in Atrebatenſis collegii codice ipſius librarii manu iuxta hunc locum in margine aſſcriptum reperio hæc verba, Nota Fuſtim. Quæ eadē annotata quoque puto fuiſſe in exēplari ex quo hic codex eſt deſcriptus. Confirmat meam cōiecturam Gemblacenſis codex, in quo ſcriptū fuit; *Fuſtim percuſſam*. Sed adfuit corrector neſcio quis, mutauitq; vocem in, *Fuſte*, velut ipſa raſura liquide mōſtrat. Vnde colligo antiquum atque elegans hoc aduerbium ipſius olim Valerii noſtri fuiſſe, ſed poſtea euanuiſſe ex eius opere, multiſque ſeculis exulare immerito, propter librariorum ignorantiam, qui hoc tanquam obſoletum atque inuſitatū reiicere, eiuſque loco gloſſulam recipere maluerunt. Verba quidem ipſa Valerii hæc fuiſſe autumo, atq; ita locum hunc reſtituendum eſſe; *Quod vinum bibiſſet, fuſtim interemit*. Sunt enim plerunque verborum adiectiua hæc aduerbia à nominibus deriuata, quæ modum agendi ſignificant. Eadem formula Liuius punctim magis quam cæſim petere hoſtem dixit lib. 22. Pugio hinc dictus eſt, auctore Feſto, quod eo punctim pugnatur. Atque eius generis aduerbia quã plurima occurrunt antiquos ſcriptores reuoluenti, è quibus pauca notaſſe ſatis erit. Amuſſim, id eſt, regulariter, ab amuſſi deducitur, vt idem Feſtus tradit: Morſicatim luſitant, Varro: Qui coſſim cacat, Pacuuius dixere, ſicut apud Noniū legimus. Inſuper, Mucronatim, filatim, paſſeratim, anſeratim, aliaq; ſimilia apud Chariſium, Lucretium, cæteroſque reperimus. Iam vero expendendum lectori relinquo, num & fuſtim legendum ſit apud Plinium libro 22. cap. 13. vbi hoc idem adducit exemplum, maritumque Egnatium Mecennium vocat, neſcio an errore librarii. » Inuenimus, inquit, inter exempla Egnatii Mecennii vxorem, quod vinum bibiſſet è dolio, interfectam fuiſſe à marito. Corrigit Sigiſmundus Gelenius ex Gellio, interfectam fuſte, cum tamen nihil tale apud Gellium legerim. Equidem ex Valerio fuſtim, ſcribi poſſe exiſtimo.



13 *Horridum C. quoque Sulpicii Galli maritale ſupplicium*] Corrige ex ſeptem veterum librorum auctoritate, *Sulpicii Galli maritale ſupercilium*. Ponitur pro ſeueritate, ſicut à Martiale libro primo ad Cæſarem:

« *Terrarum dominum pone ſupercilium.* «

Item à Cicerone in Piſoniana, Vt illo ſupercilio tã quam Rhadamantus ille niti videretur. Rurſus in Priapeiis.

« *Conueniens Latio pone ſupercilium.* «

Supplicium vero tormentum eſt, quo plicatum corpus afficitur, quo nullo affecit vxorem Gallus, ſed duntaxat diuortio puniuit.

14 *Et placere deſideres*] Nil aliud quam gloſſema eſt, à librariis poſtea inſertum, nam è veteribus libris omnibus excluditur.

15 *In ſuſpicione & crimine hæreat neceſſe eſt*] In Atrebatenſi, *ſubhæreat*. Aptiſſime, attenuat enim nonnihil verbi vim præpoſitio, quemadmodum in, ſubhorridus, ſublucidus, ſublucere.

## CAP. IV.

1 *Anius autem Campanus etiam conſulem alterum Capuæ creari debere aſſeuerabat*] Inſigniter erratū eſt à ſciolis in hoc exemplo, non enim habet adeo ſupinam ignorantiæ culpam auctori imputare. Animaduerto namq; in libris veteribus ſtudioſos Vale-

rianis exemplis ſimiles, vel eaſdē aliis verbis hiſtorias commentariorū forma adſcripſiſſe: vnde ſuſpicor librariorum imperitia perperam variis locis multa eſſe huic operi commixta, multa item confuſe diſturbata, vt diligentius Valerium legenti luce clarius conſtabit. Sæpius enim videtur à veritate hiſtoriæ prorſus aberrare, quemadmodum hoc imprimis loco. Tradunt enim Liuius aliique auctores L. Annium Setinum Latinorum principem anno vrbis CDXIII. poſtulare auſum fuiſſe, vt conſulum alter, & dimidia pars ſenatus ex Latio crearetur, acerrimeque reſtitiſſe T. Manlium Torquatū conſulem III. qui rebellantes tunc Latinos inſigni prœlio collega P. Decio ſemet deuouente, contudit. Sęculo ampliꝰ deinde poſtea poſt Cannenſem cladem idem auſi ſunt poſtulare Campani cum ad Annibalem deficere vellent, vt idem Liuius ex quibuſdam annalibus refert, non per Annium ſed per legatos ſuos; eodemque anno à Sp. Caruilio de Latinorum, non Campanorum principibus in Senatum recipiendis relatum fuiſſe. illamque cum relationem ægerrime auditam à patribus, tum acerbiſſime à T. Manlio Torquato conſulari, ſtirpis eius viro qui Latinos olim repulerat, fuiſſe reiectam. At noſter hic Valerius Anniū illum Campanum facit, ac T. Manlium eius aduerſarium, Torquati illius qui Latinos ante reiecerat filium, cum ne nepos quidem eius, ſpacio centum viginti amplius annorum interpoſito eſſe potuerit. Sed hi ſimileſque errores ſciolorum proculdubio temeritati ſunt adſcribendi, qui vel exempla male exemplis connectendo, annotationeſue operi inſerendo perquam turpiter deformarunt hunc auctorem, vt vix ſui ſimilis videatur. Atqui huic loco nil fere indicii remanſit veræ lectionis, præterquam in Campenſi codice, quamuis hic admodū deprauato, qui ita; *Atanius ille Campanis etiam, &c.* Quid ſi igitur legamus hoc modo? *Vt Annius olim, Campani etiam conſulem alterum Capuæ creari debere aſſeuerabant.* Facilis autem lapſus eſſe potuit inter hæc verba, *Vt Annius, Atanius; olim ille*. Igitur veritati atque hiſtoriæ hanc lectionem recte congruentem



admittere viſum fuit, donec certius quid reperiatur.

2 *Tunc Manlius Torquatus filius eius qui Latinos ad Veſerim*] Diximus temporis ſpacium prorſus aduerſari, vt eius potuiſſet eſſe filius, cum ab illo Manlio ad hunc centum viginti amplius numerentur anni. Legendum igitur opinor, niſi plane hoc loco Valeriū dormitaſſe velimus dicere; *Tunc Manlius Torquatus ſtirpis eius qui Latinos, &c.* Sic etenim Li-
„ uius. Et præcipue Manlius
„ eſſe etiam nunc eius ſtirpis
„ virum diceret, ex qua quon-
„ dam in Capitolio conſul
„ minatus eſſet; Quem Lati-
„ num in Curia vidiſſet, eum
„ ſua manu ſe interfectu-
„ rum. Adfuit deinde γλωσσογράφος aliquis ineptus, qui vocem *ſtirpis* vel *ſtirpes* in primo caſu ſumens, vt Seruius & Soſipater fieri poſſe volunt, filium interpretatus eſt, quæ gloſſa deinde in ipſum opus irrepſit librariorum culpa, qui ſæpe minus obſcura reiectis ignotis ſolent ſubſtituere.

3 *Ad ius ciuitatis nobiſcum exequendum*] In Gemblacenſi ac Atrebatenſi aliiſque melius, *exæquandum.* Ita Cicero, exæquare “
precio omnia iura dixit, “
Verrina 4.

4 *Nāq; vt patris armis, ita verbis filii fracta ceſſit*] Superior ille lapſus vt excuſaretur, alium hunc errorem induxit, cuius & aliam quoque cauſam arbitror fuiſſe compendioſam illam ſcribendi formulam P. R. in veteribus libris frequenter obuiam, in qua interpretāda librarios fœdiſſime lapſos ſępe reperimus, nō habita quod oportebat, totius ſentētiæ ratione, vt perperā aliquando cum populi Romani eſt nota, prætoris vel patris eſſe exiſtimarint, atque etiā ſcripſerint. Quod idem hic accidiſſe ſuſpicor, cum in antiquis libris ſcriptum fuiſſe putem iam dicta verba; *Namque vt* P. R. id eſt, pop. Rom. *armis ita verbis illius fracta ceſſit.* Quæ gloſſographus duobus Manliis patri (vt putabat) & filio accommodare cupiens, ita interpretatus eſt, *Namque vt* P. R. id eſt, patris, *armis, ita verbis illius*, id eſt, filii *fracta ceſſit*. Et in Campenſi quidem exemplari, ſupra vocem *filii* annotatum extat *illius.*

5 *Par illius quoque Manlii grauitas, cui cum conſu-*

*latus omnium conſenſu deferretur* ] Hic item error ex iam dicto fonte profluxit. Legendum autem ex Liuio aliiſque, niſi falſa delectemur hiſtoria; *Par eiuſdem quoq; Manlii grauitas, cum conſulatus omnium conſenſu deferretur.* Non enim hic alius, ſed is ipſe, qui poſt Cannenſem cladem Latinos in curiam admittere noluerat, ſicut ex Annalibus noſtris manifeſtum eſt.

6 *Alter nihil habet* ] Recte in manuſcriptis; *Quia alter nihil habet.*

7 *Quapropter felicitatis cognomen* ] Lege ex Cauchiano libro, *Felicis cognomen.* Quod habuit L. Cornelius Sulla.

8 *Melius ſine dubio homines noſtri ſanguinis hæc dixiſſent* ] Manuſcripti libri ſic; *Melius ſine dubio iſtud noſtri ſanguinis homines dixiſſent.* Et paulo poſt, *In hæc grauitatis veſtigia* ] non, *huius*, vt vulgo.

9 *Cum Athenis cauſam diceret* ] In Cauchiano rectius, *dicturus eſſet.*

## CAP. V.

1 *Camillo conſule Phaliſcos circumſedente* ] Lege *Faliſcos*, ita enim antiquo more ſcribitur hoc nomen. In Campenſi & Cauchiano, *Falerios* legimus, etiam recte: quemadmodum in Annalibus noſtris demonſtrauimus.

2 *Ea re cognita ſenatus cenſuit* ] In manuſcriptis fere omnibus nihil aliud habetur quam; *Ea re ſenatus cenſuit.* Puto igitur dictionem *cognita* è gloſſulis irrepſiſſe, & inſuper præpoſitionem expuliſſe. Nam Valerium puto vetuſta dicendi formula vſum fuiſſe, quã plerumque in s. c. præfixam reperimus. De ea re ſenatus cenſuit. Et quia vulgaris erat, ſingulis fere literis notari ſolet.

3 *Erat in eodem pectore inimicus, & Domitius & dominus diuerſa æſtimatione nefarium iudicium perpendens, iuſtitia tamen vicit odium* ] Præfero lectionem quam in Suſiano & Pulmanniano habemus, ac partim in Campenſi; *Erant in eodem pectore Domitii & inimicus & dominus, diuerſa æſtimatione nefarium indicium perpendentes; iuſtitia vicit odium.*

4 *Sed aliquanto Charondæ Tyrii præfractior atque abſciſior iuſtitia* ], Legendum, *Charondæ Thurii.* Hic enim leges ſcripſit, Pythagorę diſcipulus cum Zaleuco, vt ex Laertio conſtat. Ariſto-



Ariſtoteles & Stobæus Catanæum fuiſſe tradunt.

## CAP. VI.

1 *Integerrimi viri ſanctitatem reipub. vſibus & ſacris comparatã* ] In manuſcriptis *reipub. vſibus & ſacris operatam.* Elegantiſſime. Operari enim dicuntur proprie, qui ipſimet reipub. laborant, vt Liuius libro 4.
,, Eo tempore quo cor
,, pus addictum atque opera
,, tum reipub. eſſet.
Operari item dicuntur, auctore Nonio, qui deos religioſe, & cum ſumma veneratione ſacrificiis litant. Pomponius Pręcone poſteriore:
,, Ad Veneris profectus eſt
,, mane vetulus votum vt ſol
,, ueret, ibi nunc operatus eſt.
Africanius Excepto: Simul
,, ocium hortabatur vt ope
,, ratum illum Dianæ degerẽ
,, ſanctum diem.
Lucilius lib.
,, 30. Aut operatu' aliquo in
,, celebri cum æqualibus fano.
Iuuenalis Satyra 12.

—*Longos erexit ianua ramos*
*Et matutinis operatur feſta lucernis.*

Conqueritur item Propertius libro 2. Cynthiam ſuam Iſidis ſacris operari, atque ideo à concubitu abſtinere.

,, *Triſtia iam redeunt iterum ſolemnia nobis,*
*Cynthia iam noctes eſt operata decem.* "
*Atq; vtinam Nilo pereat quæ ſacra tepente* "
*Miſit matronis Inachus Auſoniis.* "

2 *Ingenti Pœnorum claſſe circa Siciliam deducta* ] In Suſiano & Pulmanniano melius, *deuicta.*

3 *Quia manus his intulerant, per feciales reddendos curauerunt* ] Mutilus eſt locus ac ieiune contractus, quem hoc modo reſtitui debere docent manuſcripti libri, licet incorrecti nõnihil varient; *Quia manus his intulerant, per feciales Culeo prætor ex S. C. dedundos curauit.* Conſtat autem ex Liuio Q. Terentium Culeonem tunc prætorem peregrinum fuiſſe, ex quo intelligimus perperam in ſcriptis exemplaribus Claudio præt. legi. Sed vide Annales magiſtratuum noſtros.

4 *Ita etiam in ſociorum quoq; animus* ] *Etiam*, ſupereſt, nec habetur in manuſcriptis.

5 *Poſt duorum in Hiſpania Scipionum* ] Mirifice mendacem fecerunt hunc librum ſcioli, non enim poſt Scipionem cladem ab Annibale oppreſſa Saguntus eſt, ſed multo antea. In Campenſi legimus, *Nam*

*poſt duorũ*. Immo ex Liuio, Polybio aliiſque hiſtoricis omnib. legendum eſſe puto: *Nam ante duorum in Hiſpania Scipionum*. ſi à veritate diſcedere nolimus. Corrupit locum hiſtoriæ Romanæ imperitus aliquis librarius aut ludimagiſter.

6 *Ne à ſocietate noſtra deficerent*] In Suſiano libro *deſciſcerent*. Recte. Sic enim Liuius lib. 6. & alibi.

7 *Quia deficere à noſtra amicitia noluerant*] Meliores libri, *deficere noſtram amicitiam*, hoc eſt, deſtituere. Quemadmodum Var-
» ro de Re ruſtica 3. Ne defi
» ciant animum.

8 *Cæterum permiſſum eſt eis, vt facerent, quod vtiliſſimum incolumitati eorum videretur*] Legendum puto vt in manuſcriptis: *Cæterum permiſſum eſt, vt ei facerent, quod vtiliſſimum incolumitati ipſorum videretur.*

9 *Omnique ætate imbelli vrbe egeſta, quo tutius armati famem traherent*] Magis placet vt in Pulmanniano, Colonienſi, Suſiano, & Cauchiano; *Omnique ætate imbelli vrbe eiecta, quo diutius armati famem traherent.*

10 *Itaque Annibali non Petiliam, ſed fidum Petiliæ ſepulchrum capere contigit*] In Atrebatenſi & Cauchiano legitur, *ſed fidei Petilianæ ſepulchrum*. Scribendũ tamen antiqua forma, *fidei Petellinæ*. Petellinos enim vocari, atque vrbem Petelliam, antiqua marmora, quæ adhuc extant, demonſtrant.

## CAP. VII.

1 *Mater Corneliæ matris C. & T. Gracchorum*] Infarcitæ annotationes ſunt, *matris C. & T.* quas penitus eradēdas autumo, cum neque in quatuor ſcriptis libris habeantur, in quibus dumtaxat; *Mater Corneliæ Gracchorum.*

2 *Ne domitorem orbis Africanum fœmina magnum virum impatientia reum ageret*] Lege veluti in Cauchiano & Campenſi eſt, *Ne domitorem orbis Africani fœmina impudicitiæ reũ ageret.* Reliqua item ſunt inſuta ex gloſſis. In Colonienſi habetur; *Ne domitorem orbis Africanum fœmina reum ageret.*

3 *Ne Lentulum Cruſtellionem virum ſuum*] Cognomen alterum Cruſtellio in Cauchiano, Colonienſi & Wincheliano non habetur, & mihi quidem mendoſum videtur.

4 *Nihi-*



4 *Nihilominus famili●ri veſte ſumpta*] Melius, *famulari veſte*, vt eſt in Campenſi & Gemblacenſi. Sic Cicero Tuſc. 1. de Codro.
» Qui ſe in medios immiſit
» hoſtes, famulari veſte, ne
» poſſet agnoſci.

## CAP. VIII.

1 *Omnem vim accuſatoris*] Lege *accuſationis*, vt eſt in manuſcriptis.

2 *Cum quo mori deſtinauerat*] In vèteribus libris, *commori*. Recte.

3 *Qui miſerum proſequebantur*] Elegantius in manuſcriptis; *Qui miſeros perſequebantur.*

4 *Quid vrbani Panapionis*] Legendum *Vrbinii Panapionis*. Sic enim in Atrebatenſi aliiſq; manuſcriptis libris quibuſdam: Atque etiam in Macrobio, Vrbinium appellatum legimus.

5 *Maximum ſibi eſſe emolumentum eius, à quo tam grauiter punitus erat, ſalutem vendicauit*] In manuſcriptis hęc correctius; *Maximum ſibi emolumentum eius a quo tam grauiter punitus erat, ſalutem iudicauit.* Atque ordo hic luculentiorem quoque facit orationem.

6 *Nec hactenus beneuolentia proceſſit*] In Atrebatenſi; *Nec ſolum hactenus.* Recte.

7 *Manum rogo intendẽs*] Veteres libri: *intentans*, legunt.

8 *Vt Antius ſtatim quærendæ incolumitatis occaſionem aſſequeretur*] In tribus exemplaribus hæc ita; *Vt Antius ſtatum quærendæ incolumitatis hac occaſione aſſequeretur.* Valeriano ſtylo congruentior eſt lectio, atque elegantior.

## CAP. IX.

1 *Perpetuæ infelicitatis ſe damnare; ſpemque, quæ etiam incerta ratione fouetur, interdum certam in deſperationem conuertere*] In Pulmanniano, Colonienſi ac Suſiano hæc multo luculentius: *Perpetuæ infelicitatis ſe prædamnare, ſpemq; quæ etiam incerta recte fauetur, &c.*

2 *Vt à patre Manlio ampliſſimo viro*] Veteres libri addunt prænomen, *a patre L. Manlio*. Recte.

3 *In hec credo fortunæ nubilo*] Winchelianus liber, *Fortunæ malignæ nubilo.* Non contemnenda lectio, quę eadem in Cauchiano eſt.

4 *A. P. Licinio pont. max. flamen factus*] Legendum arbitror, *Flamen captus.*

Quemadmodum & Liuius loquitur: Ob adoleſcentiã negligentem luxurioſamque C. Flaccus flamen captus à P. Licinio pont. max. erat. Non ſolum virgo veſtalis capi à põtifice maximo dicitur; ſed flaminis etiam Diales item pontifices & augures. M. Cato contra Galbã pro Luſitanis: Ego me nunc volo ius pontificum optime ſcire, iamne ea cauſa põtifex capiatur? Si volo augurium optime tenere, ecquis ob eam rem augurem capiat? Vide de his Gellium lib. 1. cap. 12.

5 *Atque vt nobilitatem beneficio pœnitentiæ*] Tranſit ad mutationem fortunæ ex tenui in amplã, ſubnectitque exempla, loquutus antea de morum mutatione ex malis in bonos. Ad idem igitur hæc caput pertinent, quemadmodum etiam manuſcripti codices demonſtrant neque in duo vel tria capita ſecanda ſunt, ſicut in vulgatis libris factum videmus. Nam hæc exempla omnia ſimul cum externis ad vnum caput mutationis morum ac fortunæ pertinere vſque ad libri ſexti finem ipſa per ſe docere poſſent, etiamſi veterum exemplarium ſuffragia non accederent.

6 *Cum Aſiatici publicani exiguam admodũ particulã habuiſſet*] Deprauarunt quidem locum ſcioli. qui tamẽ ſincerus remanſit in Campenſi, Wincheliano, Colonienſi & Atrebatenſi exemplaribus, in quibus *Aſiatici publici* legitur. Vectigal enim populi Rom. Publicũ appellat Valerius, non ſecus ac Cicero ad Q. fratrẽ ſcribens. Hic te ita verſari, vt & publicanis ſatisfacias, præſertim publicis male redẽptis. Vt etiam Tacitus lib. 13. Ergo edicit princeps, vt leges cuiuſque publici occultæ ad id tempus proſcriberentur.

7 *Miroq; id modo demonſtrauit, priſtinum quæſtum ſuæ fortunæ, præſens vero dignitatis incrementum moribus ipſius imputari debere*] Elegantius in manuſcriptis, *Eoque modo demonſtrauit priſtinum quæſtum ſuum fortunæ, præſens vero dignitatis incrementum moribus ipſius imputari debere.*

8 *Sed operam publicanis dedit*] Veteres libri multitudinis caſu, *operas*, dicunt. vt etiam Cicero ad Atticum 13. libro. A te peto puerum qui eſt in operis eius ſocietatis; omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tutare: cureſque vt eius operæ quam





quam gratiſſimę ſint ſociis. Diurna ſeruitia vocat operas, quæ conductitii in exigendis portoriis præſtabãt.

9 *Cn. Pompeii Magni pater, P. Ventidium ætate puberem in triumpho ſuo*] Legendũ puto; *ætate impuberẽ*, vt latius in magiſtratuum Annalibus demonſtraui.

10 *Caſuum nunc contemplemur varietatem*] Ob hãc præfatiunculam quibuſdã viſum fuit, adiecto titulo & hic nouum caput conſtituere, vnum videlicet corpus in tres particulas perperam diſſecando.

11 *Ad Carthaginienſium, peruenit e catenas*] *Peruenturum*, melius in manuſcriptis.

12 *Turpem decoctoris ſuperlationẽ iniunxit*] Plures libri veteres, *ſuperlationem iuſſit*, legunt. Superlatio, ὑπερβολή, adiectio ſuperflui nominis hoc loco.

13 *Arpinatibus honoribus iudicatus inferior*] Lege *Arpini honoribus*, ex Campenſi codice. Et rurſus poſtea.

14 *Præturæ candidatus ſupremo loco inhæſit*] Id eſt, vltimo loco inter ſex prætores creatus eſt. Nam hoc idem declarat Plutarchus his verbis: ὕστερον δὲ ἐν πολλῷ στρατηγίων μετελθὼν, ὀλίγοις ἐδέησεν ἐκπεσεῖν, ἔσχατος δὲ πάντων ἀναγορευθεὶς, δίκην ἰσχῶ δικασμοῦ. Erat autem nonnihil ignominioſum vltimo, atque econtra honorificum primo loco inter tot collegas renuntiari: qui idcirco prætor primus appellabatur. Quo nomine gloriatur ſæpe M. Tullius, quod anno ſuo prætor primus frequentibus populi ſuffragiis ſit factus.

15 *Ex illo Mario tam humili Arpinati, tamq; ignobili Romæ*] Lege, *tam humili Arpini tã ignobili Romæ*, ex Atrebatenſi, Gemblacẽſi & Cauchiano. Ex comparatione namq; diſſimilium locorum rem ipſam auget Valerius.

16 *Quid eſt ergo quod amplius de ea re quæramur*] *De ea re queramur*, in vetuſtis codicibus. Recte. Loquitur enim de fortuna.

17 *Neque illecebris eius tantummodo*] *Eius*, ſuperfluum eſt, neq; habetur in ſcriptis libris.

18 *Omiſſa re, quam diſſerebat*] In Wincheliano & Cauchiano, *Omiſſis de quibus diſſerebat.*

19 *Abdicationis iniungentem notam*] In Cauchiano elegãtius; *Abdicationis inurentem notam*. Quæ locutio receptiſſima eſt.

20 *Mediumq; Europa ſibi*

*Aſia vel ſpei, vel deſperationis pignus* ] Campenſis liber habet; *Mediumq; Aſiæ & Europæ.* Qui ordo magis lucidam reddit orationem ſequentem.

21 *Nec aut hæc aut illa vniuerſa, ſed varia, perplexa, freto atque æſtui ſimillima* ] Tolerabilis quidem lectio, ſed in Campenſi, Colonieñſi & Wincheliano, vt mihi videtur, correctior eſt; *Nec aut hæc aut illa ſimul vniuerſa; ſed varie perplexa freto atq; æſtui ſimilia.*

22 *Sed hunc, cuius felicitas ſemper plenis velis proſperum curſum tenuit, Orontes Darii regis præfectus* ] Magis placet Cauchiani libri lectio, quæ ſine parentheſi minus ſcabroſa eſt, atque magis plena, *Sed hunc felicitatis ſemper plenis velis proſperũ curſum tenere non potuit. Comprehenſum enim Orontes, &c.*

23 *Equitatu potens* ] Libri manuſcripti, *Equitatuũ potens*, ſubſtantiue, ſine tem-
» pore, vt Liuius 1. Iuuenem
» iam eſſe dictitans ac regni
» potentem. Item Tacitus,
» An ipſe imperii potens, an
» Siliis priuatus eſſet.

24 *Vt validiſſimorum populorum non tantum arbiter, ſed & victor victoriæ exiſteret* ] Deprauatus eſt turpiter locus à ſciolis, quẽ ita repurgauimus ex Campenſi aliiſque veteribus exemplaribus; *Vt validiſſimorum populorum tantum non arbiter victoriæ exiſteret.*

25 *Caduca nimirum & fragilia* ] In ſcriptis libris; *Caduca nimium hæc & fragilia puerilibuſque conſentanea crepundiis ſunt, quæ vires atq; opes humanæ vocantur.* Optime Epilogus hic eſt totius capitis ornatè ſententioſus, quem pleriſq; locis contaminatum emaculaui, atque in fine mutilum auxilio veterum librorum ſuppleui hoc modo.

26 *Itaq; neque exiſtimari neque dici debent bona, quæ vt inflictorum malorum amaritudine deſiderium ſui duplicent; propenſiore fauore primo delinitos, maiore poſtea malorum cumulo opprimere ſolent* ] Cuius periodi dimidium fere in omnibus exemplarib. intercidit, nos eum ex Cauchiano libro in integrum ita reſtituimus.

STE-



# STEPHANI PIGHII ANNOTATIONES

In

## *VALERII MAXIMI*

*Librum VII.*

### CAP. I.

1 *Conſtantis & propitiæ* ] In Wincheliano & Gemblacenſi; *Conſtanter propitiæ.* Multo melius ac veri⁹.

2 *Ad ſummum beatæ vitæ cumulũ perduxerit* ] Lege, *culmen.* Atque mox; *Naſci eum in vrbe terrarum principe.* Nõ vt vulgò, *Naſci enim.*

3 *Fecit vt eodem tempore tres filios conſulares, vnum etiam cenſorium, duos triũphales, & quartum prætorium videret* ] Manuſcripti codices noſtri ſic; *Vnum etiam cenſorium ac triumphalem.* Recte, atq; Ciceronis ſententia, qui de Q. Metello Macedonico hæc eadem fere libro de finibus 5.
» Qu. Metellus (inquit) qui
» tres filios conſules vidit, è
» quibus vnum etiam & cen-
» ſorem & triumphantem;
» quartum autem prętorem,
» eoſque ſaluos reliquit. Qui auctores demonſtrant L. Metellum Macedonici filium, qui ante patris mortẽ cõſul fuerat, minime triumphaſſe, neq; Dalmaticũ appellari debere, Capitolinis triũphis aſtipulati, quorũm fragmentum nuper è tenebris erutum nos docet Dalmaticũ, L. Metelli Calui fuiſſe filium. Ex quatuor igitur Qu. Macedonici filiis, de quibus hic Valerius loquitur, fuere, Q. Metellus Balearicus, conſularis, cenſorius ac triumphalis, alter L. Metellus conſularis, tertius M. Metellus, cum pater moreretur anno 638. conſul, & poſtea triumphalis; quartus C. Metellus prætorius ac patre moriente candidatus cõſulatus. Quẽadmodum ex Annalibus noſtris luce clarius conſtabit.

4 *Tres filias nuptui daret* ] Veteres libri; *Vtque tres filias nuptũ daret*; Stylo Terentiano atque Plautino.

5 *Paruuli ruris fructibus ac voluptatibus contentus* ] *Ac voluptatib.* aſſutum ex

annotationib eſt, & libẽter omittã quando & in Wincheliano non reperiatur. In Colonienſi habetur, *Par uuli ruris finibus contentus.*

## *C A P. II.*

1 *Peſtifera ignauia adfert exitium*] In Campenſi aliiſque, *Peſtiferum ignauia adfert exitum.* Non minus recte.

2 *Iudex additus de ſponſione*] In quibuſdam libris, *addictus* legitur; mendoſe etiam. Legendum, *aditus.* Adeuntur enim iudicia ac iudices. Sic Cicero ad Ap- » pium famil. 3. Cum ad me » aditum eſſet ab iis qui dice- » rent, &c.

3 *Non proſperantibus auibus optimum et auſpicium renunciaſſet*] In Wincheliano & Colonienſi; *Ementitus optimum et auſpicium, &c.* Quemadmodum Liuius li- » bro 10. Pullarius auſpicium » mentiri auſus.

4 *Id vt cognouit conſul fidente animo, & inuaſit Aquiloniam & cepit*] Truncã eſſe ſententiam ex Liuiana hiſtoria colligimus. Non enim occiſus pullarius in oppugnatione Aquiloniæ, ſed antea in prœlio. Rectius itaq; in Campenſi, atque ordine luculentiore, *Id vbi Conſul cognouit, fidente animo & hoſteis inuaſit, & Aquiloniam cepit.*

5 *Vbi concordia non ineſt*] Omnes manuſcripti libri habent, *Niſi concordia ineſt.*

6 *Vbi vero pertinax intercedit odium, alter alteri quã vterq; contrariis caſtris certior hoſtis proficiſcitur*] Aliter hæc in Suſiano aliiſq; atque non minus eleganter; *Vbi vero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri quam è contrariis caſtris vtrique certior hoſtis proficiſcitur.*

7 *Vtrum vxorem duceret, an ſe omnino matrimonio abſtineret*] In manuſcriptis; *Vxorem duceret, an ſe omni matrimonio abſtineret? Vtrũ* quoque ſuperfluum eſt, ex annotationibus alicuius aſſutum. Eleganter enim aduerbium *an*, ſecundo loco ponitur, & priore intelligi- » tur Cic. Verrina 5. Errauit » an potius inſaniuit Apro- » nius?

8 *Qui ſe incurſu malorum obiicit*] Veteres libri, *incurſui malorum.* Recte.

9 *Remiſſum ab inferis Athenienſem Periclem*] Turpiſſime paſſim ſunt deprauata propria nomina in hoc auctore, ac plurima etiam falſo ſuppoſita à ſciolis, qui hoc opus vel corrigere, vel in compendium cõtrahere voluerunt, de quorum me hercle flagris digniſſima temeritate atque impudentia nuſquam non conqueri poſſumus. Superius apophthegma Xenocrati adſcribũt, quod Plutarchus & Stobæus Simonidi poetæ. Hic autẽ ab inferis reuocati Periclis nomen iniectũ cum Ariſtophanis in Ranis hanc ſententiam Æſchylo attribuat. Eius verba ſunt hæc:

Οὐ χρῆ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,

Μάλιστα δὲ λέοντα μὴν πόλει τρέφειν.

Ἢ ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Quos verſus eleganter Eraſmus tranſtulit:

*Catulum ne alas leonis in republica.*

*Ac maxime ipſum ne leonem alas ibi.*

*Quodſi quis alitus; obſequendum moribus.*

10 *At ille dum Alexandrum Macedonem Perſica ſalutatione gaudentem obiurgat, & ad Macedonicos mores inuitum reuocare beneuole perſeuerat*] Locus (vt ita dicam) non vno loco deprauatus gloſſematũ vitio, quæ paſſim ſemet ingeſſerunt impudentiſſime. Eiicienda in primis vox ocioſa, *beneuole*; quæ in Wincheliano & Campenſi non habetur, item legendum ex veterum librorum omniũ conſenſu; *Dum Alexandrũ Perſica Macedonum ſalutatione gaudentem.* Perſæ quidẽ ex more vetuſto ſemper proſtrati adorabant reges ſuos, igitur & Alexandrum victorem non inepte; ſed hoc idem fieri à Macedonibus, iiſque inſolentiis gaudere Alexandrum, indigne latum. Rurſum cum ita ſe vetus habeat lectio & deinde in Campenſi ſcriptũ ſit, *& ad Macedonum mores*, ne eadem vox faſtidioſe repetatur; puto fuiſſe olim in Valerio, *& ad maiorum mores*, atque gloſſographi deinde alicuius interpretationem, nempe vocem *Macedonum* fuiſſe ſuppoſitam.

11 *Nam vt illis infirmiora animalia retineri, valentiora tranſmitti, ita his humiles & pauperes conſtringi, diuites & præpotẽtes non alligari*] Addit in fine *videmus* liber Campenſis velut gloſſulam vltimo verbo ſuperſcriptam. Quod vocabulũ iſtic deſiderari, quiſq; ni fallor iudicabit.

12 *Sed neſcio an Annonis excellentiſſimæ prudẽtiæ conſilii.*] *Excellẽtioris* in Campenſi. Recte comparatione facta inter duos, Ageſilaum,

ſcilicet & Annonē, vt more ſuo exempla inter ſe cohæreant.

## CAP. III.

1 *Proximo deflexu ad vafri nomē progreſſum* ] In veteribus lib. aliquibus *vafre.* in aliis *vafrea*; quibuſdam *Vafriæ, vel Vafrinæ.* An vetus Deę nomen, vt Murcia, Strenia, Cunina, Furina, ſic Vafria vel Vafrina: videant docti, an ne lateat paronomaſia quædam.

2 *Vt quiſquis eam Auentinenſi Dianæ* ] In manuſcriptis, *Auentinienſi.* Recte. velut Hiſpanienſis, Sardienſis, quę cognomina eorum, qui ea loca ſeu prouincias incolunt, vt Soſipater lib. 1.

3 *Mactandam in Auentino ante aram Dianæ conſtituit* ] *Mactandam* in manuſcriptis abeſt, quæ vox proculdubio ex annotationibus alicuius aſſuta eſt.

4 *Quam proxima ſe aqua abluiſſet* ] In Atrebatenſi; *proximam aquam*, mendoſe. in aliis *proxima manus aqua.* verum rectiſſime in Cauchiano, *proximi amnis aqua.* Deſcendit itaque ex Auentino ad vicinum Tiberis alueum, vt ſe ablueret. Quod ipſum Liuius quoq; ſcribit.

5 *Ad ſe vocatos* ] Hæc verba cum in ſcriptis codicibus non habeantur, atque ſalua ſententia abeſſe poſſint, eradere viſum eſt.

6 *Ad oppugnandam Carthaginem aducturus* ] Manuſcripti libri, *aucturus.* Recte.

7 *Regredi controuerſia, quam progredi mallent* ] In manuſcriptis quinq; exemplaribus, *Regredi modo controuerſo*, Cicero Flacciana, « Voluiſti magnum agri modum cenſere. » Ita ſæpe modus pro agri menſura.

8 *Qui facti vix prudentis* ] In manuſcriptis *pudentis.* eleganter. hīc Terent. Heaut. Animi pudentis ſignū dixit.

9 *Aliquanto ſpecioſius ſententiis Saturnini Vetullionis* ] In Suſiano, Wincheliano & Pulmāniano; *Aliquanto ſpecioſius Saturnini Vitulonis.* Corradus legit; *Aliquanto ſpecioſius Sentii Saturnini Vetulionis.* Sed idem hoc narrat Appianus Alexandrinus de Pomponio quodam. Locus hic haud dubie cōtaminatiſſimus eſt, ac merito notandus aſteriſco; ſed nihil auxilii in exemplaribus eſt.

10 *Salubri conſilio* ] In Wincheliano & Colonienſi, *Salubris cōſilii aſtutia.* Melius.

11 *Infelicis animi impetum ſatietate licentis concubitus reſolutum* ] Elegātius in iiſdem codicibus, *Infelicem animi impetū ſatietate concubitus liciti reſolutum.*

12 *Aſinarium forte ſibi obuiam factum* ] Plenius in Atrebatēſi, Coloniēſi, Suſiano, aliiſq;; *Aſinarium forte ante omnes obuiam factum.*

13 *Sordida magorum dominatione Perſide oppreſſa* ] Veteres libri recte omittūt vocē *Perſide.* Res enim accidit Magis iam oppreſſis & occiſis, ac Perſide liberata.

14 *Sex reliqui ſummæ poteſtatis continuo equis delapſi, cādidati ( vt mos eſt Perſarum, &c.* ] Falſus eſt ordo, qui melior ac verior in manuſcriptis; *Sex reliqui ſummæ poteſtatis candidati continuo equis delapſi, vt mos eſt Perſarum, &c.*

15 *Demoſthenes ei patronus adfuit* ] Elegāter, *adfulſit*, in manuſcriptis; namq; præter ſpem adfuit, cum iā de ſuſpendio cogitaret. Sic fortuna adfulget, quæ præter ſpē propitia aduenit. Liuius lib. 30 « Et mihi talis aliquando fortuna adfulſit. »

16 *Mulier, inquit, parata eſt depoſiti fidē ſoluere* ] *Soluere fidem*, eſt rumpere fidem, Terentio in Andria. Rectius igitur veteres libri dicunt; *Depoſiti ſe fidē ſoluere*, vt ſoluere ſacramento.



17 *Annibal à Duillio conſule* ] In Suſiano, Colonienſi, & Pulmanniano optime; *Superior Annibal*, vt diſcernatur ſcilicet ab illo, qui ſequitur & bellum ſecundum Punicum geſſit, Amilcaris filio: Hunc Oroſius ſeniorē Annibalem vocat. Polybius & Zonaras Giſgonis filium appellant, qui primo Punico bello fuit dux quidē celebris, ſed infelix.

18 *Quendam ex amicis compoſitū & ornatum Carthaginē miſit* ] Locus etiam in ſcriptis exēplaribus contaminatiſſimus, qui neſcio an recte ſanari adhuc poterit. In Cauchiano & Wincheliano legitur, *Quendam ex amicis, compoſitum & ſubornatum.* in aliis omnibus, *Compoſitum & formatum.* forte legendum; *confeſtim informatum*, ſed quia nihil certi, nihil etiam mutare volui.

19 *Itidem Annibal Fabium Maximum* ] In Wincheliano & Colonienſi; *Idem Annibal*, male. In Atrebatenſi, & Gemblacenſi, & Campenſi, *Item Annibal*, conciſe; deeſt enim dictio, quæ remāſit in Pulmāniano & Suſiano, è quibus libris colligo, legendū eſſe; *Alter item Annibal &c.* Iam enim de Amilcaris filio loquitur.

20 *Inſidioſa adumbratio eius*] Vox *eius* ſuperflua eſt, neque habetur in Suſiano & Pulmanniano.

21 *Furius Camillus maximus dux*] *Maximus*, gloſſema eſt, quod Colonienſi & Wincheliano excluditur.

22 *Ad communionem ciuitatis vſq; penetrauerunt*] In Cauchiano plenius; *ciuitatis, quam vſq; cupierant penetrauerunt.*

23 *Quoniam apertius eſſe intellexerant*] Omnes libri veteres, *aptius*, legunt. Non inepte.

## C A P. IV.

1 *Illa vero calliditas egregia, & ab omni prorſus reprehẽſione procul remota*] Magis placet manuſcripta lectio; *Illa vero pars calliditatis egregia, & ab omni reprehenſione procul remota.* Cõcurſus enim aduerbiorum prorſus, & procul, non parum offendit.

2 *Quemadmodum cuncta in ſua manu haberet*] Elegantior Wincheliani lib. lectio, *Quemadmodum in ſua manu haberet vniuerſa.* Sic etiam in Colonienſi.

3 *Cauſam altius argumenti peruidit*] In manuſcriptis; *alterius argumenti.* malim, *altioris argumenti.*

4 *Et exitu feliciter prouiſum. Cum enim vrbe capta*] Non diſſecat orationem liber Campẽſis, & melius ita cohærebit ſententia; *Et exitu feliciter prouiſum, cũ vrbe capta Galli, &c.*

5 *In fame eorum repoſitam.*] Suſianus & Pulmannianus recte, *In fame obſeſſorum repoſitam.*

6 *Perquam callido genere cõſilii. Romani vſi vnico perſeuerantiæ*] Noua periodus, quæ ita rectius in Atrebatenſi, & quatuor aliis exemplaribus: *Perquam callido enim genere conſilii vnico perſeuerantiæ irritamento*, &c. Reliqua in vulgatis libris ſuperabundant.

7 *Quam ab vtriuſq; virtute proſterneretur*] In Suſiano, Wincheliano, & Colonienſi; *Quam ab vtriſque proſterneretur.* Optime.

8 *Punica calliditas Romana eluſa prudentia Annibalem Neroni, Aſdrubalem Salinatori decipiendum tradidit*] Falſa eſt oratio atque etiam manca, quam ita reſtituimus ex Suſiano & Pulmanniano, *Ita illa tota terrarum orbe infamis Punica calliditas fruſtrata fuit; Romana prudentia Annibalem Neroni, &c.*

9 *Agathocles autem Syracuſarum mœnia ſi tueri perſeueraſſet*] Inepte repetitur hic nomẽ *Agathoclis*, quod ex dictatis ludimagiſtri inſertum veram lectionẽ vitiauit. Placet igitur ea quæ eſt in Atrebatẽſi, Gemblacenſi & Cauchiano, *Age ſi Syracuſarum mœnia tueri perſeueraſſet.* Cuius item remanẽt indicia in Wincheliano & Campenſi.

10 *Quid Annibal Cannenſem pop. Roman. aciem ſpeculatus? nõne priuſquam ad dimicandũ deſcenderet, compluribus aſtutia complicatam laqueis*] Hæc multo elegantius in manuſcriptis libris, etiamſi nõnihil inter ſe variant, verã nihilominus lectionem præ ſe ferunt, & hanc ſciolorum temeritate deprauatam demonſtrant, atque hoc modo corrigendã eſſe; *Quid Annibal Cannenſi prœlio? nonne priuſquã ad dimicandum deſcenderet, aciem pop. Roman. complurIbus aſtutia implicatam laqueis, &c.*

## C A P. V.

1 *Epulum; epulo Romano*] Vox *Romano* è gloſſis inſerta eſt, exulat enim ex quinq; veteribus libris.

2 *Repulſa inde aberet notatus*] In Pulmanniano & Suſiano: *Repulſa inde notatus aberit.*

3 *Quocirca vrbs noſtra*] Ordine hæc cõcinniore ſunt in iã dictis codicibus; *Quocirca non vnius conuiuii numerum, ſed totam ſe in illis pelliculis iacuiſſe credens ciuitas, &c.*

4 *Is qui conſul Iugurthæ bellum indixit qui matrem Idæam, &c.*] Hoc loco plagæ vetuſtæ turpiſſimam videmus cicatricem ſciolorũ imperitia inductam, quam vix ipſe ſanaret Æſculapius ſine antiquorum exemplarium auxilio. Confunduntur enim hic tres Naſicæ, eorumque res inſigniores falſo ac perperam vni adſcribuntur. Ignarus hiſtoriæ ludimagiſter aliquis hunc locum fortaſſis iniuria temporis ante luxatum corrigere cupiens, verba quædam quibus hiſtoriæ diſcernebantur, velut relut ocioſa ac ſuperflua ſuſtuliſſe videtur, ac huic Scipioni cãdidato omnia attribuenda exiſtimans, vt forte mẽdoſus locus ex parte iam præ ſe ferebat. Verum non intellexit Valerium non hic vnius res geſtas, ſed totius eius domus præclariora ſtemmata adducere, vt mõſtraret, quam bene meritæ familiæ leui de cauſa repulſæ labem populus intulerit. Plagam denuo (inquies) aperuiſti, ſed adhibe nunc

remedium. Quod cum nihil iuuent manuſcripti codices, profecto difficile ac minime pręſens eſſe fateor; niſi illud ex ipſa ſumamus hiſtoriæ veritate. Quã paucis verbis interiectis ita, ſi cõiecturæ locus aliquis eſt, reſtituendam Valerio ſuſpicor. *P. autem Scipio Naſica togatæ potentiæ clariſſimum lumen, pater eius qui conſul Iugurthæ bellũ indixit, eiuſq; nepos, qui matrem Idæam Phrygiis ſedibus ad noſtras aras focoſq; migrantem ſanctiſſimis manib. excepit; is ipſe qui multas & peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuæ robore oppreſſit, cuius patre principe ſenatus per aliquot annos gloriatus eſt, &c.* Non video qua meliore via lectionis vulgatæ falſitas declinari poſſet. Sed iudicent docti: ipſe quidem nihil mutare ſine veterum librorum auctoritate volui. Cur autem exiſtimem de P. Naſica Serapione loqui auctorem, non paucæ ſunt rationes; quas in Annalibus noſtris in eius hac ædilitate latius expoſui. Iã reliqua quædam orationis verba ex codicibus ſcriptis vt emendemus, legendum ex omnium ſuffragatione, *togatæ potentiæ clariſſimum lumen:* non vt vulgo; *clarum.* Et poſtea, *Qui matrẽ Idæam Phrygiis ſedibus ad noſtras aras focoſq; migrantem* non, è *Phrygiis.* Agnoſcit κτητικὸν φρυγικὸς Stephanus de Vrbibus. Deniq; Cicero ſine præpoſitione, migrare domo, Verrina quarta dixit. Deniq; in exempli eiuſdem fine legendum, *Non patiendo eos a ſecuris peti;* idq; ex omnium veterum librorũ conſenſu. Impreſſi codices, *a ſcurris,* produnt perperam. Erat enim in illa Scipionis facetia quidem cõtumeliæ nonnihil, ſed nulla ſcurrilitas, quæ turpitudinem atq; obſcœnitatem amat.

5 *Et cenſor factus eſt, ampliſſimum etiam dignitatis gradum obtinuit*] Elumbis atq; gloſſematibus fracta oratio. Elegantior atque breuior in Wincheliano & Cauchiano: *Bis conſul & cenſor factus ampliſſimũ dignitatis gradũ obtinuit.* Æque probanda quæ in Colonienſi eſt: *Bis conſul & cenſor factus eſt: gradumq; dignitatis ampliſſimũ obtinuit.*

6 *Conſulatus repulſa afflictum*] In Suſiano, Pulmanniano, atque Atrebatenſi legitur; *Conſulatus repulſa afflatum*, Eleganti formula loquendi, in qua item ſignificatione vocabulo ambuſtus,



buſtus, vſi ſunt veteres. Liuius indifferenter has dictiones vſurpat. nam afflati incẽdio dixit lib. 30. & ambuſtus damnatione, lib. 22.

7 *Eundem de Pſeudophilippo triumphantem, &c.*] Non diſſimili qua prius audacia in hunc quoq; locum graſſati ſunt ſcioli. Conſtat enim Q Metellũ Macedonicum triumphaſſe de Pſeudophilippo, bellumque Achaicum geſſiſſe ex prætura priuſquam conſulatum peteret. Atqui hæc verba ſonant, poſt repulſam conſulatus triumphaſſe, Achaicũque bellum profligaſſe Metellum. Quod plane falſum eſſe vel ſolus auctor, qui de viris illuſtribus ſcripſit, ab unde docet c. 61. Hoc pacto nobis bonos auctores deformauerunt gloſſographi. Veræ tamen lectionis veſtigia quędam remanſere in Campẽſi libro, cuius initium tale hoc modo proſequendum opinor; *Quem de Pſeudophilippo triumphantẽ vniuerſus ſenatus lætum & alacre in Capitolium proſequutus erat. Achaici etiam belli cui ſummam manũ L. Mummius adiecit, maxima pars ab hoc viro profligata fuerat.*

8 *Cui mox duas clariſſimas prouincias aut daturus erat, aut debiturus, Achaiam & Macedoniam*] Nõ dabat tũ prouincias populus, ſed eas ſenatus decernebat magiſtratibus ſortiendas. Alia eſt lectio in Campenſi ſic; *Cui mox duas clariſſimas prouincias aut debiturus erat, aut debiturus.* Mendoſe, legendum enim puto, aut *debebat*, aut *erat debiturus.* Debebat enim illi Macedoniam, cum negaret conſulatũ, & debiturus mox erat Hiſp. citeriorem, quam poſt conſulatum Celtiberis ſubactis in poteſtatem redegit. Hinc pulchre L. Florus libro II. cap. 17. Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat & Celtibericus fieri. Nomina vero prouinciarum quæ ſequũtur in vulgatis exemplarib. Achaia & Macedonia ſcilicet, in Campenſi eraſa ſunt, & non male profecto, cum ex falſis annotatiunculis ſint fortaſſis aſſuta.

## CAP. VI.

1 *Senatus auctore Tib. Graccho conſule cenſuit*] Legendum; *Senatus auctore Tib. Graccho coſ. deſign. cenſuit*, vt in Campenſi.

2 *Per trib. pleb. apud populũ lata rogatione*] In Cauchiano aliiſq; *ad populum*, receptiſſima apud antiquos formula.

3 *Vbi niſi tutiora conſilia legeris, ſpecioſa ſequenti concedendum eſt*] In Campenſi aliiſque, *Niſi tutiora legerit conſilia, ſpecioſa ſequenti cōcidendum eſt.* Recte.

4 *Vrbem noſtram vehementer contudit, vt opera M. Iunii dictaturam reipublica adminiſtrantis*] Elegantius in Atrebatenſi aliiſque veteribus; *Vehementer confudit vt M. Iunii opera dictatura rempublicam adminiſtrantis.*

5 *Adiudicatorum etiam*] In manuſcriptis libris, *addictorum*, legitur. Addicti proprie autem dicebantur, qui in temporariam ſeruitutē propter debita creditoribus ſentētia prætoris addicebantur, qui alio nomine nexi vocabantur, vt Varro de lingua Plaut. Pœnul.

*Vbi in ius venerit,*
*Addicet prætor familiam totam tibi.*

6 *Tam multo ſudore & ſanguine in poteſtatem redactas*] Melius in Suſiano & Pulmanniano; *in ius & poteſtatem redactas.*

7 *Paucis verbis, ita ſcilicet neceſſitate iubente, dimiſit*] In manuſcriptis; *Te ſcilicet neceſſitate iubente.* Elegans apoſtrophe, quam & in ſequenti exemplo perſequitur.

8 *Caſilinum moderatum virtute, clarum perſeuerantis amicitiæ pignore*] Mendoſus locus qui ita correcte in Campenſi, Gemblacenſi & Atrebatenſi; *Caſilinum modo raro virtute*, In Wincheliano, Colonienſi, Suſiano & Pulmanniano, *Modo rara virtute clarum*, Quæ lectio item non diſplicet

9 *Sed credo deorum prouidentia effectum, vt & venditori, &c.*] Verba *effectum vt*, non male omittuntur in manuſcriptis

10 *Sed teterrima neceſſitatis truculenta manus illi conſulto ſtylum ſuum impreſſit*] In manuſcriptis hæc denuo per apoſtrophen, non inepte; *Sed tua teterrima neceſſitas truculēta manus illi conſulto ſtylum impreſſit.*

11 *Diui Iulii exercitus, id eſt, inuicti ducis inuicta dextera*] In Atrebatenſi & Gēblacēſi correctius: *idem inuicti ducis, &c.*

12 *Vt ſex milibus denariis ſingula vaſa olei, frumentiq; modiis tot dē mancipia permutarentur*] Longe alia eſt lectio in Pulmanniano, Suſiano & Atrebatenſi, meoque iudicio verior, atque correctior: *Vt à muttiuis, ſingulis olei frumentiq; modiis totidem mancipia permutarentur.* Librarii perperam



perā ſcripſere, *milibus*, pro *muttiuis*, ſcioli addidere gloſſas, locumq; pro iudicio ſuo deprauarunt.

13 *Eā quem aliquis in acie hortaretur*] Suſianus & Pulmannianus per interrogationem proferunt hoc modo, *Eamne vnquam aliquis in acie hortaretur?* Iuuentutem intelligit. Sequitur locus aſteriſco notandus, quē non intelligo. *Quia plus vindicatus, &c.*

C A P. VII.

1 *Adoleſcens domum petit, errore patris impudentia amicorum domum ſibi clauſam repperit*] Inepta repetitio eiuſdē dictionis. Quare melius in Suſiano & Pulmanniano; *Adoleſcens reuerſus domum errore patris, impudentiaq; amicorum ſibi clauſam repperit.*

2 *Teſtamento etiam vtroque præterito*] v. c. *Teſtamento etiam vtrumq; præterit.*

3 *Si ipſa æquitas hac de re cognoſcere potuiſſet, iuſtiuſne aut gratius pronunciaret*] In Cauchiano hæc eleganter, *Si ipſa æquitas hac de re cognoſceret, poſſetne iuſtius aut gratius pronunciare?*

4 *Cuius polluto iam corpori*] In Atrebatenſi, Gemblacenſi, Cauchiano, Colonienſi & Campenſi, *pollincto*, legitur. Atq; elegantiſſime. Eſt enim, pollincire, Plauto, aliiſq; veteribus, cadauera vngere, & Pollinctores vocantur funerum curatores. vt in Pœnulo.

*Quod mihi pollinctor dixerat, qui eum pollinxerat.*

Pollinctum igitur corpus ſenis appellat morti & rogo vicinum.

5 *C. Calpurnii Piſonis præfecti vrbis*] In Atrebatenſi & Campenſi recte, *pr. vrb.* id eſt, prætoris vrbani.

C A P. VIII.

1 *Filius etiam Aphroniæ ex admodum amplo patrimonio viginti nummos legauit*] Hæc multo correctius in Wincheliano aliiſque manuſcriptis, *Filiis autem Afraniæ ex ſuo admodum amplo patrimonio viginti milia nummum legauit.*

2 *Aphronia tamen cum ſorore ſacramento contendere noluit*] Legendum; *Afrania tamen cum ſorore ſua, &c.* Quid ſit ſacramento contendere, & quo ritu hoc fiebat, pulchre M. Varro De lingua Latina libro 4.

3 *Neque ſanguine Rhegino pares*] Quatuor exēplaria, *ſanguine patrio*, legunt. Wincheliānum; *paterno.*

Atrebatenſe, *pagino*; mendoſe; ex qua voce quidam *Rhegino* feciſſe videntur verum vt hic à patre, patrius ſanguis dicitur, ita & à Cicerone patrius mos, & à Lucretio poeta, patrius pauor. libro 3.

*Doltes vulpibus & fuga ceruis*

*A patribus datur, & patrius pauor incitat artus.*

4 *Nimirum conſternatio animum eius tranſuerſum egit.*] Mutilatam ſententiam perpolierunt poſtea ſtudioſi. Quæ ſic integra remanſit in veteribus quinque exemplaribus, *Nimia conſternatione qua animum eius trãſuerſum egit deprauatus*.

5 *Quos O. pius vir diligens*] In Gẽblacenſi; *Quod ſocius*. male. In Atrebatenſi; *Quo ſocius*. Legendum, *Quos ſocius*; vt eſt in Colonienſi.

6 *Senator populi Romani Curia egreſſus, homo vitæ fructibus cõtinuo cariturus ſanctiſſima iura familiaritatis*] Magis placet vnius v.c. lectio quæ totam periodum reddit dilucidam. Nã ſic habet in quarto caſu, *Senatorem populi Rom. Curia egreſſum homo vitæ f. c. cariturus; ſanctiſſimaque iura familiaritatis, &c.* Ait enim Valerius, nil inhoneſtius fuiſſe; quam ſenatorem è curia venientem & ſanctiſſima familiaritatis iura ſugillanda ſibi deſumere; & nil intempeſtiuius, quam hominem mox moriturum fallere & illudere, vt tum fecit Popillius ille.

# STEPHANI PIGHII ANNOTATIONES

## In *VALERII MAXIMI* *Librum VIII.*

### *CAP. I.*

1 *Quam in Originibus retulit*] Melius *in Origines*, quemadmodum Cauchianus, Gemblacenſis ac Atrebatenſis habent. Et Cicero eodem modo dixit in Bruto, velut Liuius, in Annales; non ſecus ac referre in tabulas dicimus.

2 Et



2 *Et Galli ſanguine coniunctum filium*] Veteres libri, *Et Galli ſanguine ſibi coniunctum filium.* Tullius de Oratore primo, C. Sulpicii Galli propinqui ſui filium pupillum in humeros extuliſſe ſcribit.

3 *Et qui iudicabant, ira percit pœnam homines cupide expectabant*] In manuſcriptis; *ira præcipiti pœnam hominis cupide expetebant*. Eleganter.

4 *Quæ conſcia certa ſynceritatis ſuæ*] Libri ſcripti habent; *Quæ conſcientia certa ſynceritatis ſuæ*.

5 *Q. Flauius à C. Valerio ædile apud populum reus actus*] In Pulmanniano & Suſiano. *Q. Flauius Augur* appellatur.

6 *Tam bona conditione vti non potuerit*] Magis placet Wincheliana lectio, atque Colonienſis; *Licet tam bona conditione vti non potuerit; tamen propter vetuſtiſſimam nobilitatem, &c.* vt ſit noua periodus.

7 *Tum eos acrius impugnauit, profuit*] *Impugnat*, In Atrebatenſi & Cauchiano, recte. In aliis, *impugnaret*.

8 *L. Scipio Æmilianus Cottam apud populum accuſauit*] Perperam hoc loco Scipioni Æmiliano prænomen Cottæ eſt attributum. Vel tonſoribus enim notum eſt P. Scipionem appellari debere, quemadmodum etiam vocatur in Campenſi libro, atque in Wincheliano, non male; *P. Scipio Africanus*. Sed quid? Cotta ad populum accuſatus? Minime. Non enim niſi magiſtratus (quod & vir doctiſſimus Carolus Sigonius obſeruauit) accuſare ad populum ſolent. Itaque ſcribendum, velut in Atrebatenſi codice legitur, *L. Cottam ad prætorem accuſauit*, non *apud populum*, vt vulgo. P. Scipio autẽ priuatus accuſauit Cottam, cum iam bis cõſul & cenſor fuiſſet, vt teſtatur Cicero de Diuinatione, atque item in Muræniana, "Bis conſul fuerat (inquit) P. Africanus, & duos terrores huius imperii, Carthaginem Numantiamque deleuerat, cum accuſauit L. Cottam." Poſt ſecundum vero conſulatum P. Africanus nullum magiſtratum geſſit; debuit itaque priuatus accuſaſſe, atque non ad populum, ſed ad prætorem de repetundis. Iã enim multo antea quæſtiones perpetuæ erant conſtitutæ, ſicut ex noſtris annalibus manifeſtum eſt. Error autem preue-

nit in Valerii exemplaribus ex literis ſingularibus quæ adhuc remanēt in Pulmanni libro, in quo ſcriptū *apud pr.* indoctus librarius legit, ſcripſitque *apud populum Romanum*, quæ lectio adhuc reſtat in Campenſi exēplari. Reſtituendū igitur hoc pacto locus, *P. Scipio Aemilianus L. Cottam ad prætorem accuſauit.* Oſtendit inſuper ita legendū eſſe Valerius ipſe in fine exempli, vbi & iudicum mentionem facit, quemadmodum & Cicero in Murænæ niana: Nolebant (inquit) ſapientiſſimi homines, qui tum rem illam iudicabant, ita quenquam cadere in iudicio, vt nimiis aduerſarii viribus abiectus videretur. Quod imitatur Valerius cū dicit, *Quia homines verebantur.* Sed malim vt in Campenſi, *Quia homines ſapientiſſimi verebantur.*

9 *Se ob amorem pueri ſui eo eſſe perductum*] Veteres libri habent, *pueri ſerui.* Recte.

10 *Sed crimen libidinis cōfeſſio intemperantiæ liberauit*] In Campenſi, *Sed crimē adulterii libidinis intemperantis confeſſio liberauit.* Elegantiſſime.

11 *Et inſuper ei pœnas adiectas pependit*] In Atrebatenſi, Wincheliano, Colonienſi & Campenſi, *addictas.*

12 *Suffragiis eum tota concio oppreſſit*] In Pulmanniano & Suſiano, *tota cognatio*; ſed rectius in Atrebatenſi; *tota cognitio*, legitur. Cognitionem vero pro iudicum collegio ponit. Damnatus enim fuit, vt ex Cicer. Rabiriana intelligimus, non à cōcione populi; ſed ab equitibus Romanis, penes quos tunc temporis erāt iudicia.

13 *Quam inſontem crimine, quo accuſabatur votum impium ſubuertit*] Eradenda puto verba, *quo accuſabatur*; quæ haud dubio ex gloſſemate ſunt aliquo inſerta. Ob nullum enim crimen accuſata fuit Claudia, ſed ob petulantem linguam atque improbum dictum mulctata, vt in noſtris Annalibus latius.

14 *M. Militius*] In Atrebatenſi aliiſque veteribus libris *M. Muluius.* Recte. Inde nomen ponti Muluio; vt apud Ciceronē ad Atticum 13. Vnde & Muluiana pira dicta, vt apud Plinium.

15 *Quorum alterum vltione, alterum abſolutione non dignum iudicatum eſt*] Multo rectius hæc in Pulmanniano & Suſiano; *Quorum alterum vltione dignū; alterum abſolutione non dignum iudicatum eſt.* Ait enim ex duobus parricidis veneficiū vltione dignum quidem fuiſſe; cędem vero non dignam abſolutione. Quam ſententiam ex vulgata lectione non colliges, cum dicat alterum parricidium, nempe veneficium, vltione nō dignum fuiſſe.

16 *Poſt centum annos ad ſe reuerti iuſſerunt*] in Campenſi, mendoſe item *adeſſe reuerti iuſſerunt.* Hinc colligo gloſſema eſſe *reuerti*, atque auferri poſſe. Gellius eandem ex Valerio noſtro referens hiſtoriā, ita quoque dixit: Centeſimo anno adeſſe iuſſerunt.

17. *Inexplicabilem cunctationem mutabant*] v. c. *inuitabant.*



CAPITE II.

1 *Quorū magis æquitas quæſtionum*] Lege, *Quærentium*, ex Suſiano & aliis.

2 *Arbitrum cum Claudio adduxit, vt formulam daret, quid ſibi de ea re facere oporteret*] Malim vt in Campenſi, Gemblacenſi, Atrebatenſi & Cauchiano, *Arbitrum Claudio adduxit & formulam, Quicquid ſibi dare, &c.*

3 *Publicæ quæſtioni iudicandum reliquit*] In manuſcriptis; *vindicandum.* Melius.

4 *Seductum Titinium monuit*] In Pulmanniano, Colonienſi, Suſiano, & Wincheliano, *Subductum Titinium*, legimus. Recte. Eſt enim ſubducere, clanculū ſegregare.

CAPITE III.

1 *Ameſia prætoris ſententia rea*] Locus mendoſus, qui in pleriſque ſcriptis libris, *Ameſia ſententia rea.* In Wincheliano, *Ameſia Sentia rea.* vbique vox *prætoris*, omittitur.

2 *Motusq; omnes ad neruos defenſionis*] Multo elegantius hæc in manuſcriptis, *Parteſque omnes ac numeros defenſionis.*

3 *Caia Afrania Licinii Bructionis vxor*] Colonienſis & VVinchelianus muliebre prænomen omittentes correctius hæc produnt; *Afrania Licinii Buccionis ſenatoris vxor.* Atque eodem modo Cauchianus aliique fere omnes manuſcripti, *Bucciones à bucca dicti*, quemadmodum Labeones à labiis.

4 *Non quod aduocatis deficeret*] in veteribus libris, *aduocatis deficiebatur.* Cic. Cluentiana: Conſilio ac ratione deficitur.

5 *Ad C. Cæſarem tertium itemque M. Seruilium Conſulem*] Mendoſe citantur hi conſules, ſicut ex annalib. noſtris conſtabit. Hoc autem loco ſunt ita reſtituēdi, *Ad C. Cæſarem iterum, atque P. Seruilium conſules.* Quod etiam ex manuſcriptis fere colligere eſt.

### Capite IV.

1 *Cum in hanc ſuſpicionem veniſſet*] Dictio *hanc*, ocioſa eſt, nec habetur in Vvincheliano.

2 *Septies tortus*] in ſcriptis libris omnibus, *ſexies* legitur.

### Capite V.

1 *In Q. Pompeium Aufidium*] Lege vt in Gemblacēſi, Atrebatenſi, Campenſi, & Vvincheliano, *In Q. Pompeium A. F.*

2 *C. Cornelii maieſtatis rei non modo teſtes onerarunt, ſed etiam ſalutem negantes illo incolumi ſtare remp. poſſe depopoſcerūt*] Hæc in manuſcriptis per interrogationem, atque ordine etiam commodiore, *C. Cornelii maieſtatis rei quam non onerarunt tantummodo teſtes ſalutem, ſed etiam negantes illo incolumi ſtare remp. poſſe, depopoſcerunt?*

3 *Illo ſacrilegium & flagitium*] Melius in Colonienſi & Arrebatenſi, aliisque ſine copula, *illo ſacrilegum flagitium?*

4 *Ac per ſummam inter patronorum pariter & accuſatorum admirationem ſic orſus*] In Campenſi, VVincheliano, Colonienſi, & Atrebatenſi, *Ac inter ſummam patronorum pariter & accuſatorum admirationem ſic orſus eſt.* Optime.

### Capite VI.

1 *Ampla ab eo relicta latifundia*] In Campenſi, *Amplā ab eo relictam pecuniam latifundiaque.* Atque eius lectionis quædam indicia ſunt in Vvincheliano, Atrebatenſi, & Gemblacenſi. In Colonienſi vero ſic habemus, *Amplam ab eo relictam ſibi pecuniam feſtinanter conſumpſit.*

2 *Ad auxilium ſeruorum pileo ſuperlato confugit*] In manuſcriptis, *pileo ſublato.* Correcte.

3 *Legem aduerſus interceſſionem collegarum prorogauit*] In Atrebatenſi codice, *perrogauit.* Optime.

### Capit. VII.

1 *Quæ cum perfectiſſima ſit virtus duramento ſui confirmatur*] Dilucide atque elegāter in Cauchiano, Cāpenſi & Vvincheliano, *Quæ cum perfectiſſima ſit virtus, eam tamen duramento ſui confirmat.* Quæ duo verba in vulgatis lib. deſiderātur, vt etiam in Atrebatenſi, in quo tamē *cōfirmat* legitur.

2 *Humanæ vitæ exemplo, & ſpacio nominandus*] In Campenſi; *Humanæ vitæ exemplum ætatiq; ſpatium.* Vox *nominandus* non habetur. quam tamen facile fero. Tradit autem Plinius l. 29. cap. 4. M. Varrorem ætatis anno LXXXVIII. adhuc ſcripſiſſe de aſpidibus. Idem Varro de hebdomadibus ſcribens ſe quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas librorum conſcripſiſſe. Ex quibus aliquandiu cum proſcriptus eſſet, direptis bibliothecis ſuis nō comparuiſſe, vt apud Gellium libr. 3. cap. 10. Proſcriptus quidem fuit à triumviris, tāquam iniquus dominatui, verum ſeruatus amicorum opera, vt Appianus auctor eſt Ciuilium quarto. Mortuus autem poſt bellum Actiacum fere nonagenarius, vt Euſebius in Chronico.



3 *Publius vero ſenator, & Lucius Pontius eques Romanus*] Propria nomina, vt paſſim, ita & hic ſunt corruptiſſima. In manuſcriptis quatuor exemplarib. *P. vero ſenator, & Lupus Pōtius.* Sed qui ſolo prænomine cognoſci ſenator ille poterit, cuius ne ſemel quidem antea meminerit? Sed ita temere detruncarunt auctorem hūc Librarii de reipſa parum ſolliciti. In Pulmanniano, Paulus appellatur, ex quo ad minus colligimus, ex Æmilia ipſum fuiſſe gente.

4 *Namque alii incommodo perculſi ſeceſſum petunt*] Sed quonam incommodo non dicit. Legendum itaque; *Namq; tali incommodo perculſi.* Sic enim in Campenſi, in quo item ſequēti verbo additur copula *ſic*, duplicantque tenebras.

5 *Patientia duratis auribus in actionibus vteretur*] Verba *in actionibus* VVinchelianus codex nō haber. Itaque duplex eſt eius loci lectio, hæc ſcilicet Vvincheliana, *Patientia duratis auribus vteretur*, non quidem contemnenda; verum altera non minus elegans, quæ in codicibus omnibus dempto Vvincheliano reperitur, *Patientia duratis*

*actionibus vteretur.* Eſt autem actio ipſe oratorius geſtus, tam in pronunciatione, quam in motu corporis conſiſtens: atque vt ipſe Cicero in oratore definit, quaſi corporis totius quædam eloquentia, cum conſtet è voce atque motu, quam in dicendo vnam dominari affirmat libro 3. de Oratore. Tales igitur ſuas actiones Demoſthenes patientia ac labore durare ac ſtabilire voluit, vt contra clamores ac fremitus obſtrepẽtis populi cõſtantes ac firmas haberet.

6 *Et vniuscuiusque rei proprietatem & effectum* ] Legendum ex libris manuſcriptis, *Et vniuscuiusque vim, proprietatem, & effectum.* Non enim vniuscuiusque rei, ſed ſyderis vel ſtellæ vim, proprietatem & effectum à Magis didiciſſe Pythagoram ſcribit.

7 *Docili animo ſumſit*] In Cãpenſi & Pulmanniano, *ſcripſit.* male in aliis *ſerpſit*; At in Cauchiano, & in Colonienſi, *Docili animo hauſit.* In Vvincheliano autem, *hauſit*, vel *ſorpſit.* Vnde colligo vnum alterius eſſe interpretamentum è gloſſis adiunctum. Vtroque tamen verbo vtitur metaphorice & Cicero, Philipp. 11. „Quid eum non „ſorbere animo, quid non „haurire cogitatione, cuius „ſanguinem non bibere cẽ„ſetis.

8 *Maximam toti Græciæ admirationem ac ſpecimen exhibuiſſet* ] Veteres libri habent; *Maxima totius Græciæ admiratione ſpecimen exhibuiſſet.*

9 *Non ſe ſapientem (iam enim illud ſeptem ſapientes viri occupauerant) ſed amatorem ſapientiæ, id eſt, Græce φιλόσοφον edidit*] Locus turpiter ſciolorum annotatiunculis maculatus, qui purior remanſiſſe in VVinchel. & Colonienſi videtur, *Non ſe ſophum (iam enim illud ſeptem excellentes viri occupauerant) ſed philoſophum eſſe reſpondit.*

10 *Cuius ardentem rogum plenum venerationis oculis Metapontus aſpexit, operum Pythagoræ quam ſuorum cinerum nobilius clariusve monumentum* ] Correctius hæc in libris manuſcript. maxime in Suſiano; *Cuius ardentem rogum plenis venerationis oculis Metapontus aſpexit, oppidum Pythagoræ quam ſuorum cinerum nobilius clariusve monumento.*

11 *Sub capite Sophronis numeros habuiſſe fertur* ] Lege, *Sophronis mimos*, quemadmodum



eſt in Atrebatenſi, & VVincheliano aliisq;. Fuit enim mimographus Sophron, velut teſtantur Diogenes Laertius in vita Platonis, & Suidas.

12 *Epulum dare facile potuerit* ] Manuſcripti codices, *ex facili* habent. Sic etiam Plinius libro 3. Eorundem cinis exeſis dentibus iniectus; ex facili eos cadere cogit, id eſt, prompte & ſine moleſtia.

13 *Temperato inter ſtudia animo*] Vox *animo* plane reiicienda eſt, à ludimagiſtro aliquo inepte aſſuta; quæ item exulat è libris veteribus.

14 *Quantum in oppreſſis Syracuſis hoſtis reponens*] Libri manuſcripti vocẽ *hoſtis* nõ habent, & abeſſe poteſt.

15 *Noli, inquit, obſecro iſtum circulum diſturbare*] Dictio *circulum* ex gloſſemate item irrepſit in contextum, vt ſcripti libri demonſtrant. Formas metricas traxiſſe eum in puluere ſcribunt Liuius, & Plutarchus; non determinate circulos.

16 *Cœptum ante quadrageſimum λογικῶν*] Melius in veteribus libris: *Cœptum vnde quadrageſimum.* De Chryſippi libris, vide quæ Diogenes Laertius.

17 *Idq; ignotum eſſe poſteris filius Sophoclis noluit Sophon* ] Legendum *Filius Sophoclis Iophon noluit.* Ita eum appellat Suidas, Ἰοφῶν (inquit) Ἀθηναῖος τραγικὸς υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγῳδοποιοῦ γνήσιος ἀπὸ Νικοστράτης, Aſtipulatur Suidæ Laertius.

18 *Per ſummam namque iniquitatem patria pulſus*] In manuſcriptis, *Per ſummamque iniquitatem.* Recte. nam copula requiritur, non cauſalis, vt Grammatice loquar.

## Capite VIII.

1 *Ocium quod induſtriæ, & ſtudio maxime contrarium videtur, præcipue ſubnecti debet* ] In Cauchiano, Colonienſi aliisque, *Et maxime ſtudio contrarium videtur, ſubnecti breuiter debet.*

2 *Ne proprie vitam inertem exigant* ] Vox *proprie* abeſt in VVincheliano, Colonienſi & Cauchiano, in quibus ita, *Ne vitam eneruem exigant.*

3 *Vagas littoribus conchulas & calculos lectitaſſe* ] In VVincheliano, *conchulas & vmbilicos.* Nec male meo iudicio, nã altera vox huius eſt gloſſema perperam inſertum cõtextui Valeria-

no. Librarii non intelligẽtes vocabulum, eius loco interpretationem ſcribere maluerunt. Deſumptum enim ex Cicerone hoc exẽplum, qui de Orat. libr. 2. » ait, Ita ſolet narrare Scæ» vula conchas eos & vmbi» licos ad Caietam & Lucri» num legere conſueuiſſe. Vmbilicos à forma vocat paruos ac rotundos calculos in littore ſparſos. Si credẽdum collegii Atrebatenſis exemplari, Valerius *non vmbilicos*, ſed *obeliſcos* dixit; atque ab obelorum ſimilitudine ſic appellaſſe videtur teretes & oblongos lapillos, non ſecus ac rotundos Cicero vmbilicos. Quæ lectio non minus arridet, quam Vvincheliana. Diſcrepant in nominandis locis hi auctores, niſi in alterutro ſit error, Caietam & Laurentum prodit Valerius; pro Laurẽto Lucrinum Cicero. Qui locus Caietæ vicinior eſt.

4 *Aleæ quoque & calculis vacaſſe interdum dicitur*] In Campenſi, Gemblacenſi, Vvincheliano, & Atrebatenſi melius; *Alueo quoque & calculis*. Nam alea inhoneſta eſt.

5 *Vt enim in rebus ſeriis Scæ vulam; ita & in ſcurrilibus luſibus hominem agebat*] Quomodo? ſcurrilibus ne luſibus delectabatur Scævula vir grauiſſimus? Sane ſuſpectus eſt locus. Scripti libri quinque *in ſcenis luſibus* produnt. Pulmannianus, *inſenis*. Coniice lector quid eſſe velit. Forte legendum, *inſeriis luſibus*, id eſt non ſeriis. Adfuit interpres, qui *puerilibus* explanauit, quod deinde mutatum in, *ſcurrilibus*.

### Capite IX.

1 *Diſtrictos iam & vibratos gladios* ] In manuſcriptis, *Deſtrictos iam & vibrantes gladios*.

2 *Siquidem maxima tunc eloquentia queſta eſt* ] In Atrebatenſi, & Cauchiano, *Maxima tunc vis eloquentiæ queſta eſt*.

### Capite X.

1 *Conſtat Æſopum Roſciumque ludicræ artis peritiſſimos*] In Cauchiano & Vvincheliano, *itaque conſtat Æſopum & Roſcium ludicræ artis peritiſſimos viros*. Numeroſiore periodo.

2 *Reſpondit* ὑπόκρισις ] Campenſe exemplar circumlocutione Latina rem exprimit hoc modo, *ſi nihil dixeris non optime ſcitum*. Forte legendum itaque; *Reſpondit* ἡ ὑπόκρισις, hoc



*hoc eſt, ſi nihil dixeris non optime ſcitum*.

### Capite XI.

1 *Et cum forte mane vterq;*] In veteribus libris, *Eo cum forte mane*; Melius, vt referatur ad diem Iduum Martiarum.

2 *Trepidare ciues ſuos vacuo metu paſſus eſt* ] In manuſcriptis correcte, *Vano metu*.

3 *Ita tamquam certã propriamque dei notam* ] In Atrebatenſi & Cauchiano; *Ita tamen certam*.

4 *Itaque pictura eius aruſpicis, & amici, & fratris lachrymis madet* ] In Chauchiano melius, *& amicorũ*. Vlyſſem namq; & Aiacem intelligit.

### Capite XII.

1 *Et auctorem & diſputatorem optimum eſſe* ] In VVincheliano, *& actorem*. » Cicero in Bruto, Et actori » ſummo cauſarum & ma» giſtro.

2 *Q. Scæuola clariſſimus legum vates, & certiſſimus, quotieſcunque de iure prætorio conſulebatur* ] Hæc meliore ordine & correctius in manuſcriptis, *Q. Scæuola legum certiſſimus, & clariſſimus vates, quotieſcunque de iure prædiatorio conſulebatur*. Sic etiã Cicero in Balbiana, Cum de iure prædi- « atorio conſulebatur. «

3 *Qui conductores ſacræ aræ modum ac formam eius ſecum ſermone conferre conatos*] In Atrebatenſi, Vvincheliano & Pulmanniano; *De modo ac forma eius ſecum ſermonem conferre conatos*. Sed quænam hæc ara tanti moliminis ac operis, vt de eius ſtructura concipienda tot conſiliis fuerit opus? Locus valde mihi ſuſpectus eſt. In Vvincheliano, *conductores via ſancta* legitur, atque etiam mendoſe, ni fallor; nam puto legendum eſſe, *conductores ſacræ arcis*, vt intelligamus auctorem loqui de arce Mineruæ celeberrimo atque magnificentiſſimo Athenarum ædificio, cuius ſæpe meminit Pauſanias in Attica, in ea omnium ſanctiſſimum Mineruæ ſignũ de cœlo delapſum dedicatum fuiſſe ſcribens. Meminit eius item noſter Valerius lib. 5. cap. 3. & lib. 3. cap. 1.

### Capite XIII.

1 *Et noſtra ornata mentio defuiſſe exiſtimetur* ] In manuſcriptis recte, *Et noſtra ornata, &c.* In Suſiano & Pulmanniano, *Noſtra ornata mentio, &c.*

2 *Cuius inter primum & ſextum conſulatum quadraginta ſex anni interceſſerũt*] In Campenſi & Cauchiano, *quadraginta & ſeptem.* Bene ac numerate, tot enim annos ponunt inter primum & vltimum M. Corui conſulatum faſti Capitolini.

3 *Quos in ſenatu rogauerat*] Veteres libri ſic, *Quos in ſenatum conſul vocauerat.* Malim tamen vt Plinius, qui hoc exemplum à Valerio mutuaſſe videtur, *quos ſententiam conſul rogauerat.* vel *quos in ſenatu conſul rogauerat.*

4 *Et Clodia Auli filia*] In Atrebatẽſi, Suſiano, & Pulmanniano, *Clodia Aulifi* mendoſe, ſed puto legendum *Aufilii.* Nam Plinius Clodiã Ofilii vocat, quod idem eſt. Formula loquendi antiqua eſt, qua mulieres adiunctis maritorum nominib. notabantur. Sic Liuii Rutilii, ſupple vxor, Terentia Ciceronis, Iulia Pompeii, Cæſilia Craſſi, Calpurnia Cæſaris.

5 *Quindecim filiis ante enixis*] Plini. quoque enixam quindecies ſcribit, verum Campenſis, Gemblacenſis aliique veteres libri; *Quindecim filiis ante amiſſis* legunt. Quam lectionem probare malim, non enim hic fœcunditatis exmpla quærimus.

6 *Ac ſi quid agi à ſedente*] Veteres libri, *agere aſſidentem.*

7 *Quo minus ſenectute ageret*] In Suſiano & Pulmanniano; *Cum ſenectutem ageret.* In Atrebatenſi, *Quum illius ſenectutem ageret.* Sed legendum exiſtimo, *Quum illam ſenectutem ageret.* Ita Cicero ad Atticum, Agere quietam ſenectutem dixit, libro 14.

8 *Cum ad imperium ſexaginta annos natus acceſſiſſet*] Manuſcripti codices, *quadraginta annos*, prodũt; quemadmodum & Plinius, & Cicero in Catone. Lucianus ex Anacreonte, ni fallor, poeta centum quinquaginta annos vixiſſe Arganthoniũ tradit, ſed puto Valerium ſequi in his Cic. & Plinium vtroſque.

9 *Centum illum & triginta annos expleuiſſe commemorat*] Lege, vt in Suſiano & Pulmanniano, *Centũ illum & viginti annos expleſſe.* Aſtipulantur enim huic numero Herodotus, & alii iam dicti auctores Cic. & Plinius.

10 *Et ipſe numeroſæ viuacitatis haud paruum exemplum*] Inepte dictum numeroſa viuacitas, cũ proprie ſignificet naturalem viuendi vigorem numeri non capacem, cum in ſingulis rebus vna morte finiatur. Rectius itaque in Cãpenſi, Cauchiano, Gẽblacenſi, & Atrebatenſi, *Et ipſe neruoſæ viuacitatis haud paruum exemplum.*

11 *Centeſimum & trigeſimum annum transgredi*] Lege, *centeſimum & vigeſimum*, vt in quinque vel ſex manuſcriptis exemplaribus, atque etiam Herodoto, qui ἔτεα μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν prodit.

12 *Quoſdam ex gente Epiorum*] VVinchelianus, *ex gente Eliorum.* Idem recte. nam Stephanus de vrbibus Elios vel Eleos olim à rege Epeo appellatos Epios fuiſſe eoſdẽ patronymica voce dictos Endymioniadas, ꝙ Epeus Endymionis filius à quibusdam diceretur.

13 *Eique ſubſcribit Damiades*] *Damaſthes*, in veteribus libris vocatur, item à Plinio. Fuit Helleſponticus hiſtoriarum ſcriptor patria Siſienſis. Deinde quod ſequitur, *Hoc amplius firmans Latorium quendam*] Lege ex manuſcriptis, *Hoc amplius affirmans Lictorium quendam.* Plinius Pictorium vocat.

14 *Xenophon cuius περὶ γήρως legitur*] Corrige vt in Campenſi & VVincheliano περὶ πλοῦς. Citatur item à Plinio Xenophõ in Periplo. Mox quæ ſequuntur valde ſunt deprauata, *Is enim Latinorum regem octingentis vitæ annis donauit.* Legendum enim, vt habẽt veteres libri fere omnes, *Inſulæ enim Lachmiorum regem*, &c. Corrigendus item ex hoc loco Plin. vbi mendoſe maritimorum regem habet, pro Lachmiorum.

## Capit. XIV.

1 *Si tamen illis literarum quoque lumen acceſſiſſet, magni æſtimans*] In Cauchiano, & VVincheliano, *Sed tamen literarum quoque lumen illis acceſſiſſe magni æſtimans.*

2 *Dulcedini gloriæ pene adiecit gloriam*] Non minus placet lectio veterum codicum, *Dulcedinem gloriæ pene adiecit glorioſam*; Pulchre atque argute dictum.

3 *Qui contemptum eius introducere conantur.*] In VVincheliano & Cauchiano, *intrudere conantur*;

vocabulo magis violento. Atqui difficulter gloriæ contemptum homini quis inculcarit, cuius dulcedo tam amica naturæ eſt.

4 *Qui dum æternam memoriam aſſequerentur*] In veteribus libris, *Qui dummodo æternam memoriam aſſequantur.*

5 *Nomen eius per totum terrarum orbem diffunderetur* ] Cauchiano legimus, *differetur.* in aliis autem exemplaribus ſcriptis omnibus, *diſiceretur*; antiqua voce, pro diſpergeretur.

CAPITE XV.

1 *Superiori Africano conſulatus citerior legitimo tempore datus eſt. Quod fieri oportere, exercitus ſenatum literis admonuit. Ita neſcias vtrum illi plus decoris patrum conſcriptorum auctoritas an militum conſilium adiecerit. Toga enim Scipionem ducem aduerſus Pœnos creauit, arma popoſcerunt*] In Cāpenſi, *arma popoſcerunt eundē.* Ex qua vnica dictione hic adiecta colligo totam hanc hiſtoriam de literis ab exercitu ad ſenatum miſſis perperam à librariis hic inſertam eſſe ab exemplo inferioris Æmiliani translatam, cum & ibi illa dictio reperiatur apte poſita, hic ſuperflua ſit. Cui meæ ſententiæ ſuffragatur hiſtoriæ veritas, atque Appiani Alexandrini auctoritas, qui tale quid de Æmiliano refert, crebris quippe militum literis ex Africa ſcriptis ipſum Romæ commendatum fuiſſe, quibus petebatur vt in Africam conſul mitteretur. De ſuperiore Africano Liuius quidem ſcribit (cuius iſthic hiſtoriā integram habemus) eum ante tēpus ingenti omnium fauore conſulem factū, ſed de literis militū prorſus nihil. Quapropter omnia verba iam annotata ab exemplo hoc excludenda puto, atq; poſtea ſuo loco, vbi de Æmiliani cōſulatu verba facit, inſerenda eſſe, vt tunc dicemus. De ſuperiore autem Africano hic ita legēdum arbitror, *Superiori Africano conſulatus citerior legitimo tempore datus eſt; cui quæ in vita præcipua aſſignata ſunt, &c.*

2 *Itaque quod hodie quoq; eximium eius memoria capit adiiciam*] In Atrebatenſi, *Quod hodieque eximium capita dicam.* Mendoſe. In Suſiano, Vvincheliano, & Pulmanniano, item, *Quod hodieq; eximium capit adiiciam.* Legendum ergo, *Itaque quod hodieq; eximium, capiti adiiciā.* Reliqua ſunt adſuta ab iis, qui deprauatam lectionem corrigere voluerunt, ac velut imperfectam ſupplere.



3 *Quæ quotieſcunque munus aliquod Corneliæ genti celebrandum eſt*] Lege, *funus aliquod.* Paulo poſt enim dicit Catonis quoque effigiem è Curia ad eiusdem generis officia expromi ſolere. Atque auctor De Viris illuſtribus capite 47. ſcribit M. Catonis imaginem funeris cauſa produci ſolere. Sed vnde non dicit: Quare locus ille imperfectus videtur. Omnium enim illuſtrium producebantur funebri pompa imagines; ſed hoc rarum, quod Catonis imago e Curia non ex atrio domus priuatæ. Legēdum itaque, *Imago eius funeris cauſa produci è Curia ſolet.* Magnificum profecto, atque eximium vtique genti funus aliquod celebraturæ, cum ex more pompam imaginum familiæ totius producere deberent, Cornelios P. Africani maioris imaginem è Capitolio; Porcios M. Catonis maioris è Curia, non ex atriis ſuis petere poſſe.

4 *Tam hercle, quam Curia ſuperioris Catonis effigies ad eius generis officia expromitur*] Novum hic incipit exemplum, vt Pulmanni codex demonſtrat. Atque hic locus item mutilus atque mendoſus. In ſcriptis codicibus reſtant veſtigia veræ lectionis; nam in Pulmanniano & Gemblacenſi habemus, *Tam hercle, quā Curia ſuperioris Catonis, in qua effigies illius ad cuius generis officia exprimitur.* Incorrecte. In Campenſi autem, *Vnde effigies illius ad eiusdem generis officia expromitur.* vel, *ex qua effigies illius*, ſi Pulmanni librum ſequi velimus.

5 *Quam Scipionis imperio deleta eſt Carthago* ] Lege, *Quam minoris Scipionis imperio.* Ad differentiam alterius. Quæ vox itē in Campenſi libro gloſſæ modo eſt annotata.

6 *Verum ſpecimen honoris à Scipione quoque Naſica oboritur* ] Tranſit denuo à Porciis ad Scipiones. Cæterum Atrebatenſis ac Pulmanni codicum lectio nō minus placet, *Rarum ſpecimen honoris.* Rariſſimum enim atque vnicum hoc decus, publico iudicio vir optimus cenſeri.

7 *Vt hæc myſteria matri*

*deum à ſanctiſſimo viro præſtarentur*] Non proprie dictum, *præſtarentur myſteria.* Multo rectius in manuſciptis libris, *vt hæc miniſteria matri Deum à ſanctiſſimo viro præſtarentur.*

8 *Nihil tamen in eorum principatu ſpecioſius reperies*] Nec apte dicitur hic faſtorum curruumve triumphalium principatus. Sed optime in manuſcriptis libris, *Nihil tamen morum principatu ſpecioſius reperies.* Præfert enim vitæ ſanctitatem rebus geſtis quibuscunque Valerius.

9 *Æmilianum enim populus ex candidato ædilitatis conſulem fecit. Eundemque cum quæſtoriis comitiis,* &c.] Hoc loco ſunt reponenda verba quæ diximus librarios perperã tranſtuliſſe ad exemplum Africani ſuperioris. Quam culpam ignauis ludimagiſtris attribuo, qui aliquando exempla duo ſimilia in compendium cõtrahere conati ſunt, quæ quidem alii poſtea diſpararunt. Locũ autem hunc ita rurſus iisdẽ verbis interpoſitis ſupplendum, atq; reſtaurandum eſſe exiſtimo, *Æmilianum enim populus ex candidato ædilitatis conſulem fecit. Quod fieri oportere exercitus ſenatum literis admonuit. Ita neſcias, vtrum illi plus decoris patrum conſcriptorum auctoritas, an militum conſilium adiecerit. Toga enim Scipionem ducem aduerſus Pœnos creauit, arma popoſcerunt. Eundemque cum quæſtoriis comitiis,* &c. Hæc omnia vere de Æmiliano dici, vel leuiter in hiſtoria verſato manifeſtum eſt.

10 *Eidem ſenatus bis ſine ſorte prius Africam, deinde Hiſpaniam dedit*] Abrupta locutio, atque male ſecura. Poſſet enim intelligi bis Africam, & bis Hiſpaniam ſine ſorte datã fuiſſe. Multo igitur apertius, atque etiam elegantius in vet. libris, *Eidem ſenatus bis ſine ſorte prouinciam, prius Africam, deinde Hiſpaniã dedit.*

11 *Atq; hæc neq; ciui cupido, neq; ſenatori ambitioſo*] Placet quatuor codicũ lectio, *Atq; hæc neq; ciui, neque ſenatori ambitioſo.* Nam vox alia, *cupido*, ſuperflue adducta videtur; è dictatis alicuius ludimagiſtri.

12 *Quorum alterum decus vetuſtæ originis optimi hominis*] Quamuis exemplaria ſic habeant omnia, malim tamen dicere, *Quorum alterum decus vetuſtæ originis ac optimi ominis.*

13 *Gens*



13 *Gens Coruina amplexa cognomen vſurpat*] Inepte ac improprie dictum, *gens Coruina*, cum gens Valeria dici debeat. Valde mihi ſuſpectus eſt locus, quem ſane more ſuo ſcioli contaminarunt. In Atrebatẽnſi atque Campenſi legitur, *gens Coruinia amplexa cognomen.* Corrigendum puto, *gens Coruini amplexa cognomen.* Et ſubintelligitur Valeria; quæ profecto conſulatus principio gloriatur, ꝓpter Poplicolam, atque etiam celeritate, propter hunc M. Valerium. *In* Campẽſi codice iiſdem verbis ſupernotatum, *noſtra.* Quæ dictio ſi inſeratur, minus hiulca atque obſcura erit oratio atque inſuper demõſtrabit auctorem Valer. à Meſſalla Coruino oratore originem ducere.

14 *Quemnam reſpublica æque magnum habitura eſſet imperatorem? reſpiciens ſe ſupra ipſum cubantem*] Minime ſyncera lectio eſt. Præfero Pulmannianã, ac Suſianam, quæ hæc, *Quẽnam reſpubl. æque magnum habitura eſſet? Imperator ipſum reſpiciens infra ſe cubantem.*

15 *An efficacius acciderit*] *In* Cauchiano, *accenderit.* Recte, inflammauit enim virtutem Marii hac ſua voce Scipio, vt etiam teſtatur Plutarchus, Τὸν δ' οὖν Μάριον (inquit) ὑπὸ ταύτης λέγεται μάλιστα τῆς φωνῆς, ὥσπερ ὑπὸ θείας κληδόνος ἐπαρθέντα ταῖς ἐλπίσιν ὁρμῆσαι πρὸς τὴν πολιτείαν.

16 *Appulſus ad ripam Tiberis memorabilis videri*] In manuſcriptis, *ad ripam vrbis videri memorabilis.* Rara quidem locutione, ſed tamen vera. Non enim cõſules, magiſtratusque ripam Tiberis Oſtiæ appellenti occurrerunt, ſed cum nauigio, vt ait Plutarchus, vrbem intraret. Vt tamen ingenue fatear, neutra ſatisfacit lectio, illa enim mihi gloſſema videtur, hęc autẽ licet non ſyncera, veræ tamen lectionis notam præ ſe ferre puto, eamque fuiſſe, *Appulſus ad vrbem videri memorabilis.* Qui cum nauigio fiat gloſſographi expoſuere, *ad ripam vrbis*, vel *ad ripam Tiberis.*

17 *Hoc ſolum reſpondebant, αὐτὸς ἔφη*] Manuſcripti libri Græca verba non habent, ſed *Latine* prodũt ita, *Hoc ſolum reſpondebant, ipſum dixiſſe.* Ea verba Græciſſans ſciolus immutare voluit.

18 *Poſt mortem domum eius Cereris ſacrarium fecerunt; namque illa vrbs viguit*] In Atrebatenſi & Vvincheliano, aliiſque, *poſt mortem domum Cereris ſacrarium fecit. quantumque illa vrbs viguit.*

19 *Certamen ingreſſum*] Veteres libri, *ingreſſurum.* Multo correctius.

# STEPHANI PIGHII ANNOTATIONES

## in VALERII MAXIMI LIBRVM IX.

### CAPITE I.

1 *Qua non onerata menſa varietate piſciculorum abundarent*] In Pulmanniano, Suſiano, Atrebatenſi, aliiſque, *Qua non Orata menſa varietate ferculorum abundarent.* Melius.

2 *Conſidii publicani iudicium nactus eſt*] Veteres libri omnes, *Cum Conſidio publicano iudicium nactus eſt.* Recte. Iudicium enim cum aliquo nanciſci, eſt in controuerſiam vel contentionem venire.

3 *Æſopus tragœdus*] Exẽplar Atrebatenſe & Gemblacenſe, *Æſopus tragicus.* Plinio, tragicus, dicitur hiſtrio. Sic Liuius *Ariſtonem* tragicũ actorẽ vocat li. 24.

4 *Sectam ſecuti, longius manus porrexerunt*] Deeſt vox vna, quæ in Suſiano eſt, *Sectam ſecuti plurimi longius manus porrexerunt.*

5 *Inde infuſa culinis arcæ, cenſibusq; edendi atque bibendi voluptas reperta eſt*] Magis placet Vvincheliana lectio, *inde infuſa culinis oſtrea. Arte cenſibusq; edendi atq; bibendi,* &c.

6 *Quo ergo eam (inquit) minoris fore æſtimas?*] In Cauchiano melius, *Quanto ergo eam (inquit) minoris fore exiſtimas.*

7 *Et quanto tamen inſequentium ſæculorum ædificiis & nemoribus auguſtiorem ritum introduxerunt. Atque inchoatam à ſe lautitiam poſteris relinquere, quam à maioribus acceptam continentiam retinere maluerunt*] Locus varie corruptus pro cuiusq; ingenio, quot enim ſunt exemplaria, tot fere reperiuntur diuerſitates. quas omnes hic comparare prolixũ aç tædioſum foret. Annotabimus itaq; verba dumtaxat, è quibus veram lectionem elicere poterimus, *Et quãto tamen*, melius in Cauchiano, *Aliquanto tamen. Ritum introduxerunt.* Verba hæc perperam à ſciolis interpoſita in Suſiano libro penitus omittuntur: in aliis, *quem* vel *quam introduxerunt*, legimus, *Atq; inchoatã.* In Cauchiano. *itaq; inchoatã.* In Suſiano correcte, *Quoniam inchoatam.* Vera itaq; lectio ex du ob. iam dictis codicibus hæc colligitur. *Sermonem oblitũ Pyrrhi, immemorem Annibalis, iamq; tranſmarinorum ſtipendiorum abundantia oſcitantem, aliquando tamen inſequentium ſæculorum ædificiis & nemoribus anguſtiorem. Quoniam inchoatam à ſe lautitiam,* &c.

8 *Metello & Scipioni conſulibus*] Collegium hoc cõſulum in faſtis non reperitur. In Vvincheliano & Atrebatenſi habemus, *Metello & Scipioni cos.* Auferenda eſt copula, ſcribendumque; *Metello Scipioni conſuli ac tribunis plebis.* Fuit autem Q. Metellus Scipio conſul cum Cn. Pompeio Magno genero ſuo non diu ante bellum ciuile; quo maxime tempore Roma luxu atque opibus diffluebat. Scioli bina cognomina hæc vnius eſſe ignorantes, interpoſita copula duos fecerũt cõſules, moti præterea verbis ſubſequentibus, vbi dicit auctor: *Epulas conſulibus & tribunis non celebrandas, ſed vindicandas.* Et ſane fuit conuiuiũ hoc à viatore datum non vni conſuli, ſed omnibus etiam magiſtratibus puniendum.

9 *Tum à patre tum à viro vtranque inclytam*] In Campenſi, Suſiano, & Pulmanniano legimus, *Vtranque deductam*, forte *abductam.* Atrebatenſis codex & Gemblacenſis habent; *vtramque victoriam.* Vvinchelianus; *victicam vtramque*; Locus non ſine mendo eſt.

10 *Antiochus quoque Syriæ rex nihilo contemptioris exempli*] In Campẽſi, Vvincheliano, & Atrebatenſi, *contentioris exempli.* Puto tamen legendum, *continentioris.* Plautus Aſinaria; Siccum, frugi continentẽ. Ci-

,, ceroParadox In quo equi-
,, dẽ continentiſſimorũ ho-
,, minum maiorum noſtro-
,, rum ſæpe requiro pruden-
,, tiam.Plin.epiſt.lib.5.Eſt e-
,, nim tam parcus & conti-
,, nens, vt non ſolum delici-
,, as, verum etiam neceſſita-
,, tes valetudinis frugalitate
,, reſtinguat.

CAPITE II.

1 *Ac delicato vultu affluentis perque varios illecebrarum motus volitantis animi*] In manuſcriptis hæc correctius ita, *Ac delicato cultu affluente, per varios illecebrarum motus volitantis animi.*

2 *Truculenta ſpecies, violenti ſpiritus vox terribilis, omnia minis & cruentis imperiis referta*] Proſopographia eſt crudelitatis. præfero itaq; Campenſis libri lectionem, *Truculenta facies violenti ſpiritus, vox terribilis, ora minis & cruentis imperiis referta.*

3 *Dum quærit victorias, Scipionem ſe pop. Roma. dum exercet, Annibalem repræſentauit*] In Campẽſi & Vvincheliano, *Dum ſæuitiam exercet.* Recte, nam ſimul tacite ſuggillat Annibalẽ, quod victoria vti neſcierit. Sulla autem victorias ſuas exercuit crudeliter, vrbem cepit, imperiũ occupauit, proſcriptionem fecit, faciẽ omnem reip. pro arbitrio immutauit. Nõ immerito igitur nobiliũ ſæuiſſimus appellatur à Tacito li. 17.

4 *Quod ad eius ſupplicium exanimis ceciderat*] Liber Cauchianus habet, *Quod ad Marii ſupplicium.* Bene ac magis expreſſe.

5 *En quibus actis felicitatis nomen aſſerendum putauit*] In libris ſcriptis, *En quibus actis Felicis cognomen aſſequendum putauit.* Recte L. Sulla. Felix enim appellatus cum deuictis iam partibus dictaturam reip: cõſtituendæ accepiſſet, atq; omnia ex arbitrio ſuo gereret; ſibi quidem felix inimicis oppreſſis, ſed ob nimiam crudelitatem reipu. infelix, vt habet verſiculus:

*Auſpice felicem ſibi, non tibi Romule Sullam.*

Quo huic etiam Tiberius Cæſar propter crudelitatẽ comparatur.

6 *Cuius tamen crudelitates C. Marii inuidia leuat*] Melior lectio eſt veterum codicum, *cuius tamen crudelitatis C. Marius inuidiam leuat.*

7 *Apud ſeditioſiſſimi & abiectiſſimi hominis Varis buſtum*] In manuſcripris terſius atque elegantius, *apud ſeditioſiſſimi atque abiectiſſimi hominis buſtum.* Nomẽ enim illud hic ſuperfluum, atque ex annotationibus aſſutum eſt.



8 *Id enim malorum miſeria tunc reip. deerat vt Varii Cæſar piaculo caderet*] Multo elegantius hæc in Campenſi, Cauchiano aliiſque, *Id enim malorum miſerrimæ tunc reip. deerat, vt Vario Cæſar piaculum caderet.* Virg. 6. Æneid.

*Sedibus hunc refer ante ſuis, & conde ſepulchro.*

*Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto.*

9 *Idem caput M. Antonii abſciſſum ſuis manibus inter epulas*] In manuſcriptis, *Abſciſum lætis manibus.*

10 *Humo infigi, alios ſuperiactos pilis excipi iuſſit*] In Atrebatenſi & Wincheliano, *humo infligi, alios ſuperiactatos pilis excipi iuſſit.* Recte.

11 *Eadem crudelitate vſi in milites noſtros, Martis certamine in ſuam poteſtatem redactos, nauibus ſubſtrauerunt*] In Campenſi aliiſque melius, *Eadem vſi ſunt crudelitate in milites noſtros, quos maritimo certamine in poteſtatem, &c.* Meminit Varro de Vita populi Rom. libro 4. Cum
,, Pœnus (inquit) in fretum
,, obuiam veniſſet noſtris,
& quoſdam cepiſſet, crude- “
liſſime propalangis carinis “
ſubiecerat, quo metu debi- “
litaret noſtros. “
Citat verba hæc Nonius Marcellus in voce Palangæ.

12 *In flumine Gelo corporibus Romanis ponte facto exercitum traduxit*] Campenſis, Cauchianus & Atrebatenſis, *In flumine Gello*, legunt. alii libri *Gallo*, Winchelianus, *Sigello*. Reſtitui verum nomen ex L. Floro, qui ſcribit libro 2. cap. 6. pontem è cadaueribus iuſſu Annibalis factum in torrente Vergello.

13 *Vt æque terreſtrium ſceleſtum Carthaginenſium copiarum egreſſum terra*] Ordo melior ac dilucidior eſt in Campenſi, & Cauchiano, *vt terreſtrium Carthaginenſium copiarum æque ſceleſtum egreſſum terra, &c.*

14 *Et itinere feſſos iam prima pedum parte ſucciſa relinquebat*] Malim vt in Campenſi, *Et itinere feſſos infima pedum parte ſucciſa.*

15 *Pedes præciſos & caput*] In manuſcriptis libris, *Protinuſque caput eius & pedes præciſos.*

16 *Cui munimentum ex ſeipſa reperit*] Melius in Campenſi, Suſiano, aliiſ-

que, *Cum munimentum ex ſeipſa capit.*

17 *Quæ hos iuncto ſibi*] In Cauchiano, *Qua graues ſibi.* In aliis, *Qua onuſtos.* In Wincheliano, *Qua oneroſos:* Quæ lectio magis placet.

18 *Qui virorum corpora cadaueribus aduerſa aduerſis alligata*] In Campenſi, Gemblacenſi & Wincheliano, *Qui viuorum corpora.* Recte. Nam ſic etiam Virgilius de Mezentio tyrãno:

„ *Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,*
„ *Componens manibuſque manus atque oribus ora.*

19 *Donec intus putrefacti laniati ſint ab animalibus*] Elegãtius in manuſcriptis, *Laniatui ſint animalibus, quæ tabidis corporibus innaſci ſolent.*

## CAP. III.

1 *Omnes conſulere ſcitis, conſulẽ facere neſcitis*] Winchelianus codex per interrogationẽ hæc ita; *An vos conſulere ſcitis, conſulem facere neſcitis?* Nec inepte, ſarcaſmus enim eſt: qui per interrogationẽ pũgit acrius.

2 *Vt vniuerſum populi Romani equitatum*] Lege, *peditatum*, vt in Campenſi, & quemadmodum Liuius aſtipulatur.

3 *Quotiens victoriæ victrix*] Elegantius per interrogationem, *Quotiẽs ergo victoriæ victrix?* ſic in Campenſi.

4 *Totam fugæ proponendam reddidit*] Veteres libri melius, *Totam fugæ poſtponendam credidit.*

5 *Namque Metellus cum vtramque Hiſpaniam conſul prius deinde proconſul pene iam ſubegiſſet*] In Cauchiano & Campenſi, *Nam Q. Metellus, cum prouinciã Hiſpaniam conſul prius deinde pro conſule pene totam ſubegiſſet.* Recte. non enim vtramq; Hiſpaniam, ſed citeriorem prouinciam duntaxat obtinebat Metellus Macedonicus.

6 *Sed alita miſeriis populi Romani impotentia furens*] In manuſcriptis, *Sed alita miſeriis reipublicæ impotentia.*

7 *Neque ab ignotis exempla petere iuuat, & maximis viris exprobrare vitia ſua verecundiæ eſt*] Tres libri veteres habent, *Nunc ab ignotis exempla petere iuuat, ſed maximis viris, &c.* Quo loco ignotus, pro peregrino vel externo ſumitur.

8 *Tres maximas victorias totidem amicorum iniuſtis cædibus victor edidit*] In Suſiano, *iniuſtis cædibus deturpauit.* In Pulmanniano, *Iniuſtis cædibus victori reddidit.* Sed legendũ puto, *Victor perdidit.*

## CAP. IV.

1 *Protrahatur etiam in medium auaritia*] Verba *in medium*, quinq; exemplaria non habent: Quapropter aſſuta videntur ex aliquo gloſſemate, cum ſalua ſententia abeſſe poſſint.

2 *Qui in Hiſpania Silium & A. Calpurnium*] Veteres libri habent prænomina in vulgatis omiſſa, *M. Silium, A. Calpurnium.* Hirtius de bello Alexandrino Q. Sextium ſuggerit pro M. Silio.

3 *At quis dubitet*] In Atrebatenſi melius, *Atqui ne dubites.*

4 *Odio merito Septimuleii auaritia*] Legendũ puto, ſicut eſt in Campẽſi, Suſiano, Atrebatenſi, & Cauchiano, *Odium merita eſt Septimuleii auaritia.*

## CAP. V.

1 *Parum enim habuit L. Philippum cos. quia ſe interpellare concionantem auſus fuerat*] Magis placet Wincheliana atq; aliorum codicũ lectio, *Parui enim habuit L. Philippum cos. quia interfari concionantem auſus fuerat.* Sic Liuius 36. "Quos dicere exorſos conſul interfatus. Item Plinius epiſt. 23. Et quem interfari nefas eſſet.

2 *Diuinum caput æmulatus eſt*] Dictio *caput*, in Wincheliano non habetur: Et quidem contaminatus eſt locus. In Campenſi, Pulmanniano, & Atrebatenſi, *Diuinum caput latas*, ſcribitur. In Suſiano autem, *Diuinum aucupatus eſt.* Quæ ſane lectio non adeo contemnenda videtur.

## CAP. VI.

1 *Quod ea quæ læuis geſtauerant*] In manuſcriptis; *Quod ea quoq; læuis geſtauerant, ſoluens.* Recte, per parentheſin.

2 *Iratus namque* Bituito *regi*] Corrigendum, *Betulio*, ex fide antiqui marmoris quod triumphum de eodem hoc rege nobis repræſentat, faſtis Capitolinis inſerendum. Hoc ipſum inuenit ſtudioſus in noſtris Annalibus.

3 *In alto merſerunt*] Atrebatenſis & Wincheliauus habent, *In alto mari merſerunt.*

## CAP. VII.

1 *Sed vt violentiæ &*

*ſeditionis* ] In Atrebatenſi libro, *ſed vt violentiæ ſeditionis.* Sine copula mendoſe. Legendum tamẽ puto, *Sed vt violentiæ ſeditionis.*

2 *A Mario quintum conſulatum gerente*] Lege, *A C. Mario ſextum conſulatũ gerente.* Error ex notarum lapſu in numero prouenit. Marius enim in ſexto conſulatu Apuleianam ſeditionem eſt paſſus.

3 *Pro imprudentia & audacia* ] Recte in manuſcriptis, *pro impudentia.* Notat enim equitium.

4 *Inque tabernacula latitantem*] Lege vt in Campenſi manuſcripto, *Inque tabernula latitantem.* Sic etiam Appianus.

### CAP. VIII.

1 *Temeritatis etiam ita ſubiti, vt vehementes ſunt impulſus* ] Manuſcripti codices habent, *Temeritatis etiam & ſubiti, & vehementes ſunt impulſus.*

2 *Nec ſua pericula reſpicere*] Legẽdum, *diſpicere*, vt in manuſcriptis. Eſt enim diſpicere, per omnes partes ac numeros cõſiderare, vel mente prouidere. Cicero
„ Tuſc. 3. Tamen acie men-
„ tis diſpicere cupiebant.

3 *Itaque exiguo momento maxima reip. caſus fluctuatus eſt, vtrum interſector, an captiuus Scipio Syphacis fieret*] Locus eſt valde deprauatus, quem è Pulmanniano atque Suſiano vtcumq; corrigemus; è quibus primum ita legendum exiſtimo, *Itaque exiguo momento maxima rei caſus fluctuauit.* Deinde reliquum ita produnt iam dicti libri, *vtrum captiuus, an victor Syphacis Scipio fieret.* Quæ quidem verba multum diſcrepant à vulgata lectione, vero tamen ſenſu præualent. Non enim Scipio interfector Syphacis, quem captiuũ, poſtea in carcere mortuum ſcribunt omnes.

4 *Nam C. Cæſaris anceps conatus, & ſi cæleſtium cura protectus eſt, tamẽ vix, &c.*] In veteribus libris hæc ita, *Iam C. Cæſaris conatus etiamſi cæleſtium cura protectus eſt, attamen vix, &c.*

5 *Nauiculam conſcendit è flumine, ac maris Adriatici ſæua tempeſtate fauces petiit*] In Pulmanni & Suſii exemplaribus, *Nauiculam conſcendit, & è flumine maris Adriatici, &c.* Recte, nã Apolloniȩ nauem conſcendit, & ſecundo flumine in mare Adriaticum, aduerſiſque ventis Brunduſium tẽdebat. vt Plutarchus atque alii auctores.





6 *Igitur anguſti atque æſtuoſi maris ex alto tumulo ſpectatrix ſtatua* ] Manuſcripti libri, *Alto è tumulo ſpeculatrix ſtatua.* Eleganter.

7 *Nauigantium oculis collocata indicium eſt* ] In manuſcriptis, *collocatum.* at in Campenſi, *expoſitũ.* Melius.

8 *Quæ decem imperatores ſuos*] Vetuſti codices habẽt; *Quæ decem vniuerſos imperatores ſuos.* Quaſi dicat omnes decem quos ad bellũ adminiſtrandum miſerant. Nam, vt ait Cicero, Qui loquitur de vniuerſis, nihil excipit.

### CAP. IX.

1 *Laertis Tolumnii Veientum regis* ] Atrebatenſe exemplar, *Lartis Tolumnii Veientium regis.* Correcte.

### CAP. X.

1 *Tribunus plebis M. Fuluius*] In Wincheliano, *M. Flauius.* Quemadmodum appellatur etiam à Liuio.

2 *Quam ob cauſam Popilia tribus* ] Idem Winchelianus codex Papiriam tribum vocat. Recte, nam ita etiam Liuius. Nec quenquam ex Polia tribu candidatum ferme datum Papiriam ferre ſolitum.

3 *In qua plurimum poſtea Tuſculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminẽ vnquam candidatum Poliæ tribus fecit magiſtratum* ] Tuſculani ciuitatem accepere cum M. Furium Camillum agros vrbemq; eorum hoſtiliter inuadentem pace ac fide conſtanti nullis oppoſitis armis amice acceperũt, omnia poteſtati Romanorũ ſponte ſubiicientes. Qua obedientia non ſolum amicitiã, ſed & ius ciuitatis meruere, vt auctor eſt Liuius libro 6. quodque etiam teſtatur ipſe Valerius libro 7. cap. 3. Quæ quidem accidere anno vrbis 373. Hæc autem de quibus nunc loquitur Valerius ſexaginta amplius annis poſtea. Multo igitur prius quã hæc damnatio contigit, in ciuitatem recepti fuerant Tuſculani, velut etiam aſtipulatur in Plautiana M. Tullius, ſcribens è Tuſculana familia Iuuentia primum ædilem curulem plebeium Romȩ creatum fuiſſe, quod anno CCCLXXXVIII. fere contigit, quinquaginta plus minus annis ante dictam damnationẽ. Si magiſtratus in vrbe gerebant Tuſculani, procul dubio iã ciues erant. adeo non poſtea cum reos damnaſſet Polia tribus, in ciuitatem rece-

pti dicentur, vt hæc præ ſe ferũt Valerii verba. Transferendam itaque puto vocem *poſtea*, atque ita legendum eſſe. *In qua plurimum Tuſculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminẽ poſtea candidatum Poliæ tribus fecit magiſtratum*. Indicat quodammodo hanc lectionem Campenſe exemplar, in quo ſic, licet incorrecte. *In quo plurimum poſtea Tuſculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminem poſtea candidatum, &c.*

4 *Quoniam haſta nequicquam petierat*] v. c. *quem haſta*. Melius.

## C A P. XI.

1 *Nunc quatenus vitæ humanæ cum bona, tum etiam mala ſubſtitutis exemplorum imaginibus proſequamur*] In manuſcriptis, *quatinus perſequimur*. Recte, ac præſentis temporis verbo. nam aduerbium cauſale eſt, atque per tertiam vocalem ſcribitur in veteribus libris omnibus. Vt enim auctor eſt Feſtus, Quatenus ſignificat, qua fine; non ſecus ac hactenus, hac fine: verum quatinus ſignificat quoniam; ſicut hoc loco, atque apud Iuuenalem:

*Quatinus hic non ſunt nec venales elephanti.*

2 *Conſcientia nefariũ voce monſtri ſimile exemplum eſt*] In Cauchiano aliiſque plenius, *voce improbum ac monſtri ſimile.*

3 *Cum Carpento veheretur*] In Suſiano & Pulmanniano, *Quæ cum carpento veheretur.* Magis aperte, nam exorditur iſtic narrationem.

4 *Quid de eo ſecus dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morũ ſatis digna laudatio reddi non poſſet*] *Secus* iſtic per ſe poſitum ſignificat idem quod non recte; ex vulgata quippe antiquis formula. Recte ac ſecus. Cicero Piſoniana. Itaq; ſemper malæ ſignificationis eſt, ſi boni quid opponatur: & è contra.

5 *Quem quid aliud exiſtimemus, quam conſcientiæ ſtimulis actum, ſimulachrũ à ſe inchoati parricidii peregiſſe?*] Locus gloſſemate turpiter conſpurcatus. *Actum inchoati parricidii* dixit eleganter Valerius, è fabulis theatralibus ſumpta translatione, vt Cicero Verrina 3. Itaque primum illum actum iſtius vitæ turpiſſimum prætermittam. Et alibi, Quartum actum improbitatis vocat præturam Verris Sicilienſem, in qua grauiter perſonã quoque ſuam egerit, non ſecus ac primum in quæſtura, ſecundum in legatione, & tertium in prætura. eodem modo quam pulcherrime Valerius Catilinam conſcientiæ ſtimulis, actum inchoati à ſe parricidii peregiſſe dicit. Quamuis enim non reipſa, voluntate tamẽ conceptam à ſe tragœdiam peragere non deſtitit. Gloſſographus aliquis locum interpretari volens, ſcripſit actum, id eſt, ſimulachrum. Quam vocem deinde contextui librariorum imperitia adiunxit, vnde omnino expungenda eſt, quandoquidem in veteribus libris non reperiatur; in quibus ita legimus, *Quem quid aliud exiſtimemus, quam conſcientiæ ſtimulis actum à ſe inchoati parricidii peregiſſe.*

6 *Vetus amicus & Pompeianæ militiæ comes*] In quatuor exemplaribus ita, *Vetus etiam Pompeianæ militiæ comes*, in quibus vox *amicus* non extat, & abeſſe poteſt ſalua ſententia.

7 *Cuius facti acerbitatem L. Tullius Hannalis ſortitus, cum in Campũ*] In manuſcriptis, *Cuius fati acerbitatem L. Villius Annalis ſortitus. Qui cum in Campum quæſtoria, &c.* Recte.

8 *Vt verbis contendere quam ferro dimicare mallent, vter regnare debe-ret*] Veteres libri habent, *Vti verbis quam ferro diiudicare mallent.* Eleganter. Diiudicare enim iſtic quod barbari Gallica voce dicunt appunctare. Sic Cicero ad Atticum lib. 14. Noſtras cõtentiones reſpublica diiudicabit. Idem de Finib. 3. Eamque controuerſiam diiudicabis.

9 *Pro admiratione habetur*] In manuſcriptis quibuſdam, *Præ admiratione habet*; Mendoſe. In Campenſi, *hæret*. In Suſiano & Pulmanniano, pro *habet* vel *hæret* legimus, *non diffixio*, quod gloſſema videtur eſſe. Forte ſcribendum, *Præ admiratione hæreo.*

10 *Haud te compote furoris in ſuo ſtatu mundus mãſiſſet*] In Atrebatenſi atque etiam Gemblacenſi eleganter hæc per interrogationẽ, *Aut te compote furoris in ſuo ſtatu mundus manſiſſet?* Sic Terentius in Eunucho. Aut ego neſciebam quorſum tu ires?

11 *Vrbem à Gallis captam, & trecentorum inclytæ gentis virorum ſtrage fœdatam, Allienſem diem*]

In veteribus libris habemus, *ſtrage fœdatũ, Allienſem diem*, recte diſpunctatis locis; licet mendoſe ſcriptum ſit, *ſtrage fœdatum*, cum debeat ſcribi, *ſtragem fœdam*. Cõſtat enim ipſum loqui velle non de Allienſi prœlio ſed Cremerenſi. in quo trecenti eiuſdem gentis nobiles Fabii cecidere. Legendum itaq; exiſtimo, *Vrbem à Gallis captam, & trecentorũ inclytæ gentis ſtragem fœdam, Allienſem diem & oppreſſos in Hiſpania Scipiones, Traſimenum lacum, & Cannas, &c.* Omnes enim iſtic inſigniores populi Romani clades bello acceptas enumerat, quas vna furioſa cogitatione Seianum repræſentaſſe atque viciſſe dicit. Verum vt lectori ſtudioſo ſcopum huius exempli clarius aperiam, quem minus attigiſſe commentatores video, cognoſcimus ex hiſtoria Valerium hoc loco inuectiuæ ſuæ mucronem ſtringere aduerſus L. Ælium Seianũ Tiberio Cæſari prius familiaritate coniunctiſſimum, ſed poſtea ob ſuſpiciones inimicum factum. Quem principis amicitia illuſtrem fecerat, atque ad ſummos honores euexerat, adeo vt eius natalis publice velut Cęſaris celebraretur, ſtatuæ omnis generis atque etiam aureæ paſſim ab omnibus ponerentur, colerenturque, vtque tandẽ apud ſenatũ, omnemque populum maiore in auctoritate, quam ipſe Tiberius eſſet. Itaque nimis exaltatum, iamque metuendum, aſtu ac dolo ſubuertit; ſpe etenim affinitatis, atque tribunitiæ poteſtatis obiecta deceptum, nihilque ſiniſtri ſuſpicantem ſubito aggreſſus, velut res nouas aduerſum rempublicã atq; ſe molientem, longa & criminoſa epiſtola è Capreis (vbi tum manebat Tiberius) ad ſenatum ſcripta infenſiſſime accuſauit. Seianus mox ab omnibus deſertus iuſſu ſenatus in carcerem raptus cum omni ſtirpe ac familia occiditur. Cadauera triduo publice ludibrio habita, demum in Tiberim proiecta ſunt, & acerba inquiſitio contra eius familiares & amicos eſt inſtituta. Ipſius nomen non diu antea cõſulis, tamquam pop. Rom. hoſtis è faſtis ac monumentis publicis eraſum, ſtatuæ paſſim deiectæ atque conflatæ, atque memoria decreto ſenatus abolita eſt. Illudque in cauſa, quod Va-

lerius



lerius eum non nominet, licet acerbe in ipſum, Tiberio placere cupiens, inuehatur. Ideoque etiam non velut ciuem inter domeſtica ſceleratorum exempla, ſed velut hoſtem inter peregrinos, & externos extremo loco collocat. Igitur ex his eriam animaduertere eſt, eodem anno quo Seianus occiſus, Valerium hunc librum nonũ conſcripſiſſe.

12 *Bellorumque ciuilium domeſtico ſanguine manantes furores*] Wincheliani codicis vnam lectionẽ hic pręferendam autumo: Quæ hæc eſt, *Bellorumque ciuiliũ domeſtico ſanguine madentem Æmathiam.* Notat enim vtramque bellorum ciuilium procellam quæ in Macedonia olim Æmathia appellata detonuit, primũ in Pharſalicis campis, auctore Cęſare; deinde in Philippicis, duce Auguſto.

13 *Sidera ſuum vigorem obtinuerunt*] In Wincheliano, *Sidera ſimul vigorem ſuum obtinuerunt.* Atque hæc dicere videtur, quod futurorũ præſagus, & peritus matheſeos fuerit Tiberius.

14 *Torporem ſibi permiſit*] Elegantius in Suſiano, & Pulmãniano, *Torpere ſibi permiſit.*

15 *Et inprimis auctor ac tutela noſtræ incolumitatis Iupiter*] Vox *Iupiter*, in melioribus exemplaribus non habetur, & profecto ſcioli alicuius commentum eſt. Non Iouem enim iſtic, ſed Tiberium, cui ſemper adulatur, auctorem ac tutelam publicæ incolumitatis appellat.

16 *Omni cum ſtirpe ſua pop. Romani viribus obtritus*] In Campenſi, *lapidibus obtritus.* Puto legendum eſſe *pedibus obtritus.* Diximus enim triduo iacuiſſe in publico Seiani filiorumq; occiſorum cadauera ludibrio vulgi expoſita. Et pulcherrime his Valerii verbis conſonant Iuuenalis poetę verſus Satyra 10. vbi multa de hac Seiani damnatione atq; infortunio canit:

*Curramus præcipites, &*
*Dum iacet in ripa, calcemus Cæſaris hoſtem,*
*Sed videant ſerui, ne quis neget, & pauidum in ius,*
*Ceruice aſtricta dominũ trahat. Hi ſermones*
*Tunc de Seiano, ſecreta hæc murmura vulgi.*

Sed vide quæ nos in Annalibus in eius cõſulatu diximus, locũ enim hunc non parum illuſtrabunt.

## CAP. XII.

1 *Sed ne longius euager,*

*eorum mentionem faciam*] In Campenſi, Wincheliano, aliiſq; *Libet eorum mentionem facere.* Bene item.

2 *Et tamen idem valuit*] In Suſiano & Pulmanniano, *Et tamen potuit.*

3 *M. Iuuentius Talua conſul collega Tiberii Gracchi conſulis, cum in Corſica*] Legendum ex manuſcriptis, atque faſtorum Capitolinorum orthographia, *M. Iuuentius Thalna collega Tib. Gracchi cos. iterũ cum in Corſica,&c.*

4 *Dum ſententiæ dicerentur*] Suſii & Pulmanni codices habent, *Dum ſententiæ darentur.* Male. In Cauchiano, *ordinarentur.* gloſſema eſt. Sed in Gemblacẽſi legimus, *diriuarentur.* in Atrebatenſi autem, *diruirentur.* Quæ lectionis antiquæ ſunt veſtigia. ſcribẽdũ enim autumo; *Dũ ſentẽtiæ diriberentur.* Eſt autem diribere, diſtribuere, vel ſecernere. Vnde diribitores appellati iu iudiciis, qui ternas ſingulis iudicibus tabulas diſtribuebant, ab ſolutionis vnam, damnationis alteram, ampliationis tertiam. E quibus cum vnam quiſq; iudex pro ſententia in fiſcellam conieciſſet, eas denuo colligebant, ſecernebantq; in tres partes, quarum maior vel abſoluebat reũ vel damnabat, vel ampliabat. Vtitur verbo frequenter Tullius, vt in Piſoniana. An ergo expectem, dum de te quinque & ſeptuaginta tabellæ diribeantur? Et libro 3. epiſtolarum ad Q. fratrem vbi de Gabiniano iudicio. Cato diribitis tabellis de circulo ſe ſubduxit. Sed perperam in Aldinis, diruptis tabellis. Item in Planciana, Nihil iam eſt quod populo ſupplicetur, nihil quod diribitio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, renũciatio ſuffragiorum expectetur. Erant enim & in comitiis diribitores, qui populo centuriatim tabellas diribebant. Vide quæ de his Nicolaus Gruchius in libro de comitiis diſſerit.

5 *Inter vſum pueriles Veneris abſumpti ſunt*] Vox *pueriles*, in Cauchiano omittitur, nec habet eã Plinius, qui hoc exemplum è Valerio haud dubie deſumſit. Et ſane impertinens atque indecora videtur, cum auctor ipſe mox eorum hunc exitum excuſet.

6 *Interdum numerentia ſupremi fati titulum occupant*] In Atrebatenſi, & Gẽblacenſi, *Interdum quæ immerentia.* In Campenſi recte, *quædam immerentia.*



7 *Maximi latronum ducis Diogenis*] In Campenſi, *Eleonis*; ſed in Wincheliano magis correcte, *Cleonis.* Sic enim hunc ducem appellat etiam Liuius lib. 56. Cleon quoque alter ſeruus ad ſeptuaginta milia ſeruorum contraxit.

8 *Enimuero minimo ſtudio retinendum bonum*] Aliter in Suſiano & Pulmanniano, *Non enim nimio ſtudio.* Quæ nõ prorſus reprobanda eſt lectio.

9 *Vt fractæ teſtudinis carne veſceretur*] Eradenda dictio *teſtudinis*, quæ in manuſcriptis non habetur. Et ſuperuacua eſt, nam paulo ante eam expreſſit.

10 *Cum in certamen Tragœdiam dimiſiſſet*] Magis placet Wincheliana lectio, *Cum in certamine Tragœdiam dixiſſet.* Purior atque apertior eſt, eiuſque extant veſtigia & in Atrebatenſi & in Gemblacenſi.

11 *Paratas ei ficos*] Manuſcripti libri, *ficus* habent in quarta declinatione. Sic Iuuenalis: Si vis aliam decerpere ficum. Satyra 14.

12 *Quem bis tantum humanæ vitæ modum ſupergreſſum*] Lege, *Quamuis flatum humanæ vitæ modũ ſupergreſſo.* Sic enim prodit Winchelianus codex.

13 *Dum paſſæ vuæ ſucco tenues & exiles virium reliquias foueret*] Melius in Campenſi, *Quem vuæ paſſæ ſucco tenues & exiles virium reliquias fouentem.* In Wincheliano, *dum* omittitur.

## *CAP. XIII.*

1 *Marcus Aquillius cum ſibi glorioſam mortem conſciſcere poſſet*] In Campenſi, Wincheliano, & aliis, *Manius Aquillius cum ſibi glorioſe poſſet extingui.* Elegantius ac breuius.

2 *Quem quis non immerito dixerit*] In manuſcriptis per interrogationem, *Quem ne aliquis merito dixerit?*

3 *Eo vſq; moram trahens*] In Campẽſi, Cauchiano, & aliis, *Eoque moram traxit.*

4 *Ita vinam dabo. Cunctationem fati ærumnoſam*] Elegantius in Campenſi & Wincheliano, *ita vt viuam dabo. O fati cunctationem ærumnoſam, &c.*

5 *Qui mihi in ſpecie aliena re vera ſuam conditionẽ deploraſſe videtur*] In Atrebatẽſi & Wincheliano, *Qui mihi ſpeciem alienam.* In aliis, *Qui mihi ſpecie aliena.*

Legerem, *Qui mihi ſpeciē alienam, re vera ſuam, &c.*

6 *Referam nunc eos*] Nouum caput hic incipiūt vulgati codices, ob illam inductionem Valerii, *Referam nunc eos, &c.* At aliquot manuſcripti codices ſuperiori capiti, De cupiditate vitæ, annectunt, nec male, vt mihi videtur, cum omnia exempla ſint externa eiuſdem argumenti.

7 *Maſiniſſa rex Numidarum, & pop. Rom. amiciſſimus parum fidei in pectoribus hominum reponens*] Veteres libri ſic, *Maſſaniſſa rex parum fidei in pectoribus hominum reponens.* Reliqua ſunt aſſuta ex aliquo gloſſemate otioſo.

8 *Quo tantus liberorum numerus? Quo denique tam arcta beneuolentia conſtricta Romana amicitia*] Veteres libri per quartum caſum hæc proferunt; *Quo tantum librorum numerū? quo deniq; tam arcta beneuolentia conſtrictam Romanam amicitiā?* Recte, quēadmodum Horatius:

*Quo mihi fortunam, ſi non conceditur uti?*

9 *Tonſorum quoque metu tondere filias ſuas edocuit, quarum ipſarum, poſtquam, &c.*] Gloſſematibus cōtaminatus eſt locus, qui nitidior in manuſcriptis, *Tonſorumque metu tondere filias ſuas docuit. Quarum poſtquam adultæ, &c.*

10 *Vt candentium iuglandium aut nucum putaminibus*] Verba, *aut nucum*, è gloſſemate adiuncta videntur: eſt enim nucum genus iuglans. Cicero Tuſculana 5. iiſdem pene verbis hæc dicit. Et tamen ab illis ipſis cum iam eſſent adultæ ferrum remouit; inſtituitque vt candentibus iuglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent.

## CAP. XIV.

1 *Generoſiſſimus conſulatus collegio Lentuli & Metelli fuit*] Vetuſti codices legunt, *Generoſiſſimum conſulatus collegium.*

2 *Sed alter ex quodam aſſeclarum cognomen Spintheris traxit, alter, niſi Nepotis à moribus accepiſſet, Pamphili retiarii, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet.*] Legendum vt in manuſcriptis habetur, *ex quodam ſecundarum cognomen Spintheris; alter, niſi Nepotis a moribus accepiſſet, Pamphili tertiarum, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſe.* Sic etiam Plinius rem explicat, qui hoc exemplum à Valerio deſumpſit. Sicut

Spinther



Spinther ſecundarum tertiarumque Pamphilus collegio Lentuli & Metelli conſulum. Loquitur enim Valerius de hiſtrionibus, non de gladiatoribus, inter quos retiarii nomen eſt; ſed in ſcæna quidam dicebantur primarum, vel ſecundarum, vel tertiarum actores, quemadmodum Græcis δευτεραγωνισταὶ, & τριταγωνισταί. Itaque Cicero Verrina prima: Vt in actoribus Græcis fieri videmus ſæpe illum qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, cum poſſit aliquando clarius dicere, quā ipſe primarum, multum ſummittere, vt ille princeps quam maxime excellat. Vide quæ iſtic Pædianus.

3 *Gymnicorum ſeruo ſtramenta gymnaſii colligenti*] In veteribus libris correcte, *Cymeorum ſeruo ſtrigmenta gymnaſii colligenti.* De Cymæis ita Stephanus: Κύμη πόλις αἰολίδος πρὸ τῆς λέσβου ἀπὸ κύμης ἀμαζόνος. ἐκαλεῖτο δὲ ἀμαζόνιον. τὸ ἐθνικὸν, κυμαῖος. ἐντεῦθεν ἦν ἔφορος ὁ ἱστορικὸς καὶ ἡσίοδος. Eadem Strabo ſcribit libro duodecimo. Hybreas orator itaque perquam ſimilis erat Cymeorum ſeruo publico qui ſtrigmenta gymnaſii colligebat. Sunt autem ſtrigmenta ſordes, quæ deterguntur è corporibus athletarum vel exercentium ſe in gymnaſiis. Vtitur vocabulo frequenter Plinius, vt libro 15. capite 4. Olei vſum ad luxuriam vertere Græci vitiorū omnium genitores in Gymnaſiis publicando. Notum eſt, magiſtratus honoris eius octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei vendidiſſe.

4 *Tam ſimilem ferunt, vt tanquam germanum fratrem totius Aſiæ oculi aſſignarent*] Vetuſti codices ita, *Tam ſimilem vt germanum fratrem totius Aſiæ oculi aſſignarunt.* Recte.

5 *Inuicem ſuſpicione in matrem eius reiecta*] In Cauchiano, Gemblacenſi, *regeſta* legitur. vt Quinctilianus 11. Inuidiamq; omnē in eum regereret qui hoc ſe coegiſſet.

## CAP. XV.

1 *Illa tamen quæſtione*] Rectius vetuſti libri, *In illa tamen quæſtione.*

2 *Qui Cornelio Sylla republica potiente, in domum Cn. Aſſidionis irrupit*] Multo correctius in Atrebatenſi aliiſq; ſcriptis libris, *Qui Cornelio Sulla rerū potiente*

*in domum Cn. Aſinii Dionis irrupit.* Sic paulo poſt legendum, *Sed ſe Dione eſſe procreatum non Aſſidione.*

3 *Verum poſtquam à Syllana violentia Cæſariana æquitas reduxit gubernacula Romani imperii iuſtiore principe obtinente rempublicam*] Extrema verba *rem publicam*, in vetuſtis codicibus quinque non extant. Et abeſſe ſalua ſententia poſſunt, legendo *reluxit*, pro *reduxit*, hoc modo, *Verum poſtquam à Sullana violentia Cæſariana æquitas reluxit, gubernacula Romani imperii iuſtiore principe obtinente.* Quæ forma loquendi à Valerio non aliena eſt, nec adeo ab ipſa veritate; conſtat enim poſt Sullæ dominationem non ſtatim imperii gubernacula ad Cæſarē eſſe reuoluta.

4 *Credula ſuffragatione ſuffultum caput*] *Fultum* in manuſcriptis. Sic fultum gloria imperium, dixit Cicero Officior.3. Item Plin.
in epiſt. Præterea qua “
gratia, quibus ami- “
citiis fultum? “

# STEPHANI PIGHII
## ANIMADVERSIONES
### IN
### EPITOMEN DE NOMInum ratione,

*Veterum codicum collatione facta ad exemplar impreſſum Antvverpiæ anno* M.D.LXVI.
*Per Philippum Nucium.*

1 *In epitomen ſuam C. Titi Probi præfatio*] Hic titulus in multis veteribus libris non habetur, & in aliquibus, vt dixi, ſunt aliæ præfatiunculæ librariorum arbitratu compoſitæ. At in Campenſi codice nulla eſt præfatio. Quemadmodum enim in aliis nouē Valerii Maximi libris, ita & hic ſolūmodo pręfiguntur tituli; quos abbreuiatorē Iulium Paridem omiſiſſe dicunt librariorum præfatiunculæ, & ſunt quidem tales;

*De*



*De nominibus,*
*De pronominibus,*
*De cognominibus,*
*De agnominibus,*
*De appellationibus poteſtatum,*
*De verbis Romana hiſtoria.*

Ex quibus facile colligi poteſt, librarios fragmentum iſtud epitomes de nominū ratione non ſolum: ſed & alia quædam collectanea veluti appendices ad declarandum Valerium eius libris adieciſſe, ex antiquis quidem auctoribus deprompta, ſed quæ poſteriores pro ſuo iudicio male conſarcinarunt, mutarunt, & detruncarunt. Nam huic fragmento de nominibus, quod continue poſt titulos iſtos ſequitur, in Campenſi codice annexa eſt alia quædam epitome de appellationibus poteſtatum, & de Rom. hiſtoriæ vocabulis; velut arguunt etiā ex dictis titulis duo poſtremi. Attamen hæc ab alio recentiore videtur eſſe compoſita, & vix digna luce, nedum Valerio Maximo; qualiſcunque tamen eſt, non minus prodeſſe forſan poſſet imperitioribus, quam illa quæ ex Pomponio iuriſconſulto de origine iuris ac magiſtratuum non admodum fideliter eſt compilata.

2 *Decimi huius operis libri per C. Titum Probum Epitome De prænomine*] Atque hæc item inſcriptio non habetur in manuſcripto Campenſi, nec in aliis.

3 *Quod Romulus, & Remus, Fauſtulus*] Deeſt altera copula. Nam in Campenſi v.c. & aliis manuſcriptis ſic legitur, *Et Remus, & Fauſtulus.* Ceterum Varronis opinionem iſtam ſequitur item Appianus Axandrinus, ſcribens Romanos ab initio vſos vno nomine, dein duobus, poſtea tribus.

4 *Rheam Syluiam*] v. c. *Ream Siluiam.* Quæ orthographia antiqua eſt Romana non Græciſſans; quippe ſine aſpiratione vel y in Siluiorum nomine. Mox ſequitur, *Amulium Syluium*] v. c. *Amulum Siluium.* Nec adeo male. nam priſca hæc fuere prænomina apud Albanos, Amulus, Romulus, Numitor, Tutor, necnon Romus, Remus, & alia quæ poſtmodum non vſurpata obſoleuerunt. Deinde habetur, *Agrippam Syluium*] In v.c. *Agripam Siluium.* Item antiq. ſimplici p. Nam ab ægro partu præ-

nomen inuentum eſt. In Sambuci codice hic omittitur.

5 *TutoremClodium*] v.c. *Tutorem Cloelium.* Recte. Nam Cloelia gẽs à Cloelio Æneæ comite appellata eſt Dionyſio & Feſto teſtibus. Quæ apud Albanos in Latio inter antiquiſſimas, & nobiliſſimas fuit. Poſt Syluiam etenim in Numitore deficiẽtem eius regni principatum& gubernacula tenuit ſub Numa, & Tullo Hoſtilio regibus; & demũ Alba, ſub Suffetio dictatore diruta, Cloelii Romam à Tullo rege cum omni alia nobilitate traducti etiam ſunt, atque inter patres lecti, ſicut Liuius, Dionyſius & alii ſcripſere.

6 *Pompeium Pompilium*] v.c. *PompumPompilium*. In Liuio, Dionyſio, Valerio Max. patrem Numæ regis Põponem Pompilium appellatum legimus, in Plutarcho autem Pomponium Pompilium. Atq; hæc varietas librariorum negligentiæ imputanda eſt. Ceterũ prænominis antiqui formã magis retinent illa, Pompus, vel Pompo: tertium Pomponius, gẽtilitium nomen potius eſt, quam prænomen. Poſtea ſic legitur, *Putilianum Lauianum*] In quibuſdam manuſcriptis, *Pvtilianum Lauianium*, in Sambuci libro *Poſtulanum Lauianum* habemus. Sed æque obſcura hæc; immo vt Verrii Flacci verbis dicam, intermortua, & ſepulta iam ſunt vocabula.

7 *Voleſium Valentium*] v. c. *Voleſum Valenſium.* Prænomen hoc extat ita quoque, *Voleſus.* in antiquiſſimi termini marmorei fragmento Romæ apud Maffeios.

P. *Valeſius. Voleſi. F. poplicola.*

Verum in marmorib. Capitolinis, Voluſus, non Voleſus, ſcribitur. Priſcum valde in Sabinis fuit, & genti Valeſiæ, quę deinde Valeria dicta eſt, vel ante Romã conditam familiare; quo item vſus eſt primi Poplicolæ pater. Hinc apparet primũ Voleſos, poſtea Voluſos dictos eſſe Valeſios: & hoc loco Voleſum Valeſium legendum eſſe. Hic enim ille videtur eſſe princeps gentis Valeiiæ, quem cum T. Tatio rege Romã tranſtuliſſe domiciliũ, tradũt Dionyſius Halicarnaſſ. & Plutarchus. Proximus locus, *Alium Sumuſileaticum*] nihil habet ſani. In v. c. *Allum Funniſilaticum.* Suſpicor duos hic nominari &

ri &



ri & adduci pro exẽplo, ſcilicet prænomine & nomine Allus enim prænomen priſcum eſt, vnde gens Allia nuncupata. Reperiuntur vetuſtiſſimi nummi argentei cum Apollinis capite, & biga Dianæ, quã cerui iuncti trahunt, inſcripto titulo c. ALLI. Sic etiam ab Aulo prænomine gens Aulia nomen accepit, atq; aliæ multæ ab aliis. Niſi fortaſſe quiſpiam hic Tallum Turanium adferri velit opinari, quem etiam cum T. Tatio rege Romam è Sabinis habitatum ſcribit Dionyſius libro ſecundo. Sed in tam obſcuro, & lubrico loco pedem figere difficile eſt.

8 *Hetruſcis, recitant Lartem Porſenam ab Equicolis; Septimium Medium*] Correctius, & dilucidius hæc ita habentur in v.c. Campẽſi, & Sambuciano, *Ex Tuſcis recitant Lartem Porſennam; ab Aequicolis, Septimũ, Modium primum regem eorum.* Septimus, eſt rarum quidem prænomen: ſed eiuſdem tamen rationis ac Quinctus, Sextus, Octau⁹, Decimus; quæ ab ordine naſcendi impoſita fuiſſe affirmat M. Varro. Eius mẽtionem reperio apud Liuiũ libro 25. fine, vbi iuuenem illum equitẽ Rom. qui Scipionibus occiſis in Hiſpania reliquias exercitus ſeruauit appellat L. Marcium Septimi filium. Ita namque legendum, quando cõſtet moris eſſe Romani, prænominibus ſolis patres ac auos notare. Et ab eodem gentilitium quoque nomen prouenit Septimiorum, ſicut ab aliis etiam Quinctii, Sextii, Octauii, Decimii ſunt appellati. Modiæ quidem gentis memini etiam Cicero, M. Modium equitem Romanum nominans actione in Verrem 4.

9 *Quod ad vltimum dicitur, agnomen: quorum, &c.*] v. c. *adicitur agnomen eſt.* Vnde colligimus legi debere, *Quod ad vltimum adicitur, agnomen eſt.* Quæ breuis, & apta definitio agnominis.

10 *Poſthumum Cominium Aruntium, & Poſthumum Ebutium Heluam, & Vopiſcum Iulium, & Opitrem Virgineum Tricoſcum, & Paulum Fabium Maximum*] Hæc nomina varie admodum exprimuntur in exemplaribus: at in v. c. non male omittuntur aſpirationes, quæ antiquitus omitti ſolent. Sic & nos ea correximus ex fide

Gg

veteris orthographiæ, quæ adhuc reſidua eſt in Capitolinis marmorib. & nummis antiquis.

11 *Gentilium nomina Varro putat fuiſſe numero, & prænomina circa triginta*] v. c. *Gentilicũ nomina Varro putat fuiſſe in numero.* Sed eſſe legendum ſuſpicor, *Gentilitia nomina Varro putat fuiſſe innumera, & prænomina circa triginta.*

12 *Vt Poſthumius Agrippa*] v. c. *Poſthumus, Agripa.* Atque hæc quidem fuiſſe in patriciis gentibus quibuſdam antiquis prænomina, faſti conſulares demonſtrant. Nempe Poſtumus reperitur in Cominia, & Æbutia: Agripa autem, in Menenia, & Furia; ſic Proculus, in Iulia, Gegania, & Virginia. Quæ prænomina, vt & alia, poſteriores plebeiæ præſertim gentes quædam pro cognominib. acceptarunt. Poſtumus enim in gente Vibia, & Rabiria cognomen eſt; Agrippa autem in Fonteia, Vibullia, Vipſania, & Aſinia; item Proculus in Licinia, atque Plautia. Ibidem additur, *Cæſar & Opiter*] Admodũ confuſe. Sed in manuſcriptis pleriſque copula omittitur, nec male. Nam in Opiter ſignificationes pręnominum incipit exponere: quod ipſum quidem fuiſſe cognomen, non liquet. Porro, Cæſar, Iuliorum cognomen eſſe conſtat; ſed an prænomen antea fuerit, obſcurum quoque nobis eſt. Adiungit tamen iis, quæ ex prænominibus cognomina facta ſunt. Atqui Cæſo vetus prænomen eſſe eiuſdem originis & ſignificationis ac Cæſar cognomen Iuliæ gentis plures opinantur. Ait enim Plinius libro 7. capite 9. Primum Cæſarem à cæſo matris vtero dictum, eademque de cauſa & Cæſones appellatos fuiſſe.

13 *Hoſpes prænomen fuit*] in v. c. *Hoſtes* legitur, item mendoſe. Verum ex Liuio, Macrobio, Caſſiodoro, marmoribuſque Capitolinis colligere eſt, Hoſtus legi debere, quemadmodum libro tertio Annalium in iſtius Lucretii, qui hic adducitur, conſulatu demonſtraui. Inſuper 12. tabulæ oſtendunt peregrinos omnes olim appellatos hoſtes fuiſſe; quod etiam Cicero, & Sex. Pompeius annotarunt. Ex qua voce deducitur iſtud prænomen, quo vſi ſunt primi



Hoſtilii & ante vrbem cõditam; Lucretia item gens, ſicut ex faſtis conſularibus conſtat. Ibidem paulo poſt, *Lucretius Tricipitius*] *Tricipitinus* legendum eſt ex auctoritate marmorũ Capitolinorum, quibus nihil eſt correctius.

14 *Volero enim in prænomen abiit*] v. c. *Volero in prænomen abiit*, ſine cauſali coniunctione, quæ ſuperflua eſt. Deinde ſequitur, *Quia nolentibus naſci liberis parentibus videoatur*] v. c. *Et nolentibus naſci, &c.* Locus ſine ſenſu multum obſcurus eſt, & è manuſcriptis codicibus nihil lucis hactenus depromitur. Poterit tamen duarum literarum mutatione, & vnius tranſpoſitione ſic fieri multo correctior, & dilucidior; ſi (indebatur) legamus pro (videbatur) & (volentibus) pro (nolentibus) ita: » Volero in prænomen abiit, & volentibus naſci liberis parentibus indebatur. Nam omnis quiddam in ſe habet prænomen iſtud, ſicut Tullus, Aulus, Manius, & alia. Mox illud, *Publius Philo*] Muta in *Publibius Philo*, ad imitationẽ Capitolinorum marmorum, in quibus adhuc extat inter tribunos conſulari poteſtate, qui fuerunt A. v. CCCLIV.

15 *Laertis prænomen eſt ſumptum à Laribus*] Locus hic prodigioſe corruptus eſt, & variis erroribus, quẽ obiter etiam libro Annalium tertio correximus in conſulatu huius Herminii. Nunc vero eundem ad manuſcriptorum librorum examẽ reuocare non incõgruum videtur. In Campenſi legitur, *Lalertis prænomen*, in alio v. c. *Lacertis*. Sed malim, *Lar lartis*; ad differentiam Lar laris. Has enim duas voces ita diſtinguunt veteres grammatici Priſcianus, Soſipater, & alii; vt Lar, ſi familiarem deum ſignificet, genitiuum, Laris, faciat: ſi prænomen, vt Tolumnii, vel Porſennæ, qui Etruſcorum Reges fuerunt, faciat Lartis. Iam quæ ſequuntur, ſunt prorſus ab imperitis hiſtoriæ librariis confuſa & male diſtincta, qui ex gentilitio nomine, Herminius, inauditum prænomen, Heriminus, fingere voluerunt. Quid enim ſucci trahes ex iſta lectione vulgata? *Tuſcum ante creditum eſſe fuitque conſularis. Heriminus eſt prænomen Tito Virgineo Caſto.* Et manuſcripti libri nihil fere dãt

lucis, niſi quod in quibuſdam legatur ( *autem* ) pro (*anti*): quodque diſtinctiones illæ vulgatæ ſint omiſſę. Ceterũ ſtudioſius animaduertenti palam fiet, duas voces iſtas ( *eſt prænomen*) tranſpoſitas eſſe perperam apud Herminium, vti hoc prænomen fieret; & eodem errore ſimul alia quædam eſſe vitiata. Nã ſi duas voces illas transferamus altius, & conſulum nomina corrigamus ex faſtorum fide, meliuſq; ſententiam diſtinguamus; offeret ſe verior & multo correctior periodus illa, in hunc modum, *Tuſcum autem creditum eſt prænomen eſſe, fuitque conſul Lar Herminius cum T. Virginio Tricoſto.*

16 *Statius à ſtabilitate* ] Lege, *Status*; & paullo poſtea, *Tullus*, pro *Tullius*. Ita enim in v c. Nec male. nam prænomina hæc ſunt ex omine ſumpta, non ſecus ac Fauſtus & Aulus; item Vibus ab omine vitæ, quod ad differẽtiam alterius appellatiui per b ſcribitur. Cæterum Statius, Tullius, Aulius, Vibius gentilitia ſunt nomina, non prænomina. Ibidem, vbi vulgo legitur, *Prænomen ceperunt* ] v c noſter habet; *Prænomina ſumpſerant*. At legendum eſſe ſuſpicor, *Prænomina ſumptuerant.*

17 *Natus eſt, appellatus eſt* ] v c. melius, *natus erat*, Igitur hoc prænomen ex eorum genere eſt, quæ à tempore naſcendi ſumpta ſunt; veluti Lucius, Manius, Marcus, ita & Sertor, qui ſationis tempore natus eſt.

18 *Valerius autem ſcribit* ] Ioannis Sambuci codex, item alius manuſcriptus habet; *Valerius Antias ſcribit.* Et facile credo librarios cognomen hoc ipſis in ſuetum mutaſſe, exiſtimantes Valerii Maximi mentionem hic fieri.

19 *Cneus, ob inſignem rem appellatus* ] In noſtro v. c. hæc multo emendatius habentur, *Gnæus ob inſigne næui appellatus eſt.* Næuum enim maculam antiquitus Gnæum vocari ſolere, mox etiam ipſe dicit; ſicut item Sex. Pompeius affirmans, Gnæus, corporis inſigne & prænomen eſſe.

20 *Igitur etiam qui in corporibus gigni ſolet, Gnæus appellatur* ] Plenius & correctius hæc in veteri codice noſtro, *Qui in corporibus næuus gigni ſolet, gnæuus appellabatur.*

21 *Qui Næus, leuitatem Caii iudicant à gaudio parentum dicti* ] Confuſe, perperam hæc, & mutile: ſed melius & diſtinctius in Cãpẽſi manuſcripto. *Qui Næ⁹, leuitatem velle iudicantur. Gaii dicti à Gaudio parẽtũ.*

22 *Qui ad flumen Tiberim naſcebantur* ] v. c *Qui ad Tiberim naſcebantur.* Deinde, *Titus à Sabino nomine Tito fluxit* ] v. c. noſter ita: *Titus è Sabino nomine Tito refluxit* ] Itidem mendoſe, ſed aperit tamen aliquantulum. Non enim veriſimile eſt, Titum à Tito fluxiſſe, quando idem prænomen ſit; ſed potius alio nomine, velut Titorio, ſiue Titulio Sex. Põpeius autem, Titus prænomen ortum ſcribit à Titulis militibus ita dictis, quaſi tutuli, quod patriam tuerentur. Vnde & Titurria gens nomen traxiſſe videtur vnius literæ mutatione, quã valde priſcam in Sabinis fuiſſe, demonſtrant antiquiſſimi nummi argentei cum effigie Sabi dei. Eos autẽ inſcriptio indicat cuſos eſſe à L. Titurio Sabino, & repræſentant inſuper ex his aliqui raptum Sabinarum mulierum & aliqui Tarpeiam virginem in Capitolio ſcutis oppreſſam; idque in primi cum Romanis belli memoriam, & cõſortii per affinitatem contracti. Quos nummos in principio faſtorum ſuorũ Hubertus Goltzius ex Laurinianis belliſſime delineauit. Fortaſſe igitur legendum eſt, *Titus è Sabino nomine Titurio fluxit*, vel *Titulio fluxit.* Eiuſdem autẽ originis & ſignificationis eſt gentilitiũ nomẽ Titius.

23 *Appius ab Acteo* ] Sambuci codex habet, *ab Atto.* Quæ vox maiorem formam prænominis præfert, vnde Atteia gens dicta eſſe videtur & Attia quæ deinde ſimplici conſonãte ſcribi cœperunt.

24 *Quaſi Epopa* ] In Campenſi: *Epopa alii*: in Sambuci libro, *Ethiopani*: atq; ita in omnibus aliis codicibus hic locus admodum monſtroſe corruptus eſt, vt hactenus nemo eum corrigere potuerit. Mihi autẽ in mentem venit opinari, librarios imperitos ibi in Græcam vocẽ ϲπΟΡΟΙ, id eſt, ſemina impegiſſe. Ideoque Latinis characteribus imitando Σ. in E & P. in p. item οι in œ, vel æ perperam mutaſſe. Cõſtat enim antiquitus Spurios vocari ſolere vel vulgo vel adulterio conceptos, & veluti temere ſparſa ſemina, patre incerto natos. Atque idipſum veteres iuriſconſul-

tos etiam affirmaſſe, Plutarchus ſcribit in Problematibus; nam volunt ita natis à vero & genuino patre præter ſemen nihil eſſe reliquum. Adiecta autem vox, *aliter*, vel *aut*, ſane videtur ex variarum lectionum notis è margine fluxiſſe in contextum, & prorſus nihili eſſe. Verum quæ ſequuntur, varie partim annotationibus conſpurcata, partim mutila ſunt: quæ ſic in vulgatis legūtur, *Numeri, ſola patricia familia vſa eſt Fabia.*] Et ita in quibuſdam manuſcriptis, in aliis autem vox, *familia*, deeſt. In Io. Sambuci libro ſic: *Numeri ſola patricia tantummodo vſa eſt Fabia.* Vbi redundat vox, *tantummodo*, ex annotationibus, vt apparet, inſerta, & aliæ deſunt. in Campenſi autem clarius elucent tales annotatiunculæ: nam ſic habetur: *Numeris ſola patricia gens familia eſt vſa Fabia prænomen eſt.* Ibi nempe mōſtratur alia ſuppoſititia vox, *Familia*, quæ omnino reiicienda eſt. Loquitur enim hic auctor de tota gente Fabia ad Cremeram cæſa, non de vna Fabiorum familia, quorū poſtea plures familiæ prænomē Numerii acceptarūt: ſicut primū Vibulani, deinde Ambuſti, Pictores, & Buteones. Poſſet igitur ab his erroribus ita vindicari locus iſte, & recte ſuppleri, *Numerii ſola patricia gens vſa Fabia eſt prænomine.* Videlicet auferendo voces duas ſuperfluas; & mutādo, *Numeris*, in *Numerii*; &, *Fabia prænomen eſt*, in *Fabia prænomine.* Fabiam vero gentem inter patricias primam fuiſſe, quæ Numerii pręnomen adſciuit, etiam Sex. Pompeius ſcribit, & eandem adfert rationem.

25 *Numeri Iotalicii Malemitani*] v.c. correcte, *Numerii Otacilii Malemintani.* Sic quoq; nominat eundem Sex Pomp.

26 *Et Numeri prænomen imponere*] v.c. *materni aui prænomen.* Recte. ſicut & Sex. Pompeius. inuſitatum enim erat apud Romanos prænomen à parte materna accipere.

27 *Rutilia, Caſellia, Rodocilla, Mutrulla.*] In v.c. noſtro, *Rutilla, Caſella, Rodocella*, legitur. Et veterum prænominum formam hęc magis repræſentant. Sex. Pompeius Cæſullam vocari dicit, à cæſiis oculis; & Rauillam à rauis, quod poſtea cognomen in Caſſia gente. Pro, *Mutrulla*, Sābuci codex habet, *Murcula*, atque id diminutiue fortaſſis à Murcus, cognomine virili. Sequitur, *Burra à calore dicta*] v. c. *à colore.* Nec male. Burros enim Romani appellarunt fuluos ac rubicundos, quos Græci πυῤῥούς. Hæc quidem iā dicta prænomina à proprietatibus deſumta tranſiiſſe deinde in cognomina reperimus, ſicut & Rutilla, teſte Sex. Pompeio qui dicit rutili coloris ſtudioſas etiam antiquas mulieres fuiſſe, atque inde etiam traxiſſe cognomina Rutillas, idque etiam Afranium frequenter indicare.

28 *Publia Mœrea*] In Sambuci libro, *Publia, Numeria.* Et hæc quidem prænomina à viris ſumpta ſunt. Varro tamen putat Marcam & Numeriam muliebri forma nō dici: Luciam, Maniam, Poſtumā, vt mulierum prænomina agnoſcit libro 8. De lingua Latina. Ergo fortaſſe *Mania*, hic legendum erit, pro *Mœrea.*

29 *Caiam eſſe ſe dicerent*] In Campenſi ita. *Caiam eſſe ſe dicerent C. Titii.* Deinde ſequitur, *Finit epitoma de nominibus hiſtoriarum & exemplorum Romanorū.* Quid autem ex his colligi poſſit, videant docti. Mihi quidem ſuſpicio oboritur librarios quoſdam temere hæc aliter diſtinxiſſe hoc modo, C. *Titii finit epitoma, &c.* atque inde opinionem natam C. Titiū auctorem eſſe huius epitomes, ſicut nunc in impreſſis exemplaribus proditur. Præfatiuncula tamen licet à diuerſis diuerſimode fabricata, nullibi hoc indicat; ſed in quibuſdam codicibus, vt dixi, Iulius Paris abbreuiator decem librorum Valerii nominatur, quorum decimi epitome hæc eſt de nominum ratione. Sed cuiuſque ſo Valerii? nam ad Maximi argumentum ne puncto quidem vno accedit. Itaque videtur potius eſſe alterius alicuius veteris qui decem libros non exemplorum, ſed de Lingua Latina ſcripſit, quos Iulius Paris in Epitomen redegit: & eorum decimi epitome propterea à librariis Valerii Maximi libris nouem adiecta eſt appendicis vice, quia breuiter & ſuccincte Romanorum nominum rationes explicet, quo melius Romana Valerii exempla poſſent intelligi.

ab imperatoribus. Quo fine & alia illa epitome in Campenſi libro poſt hanc adiuncta eſt, de Appellationibus magiſtratuum, & vocabulis hiſtoriæ Romanæ. Quis autem hic Iulius Paris, fateri neceſſe eſt, non liquere: quamuis ex nominis forma colligi fere poſſit, libertum fuiſſe doctum aliquem domus Iuliæ, qualibus vti ſolent grãmaticis, vel pædagogis, vel anagnoſtis. At multo magis obſcurum eſt, quis fuerit C. Tirius Probus hic velut auctor epitomes in impreſſis libris præfixus; quem ego quidem in manuſcriptis veteribus nõdum reperi, præterquam in vnius, vt dixi, Campenſis calce adiectum; atq; ita, vt ad ipſam extremam fragmenti illius ſententiam potius pertinere, quam auctorẽ eius notare videatur. Nam ſi reſpiciamus ad ſolemnem illum ritum nuptiarum, cuius ibi fit mentio, & quem etiam pulchre Plutarchus in Problematibus exponit; profecto non inepte noua nupta ex more interrogata ſemet ſponſumque ſuum bene ominate nominando, *Caiam ſe eſſe dicebat C. Titii*, vel *C. Titii Probi*, vt videntur habuiſſe quidam codices, ex quibus nomen auctoris iſtius translatum eſt ad præfationem illam primam. Inter priſcas enim nuptiarum cæremonias & illud erat, quod auſpicatum habebatur, ſponſum vel ſponſam ab initio nuptiarum non tam propriis, quã bene fauſtis, ac ominatis appellare nominib. Quemadmodum & virgines Veſtæ ſacrandas, pontifex maximus cum caperet, nõ ſuo nomine, ſed Amatas vocare ſolebat. Quin & ſponſa, vt idem Plutarchus teſtatur, ad ſponſum deducta, & profari iuſſa; his verbis eum alloqui ſolet: Vbi tu Caius, ego Caia. ita ſcilicet de paciſcendo fortunarum facultatumq; omniũ communionem: quaſi diceret, vbi tu dominus ac herus, ego domina & hera: vbi tu gaudebis, ego gaudebo. Quam paritatem coniugii duobus ſemicirculis ſignarunt antiquitus, vti dexter maritum, ſiniſter vxorem repræſentet. Qui coniugii copula connexi circulũ abſoluunt, id eſt, rem omnib. numeris integram & abſolutiſſimã conſtituunt. Hinc ni fallor, ortum eſt, vt antiqui prænomen, Caius, C. &, Caia, litera eadem inuerſa, ſic Ɔ, notarint; quæ circulum iunctæ conſtituunt, eodemq; mũdus, coniugium, generatio, & æternitas hieroglyphice ſignificabatur. Caios autẽ à gaudio, Titos, ac Titios à tutando nuncupatos volũt, vt ante dictum eſt: quæ idcirco nomina habebantur auſpicata, vt & cognomen Probus. Atque iſta occaſione fortaſſis ita vſu vulgata ſunt, vt iuriſconſulti in ſuis ſcriptis quoſcunque fere viros, vel Caios; vel Titios appellarint; & quaſcunque mulieres, Caias vel Titias; cum de controuerſiis inter perſonas ortis differunt, & caſus exempli cauſa proponunt.



IVSTI LIPSI

# BREVES NOTAE AD VALERIVM.

IN his Notis, Vir amice Pighi, ſcire te & alios volo quibus auxiliis ſim vſus. Ab ingenio noſtro pleraq; eſſe fateor: quod tamen ſæpe in viam veri duxerunt libri. Ii mihi bini manuſcripti: quos Vltraiecto benigne curarunt Viri Clariſſimi Lambertus & Hadrianus Vander-burchii, eximium par fratrum, docti ipſi & in doctos valde proni. Præterea veteres editiones inſpeximus: quas hic & in aliis ſcriptorib. nihilo deteriores inuenimus manuſcriptis. Tu aliique è reipſa iudicabitis,

*Opera nobis hæc inanis, an in vſum impenſa ſit.*

Ad illam enim ego trãſeo.

*Prologo.*

Pag. 1. *Ab illuſtribus electa auctoribus deligere conſtitui*] Diſplicet geminatio, *Electa deligere*. Scribam omiſſo verbo altero, *Ab illuſtrib. auctoribus deligere.*

Pag. 2. *Mea paruitas, eo iuſtius ad fauorem tuum decurrerit*] Seruilis ſermo & cellarius. Ego ſane paruitatẽ eam ablegẽ è Valerio, ſcribamq; expunctis duab.

vocibus: *ego iuſtius a. f. t. decurrero.*

*LIB. I. CAP. I.*

Pag 3. *Decem principum filii*] Conſtat Etruriæ populos duodecim fuiſſe. itaque cum pro numero eorũ, ſingulis populis ſingulos principum filios attributos velit: vide nũ, *Duodecim principum* corrigi, magis è re & veritate fit. Cicero tamen De Diuinatione, in hoc facto denarium duntaxat numerum (ſi & ipſe correctus) agnoſcit.

*Gracchano tumultu*] Veteres editiones, *Gracchano nutu.* placet, *motu.* vt & tu Pighi alibi reperiſti. Non enim Gracchana illa ſeditio, proprie Tumultus.

Pag. 5. *Obruitur tot etiam illuſtribus conſularibus L. Furius*] Diſtinctius aptiuſque ſcribo, *tot & tam.* item, *Conſulatib.* Nam de Marcello retulerat quintum conſule. Itaq. recte conſulatus multos: non pariter, Conſulares legeris. Nec enim plures præceſſere.

*Quare agreſte illud & ſordidum plauſtrum capax*] Libri veteres, *Quarum* referunt. Lego, *Quorum,* & ad ſacra refero. In iiſdem, *ſordidius plauſtrum,* Puto, *ſordidans,* fuiſſe.

Pag. 6. *Vt ex vno & ſene complures Pœnorum iuuenes penſarentur*] Reiecta particula lego, *Vt ſe vno.* Impurus mihi aliter ille ſermo.

*Merito ſibi infeſtos deos reuerteretur*] De diis parũ apta hic mentio: nec ii ſane Regulo infeſti. Alii, *hoſtes,* ſubſtituunt: ego, *eos,* verum cenſeo, vt ad Carthaginenſes referas.

Pag 8. *Factũ Maſaniſſæ plus animo, quã Punico ſanguini conueniens*] Ita tu è Campenſi. Alii libri, *Maſaniſſæ animo, magis quam.* Ego vtrumque adiectamentum arbitror, & verum eſſe, *Maſaniſſæ animo, quam Punico.* quomodo & libri mei ſcribunt. Sileri & intelligi illud, *Magis,* crebrũ & pulchrum in oratione Latinis. Exempla mihi ad Tacitum cumulata.

*CAP. V.*

Pag. 16. *In omnibus prœliis viri ducem conſtituerunt*] Præoptem vt in priſco: *duce vti inſtituerunt.*

*CAP. VI.*

Pag. 17. *Veios in poteſtatem populi Romani venturos*] Liber vetus, *futuros.* Et quis ambiget? Vetus & ſelectum ſermonis genus de quo iampridem A. Gellius in Noctibus.

Pag 18. *Angues duo, ex* *occul-*



*occulto prolapſi*] Veteres *angues duæ,* & *prolapſæ.* quod gen⁹ magis in hac voce amant.

Pag. 19. *In quod metus augurii triſti fine vitæ incidit*] Priſca lectio, *in quem metus augurii.*

Pag 20. *Inuicta leges neceſſitatis*] Eadem, *neceſſitudinis* probe.

*Sonũ abditis delubris editũ*] An potius, *abditis delubri?* Sic Remota tẽpli in Cæſare lego: & adyta ſignificari ac penetralia tẽpli ſcimus.

Pag. 21. *Non conſentaneos viſus tranſtuliſſe videar*] Patũ expoſita aut appoſita ſententia in voce, *viſus.* Legã, *viſus hoc acumine:* (id enim ſcriptor iſte mirũ quantum amat) cũ de Diuo Iulio dixerim, inquit, claudã Romana exẽpla, nec oculos parũ decore transferam è cælo iterum ad terram.

*CAP. VII.*

Pag 2[illegible]. *Diuino munere effectũ*] Vetus, *diui numine,* Ego *diuino numine,* omnino malim.

Pag. 23. *Vtrius autẽ dux copias hoſtiũ aggrederetur, ſuperque eas ſeſe ipſum deuouiſſet*] Quod in priſca editione verbum *aggrederetur,* abeſt: valde probo: Et ſane additiũ eſt. Nã hoc è Liuio clarũ deuotionem hanc ita cõcipi ſolitam, vt ſeſe vnaq; hoſtes Diis manib. ſacrarẽt.

*Prius quã pompa induceretur*] Verbũ & ſententia ad rẽ Circẽſem apta. tamẽ neſcio quid me ſiſtit & illigat vetus lectio *priuſquã tenſa induceretur.* neq; nunc expedio.

P. 24. *Capillo demiſſo*] Rectius vetus, *capillo immiſſo.*

P. 25. *Propiorib. lineis, vt ita dicã ſomnium certo euẽtu admonitũ eſt*] dixi vere in 2. Electorũ nuper, legendum *admotum eſt,* metaphora à Circo vt alibi clare dicam.

Pag 26. *In deſertis arenis ſtruxerat*] Auctior priſca ſcriptura, *deſertis & ignotis arenis.*

Pag. 27 *Duos prænuntios ſomnii*] in vet. *diis prænuntios.* Ego vellem, *deos prænuntios ſomniis.*

*CAP. VIII.*

P. 31. *Bis locutũ conſtitit, his pene verbis*] Ita tu Pighi (ignoſce) me abnuente. Quorum. n. aut cui ſententiæ illud, *pene?* Nã ſane iis ipſis verbis locutã vult, non ambigue talibus aut ad eũ ſenſu. A bis etiã ab omnib. libris priſcis tuis alieniſque qui referũt, *prius his verbis,* locã in cõiecturas: ſed veritatẽ ni fallor, Sambuci nobis codex ingerit, cuius miſit ad nos Excerpta in eo apte hęc lacuna expleta: *his prius ver-*

*bus* RITE ME MATRONAE VIDISTIS. deinde RITE DICASTIS. Vult enim omnino Valerius, bis id ſignum vocem edidiſſe, eiuſdem mentis, verbi tamen vnius immutatis. Scio Dionyſiū, Plutarchū, Auguſtinum etiam 4. De Ciuitate ſcribere, iteraſſe Iunonem bis eadem ipſa verba: ſed Valerium ab iis abire (vt ſæpe) teſtari verbum *Vidiſtis* poteſt, quod aliis illis omiſſum. Si improbas: poſſit non inepte legi, *prius his verbis* id eſſet, ſingulis articulatiſque verbis. Siue etiam *conſtitit patribus, his verbis*. Vt vocē patribus, truncate ſcriptam fuiſſe cenſeamus.

Pag. 32. *Non audentibus Romanis prælio congredi* ] Veteres, *prælium ingredi*. eleganter.

Pag. 35. *Cuius ſalus ab imminenti exitio defenſa, ruinæ quoque ſubtracta eſt* ] In vet. *officio*, pro, *exitio*. male. Sequentia connexim lego, *defenſa ruinæque ſubtracta eſt*. Nec enim aliud aliquod exitium Simonidi imminuit, quā hoc ipſum ruinæ.

Pag. 37. *Patrimonii etiā poſſidendi adeundæque ſcholæ communione coniuncti* ] Vett. *alendæq; ſcholæ*. malim. *habendæque*. vt vna eos docuiſſe ſignificet.

*Ne ipſa quidem artifex Natura rationem rerū reddidiſſet* ] Compoſitius hæc priſca editio, *artifex rationem rerum Natura*. Illud *rerum* ſane iungendum cū Natura eſt.

Pag. 38. *Cum ſciamus recte ab ea* ] Priſca lectio, *ratione ab ea*. quaſi dicat, iure ab ea vindicari.

*Dicit belluæ etiam coriū cxx. pedes longum in vrbem miſſum* ] Breuius antiqui: *belluæ corium c. & xx. pedum in vrbem miſſum*.

*LIB. II. CAP. I.*

Pag. 39. *Initiam ſtilum tam noſtræ vrbis, quam ceterarum gentium priſcis ac memorabilibus inſtitutis* ] Sambuci codex, *initiabo ſtilum* quod eſſet, quaſi initiū auſpiciumque ſtili capiam. Sed probo lente.

*Diſciplina contineri* ] Ex ſenſu, *diſciplinam*.

Pag. 40. *Multorum matrimoniorum experientiam, quaſi illegitimæ cuiuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes* ] Imo vero, *legitimæ intemperantiæ*. Vult tales viroſas fœminas ad pudorem rationemq; peccare, ad legem tamen nubere. itaq; velut legitimas quaſdam adulteras eſſe. Similis rei in Martiale iocus:

*Quæ toties nubit, non nubit, adultera lege eſt.*

*Offendar mœcha ſimpliciore minus.*

Pag. 41. *Breuiq; progreſſu morum in lucem virtutum verecundia & laboris meditatione ipſi doctiores erant* ] Contaminatus plane & depoſitus, te iudice Pighi locus: quem vide an attollam. In meis libris eſt, *breuique proceſſu*. item *verecunda*, pro, *verecundia*. A tenui hoc auxilio, commode tamen expedimus: *breuique proceſſurarum in lucem virtutum verecūda, & laborioſa meditatione, ipſi doctiores erant*. Sententiam totam lege, vide: probabis valde.

*Reducendi etiam officio fungerentur* ] Vetus, *officium*. probe.

*Defuncta virium curſu ætas* ] Priſca ſcriptura, *viri curſu*. Nunquid, *viridi*?

*CAP. II.*

Pag. 43. *Imperii pondus & auctoritatem domari*. ] Lego, *donari*.

*Credo ne alienigena ingenii exercitatione, patrii ritus ſeruus transfuga exiſteres* ] Cur, ſeruus transfuga? an non transfugiunt & liberi? Bene emendo *ſeruus transfuga*. Senex, inquit, tu Mari, & poſt duplices triūphos Græcam linguam diſcere ſpreuiſti; ne ſero velut transfugio te canoſq; tuos dehoneſtares. Sed & liber vetus auctior, *patrii ritus & linguæ*.



Pag. 45. *Hoſtiarum exta ad Quæſtores ærarii delata veniebant* ] Lege, *vaniebāt*, pecuniam ſcilicet ex iis vēditis in publicum redigebant.

*Sub magnis auctoribus celebrabat* ] Diſplicet lectio: nec tamen quod præponderet nunc reperio: An *ductoribus*?

*CAP. III.*

Pag. 46. *Memorq; ſi militaris ignauia humilitatem ſpernere perſeueraret* ] Ignauiæ vox haud conuenit. legam cōmodius, *ſi militaria ſigna. & perſeuerarent*.

*Q. Næuius centurio è peditibus lectos expediti corporis, breuibus & incuruis ſeptenis armatos haſtis, paruo tegmine munitos* ] Inſignis hic de inſtitutione velitum locus; ſed quem menda obſidet non vna. Primum legimus, *breuibus & incuruis haſtis* an recte? aut cenſeſne haſtas illas ad iactū incuruas fuiſſe? ego ſcio rectiſſimas, niſi ſi capis de ferro. Vetus lectio, *breuibus & in*

*turmis* Eleganter & vtiliter emendo, *infirmis*. Deſcribit videl. velitares illas haſtas; & primum ait breues fuiſſe (quaternûm enim tantum pedum, vt Liuius vult: ſiue duum cubitorum, vt Polybius) deinde addit & infirmas, id eſt, ligno tenui & minime craſſo. Adfirmat Polybius, qui lignum hoc τῷ μὲν μήκει ὡς ἐπίπαν δίπηχυ, τῷ δὲ πάχει δακτυλιαῖον facit: id eſt, *longitudine quidem omnino bicubitali, craſſitie ſaltem digitali.* Iure igitur noſter, *infirmum.* Sed amplius hic ſcriptum, *paruo tegmine munitos.* Quod autem hoc tegmen paruum? indefinita ſcriptio, imo inepta. Lego, *parmæ tegmine.* Liuius enim diſerte libro 26. & 38 parmas tribuit velitibus, Polybius item, & Frontinus lib. 4. Sed & Varronis fragmentum eſt: *cum rotundis velites leues parmis.* Denique in clauſula exempli: *Ideoque auctori eius Næuio adhuc honos eſt habitus.* Quid illud, *adhuc*? An manebat aut repræſentabatur honos Næuii ad Valerianum æuum? nugæ. Scribo, *à duce.* Exprimere & imitari, vt ſæpe, Liuium voluit, qui de hoc facto: *Auctorem peditum equiti miſcendorum centurionem Q. Næuium ferunt: honoriq; id ei apud Imperatorem fuiſſe.* Quod ab imperatore igitur honorem ei habitũ Liuius ſcripſit, id à Duce Valerius.

C A P. IV.

Pag. 48. *Cuius generis minus certa notitia eſt*] Imo vero ſæcularium ludorum (de iis loquitur) origo certa, meliuſque omnino libri priſci, *minus trita.* Satis firma quidem certaque traditio, at non adæque vulgata.

*Habitabat enim in villa ſua*] Illud *ſua* addititium videtur.

Pag. 49. *Vidiſſe ſe in ſomnis, quos neſcio deorum*] Libri duo è meis: *in ſomnis à neſcio quo deorum*. ſtatimque *præ tergi*, &, *præcipi* Recte, vt opinor certe ad Zoſimi mentem, qui lib. 2. *vnum aliquem magnum virum & diuinam formam præferẽtem*, apparuiſſe vult: non, vt vulgata Valeriana lectio ſuadet, plures.

*Ad 20. pedum altitudinem*] Alta hæc foſſio: verius fuerit, *denum pedum*.

*Translatum antea Pœniceis indutum tunicis*] Credo verum, *Translatitium*, id eſt, crebrum receptum.

C A P. V.

Pag. 50. *Cum inter publicas priuataſq; ferias, actiones, perſonis tecto capite, &c.*] Quid hic, *Actiones*? quæ, aut qua'es in ludicra re tibicinum? Hunc quoq; locum feliciore ſpongia eluimus, reſcribimuſq;: *publicas priuataſque feriationes*, compulſis in vnam vocibus, quæ perperam diductæ: ſtatimque, auctore etiam vetere libro, *concentus edit*: copula eiecta, quæ ad ſuſtentandas Actiones ſaltem immiſſa.

*Ideo in ſacrificiis mola quæ vocabatur*] Quaſi mola exoleuiſſet Valerii æuo. Scribe, *vocatur.*

C A P. VI.

Pag. 53. *Omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſeruanda*] Seruat vetus editio antiqui ſermonis normam: monumenta ſeruandũ. nec ius peruertere.

Pag. 54. *Sine planctu luctus, funeris die*] Cõfuſa leuiter & leniter ordino: *ſine planctu. luctus, funeris die, domeſtico ſacrif. a. n. conuiuio finitur.* Hęc mens luctũ non produci, ſed finiri ipſo illo funebri die.

C A P. VII.

Pag. 58. *Quod eius culpa agger incenſus, & pæne caſtra fuerant capta.*] E terra plurimum agger: potuitne accendi? Tu ſedulo velas mi Pighi: ſed velim (puto te non nolente) *agger inſcenſus*. Inſcendi & conſcẽdi aggerem, vallum, crebra & trita dictio.

Pag. 60. *Lictorum verberibus lacerandus*] Ita tu è Campenſi libro. at pleriq; libri vberius: : *Lictorum ſe verberibus lacerandum præbuit.* Reiicis ideo, quia non ſe præbuit Rullianus, inquis, ſed priuſquam verberaretur effugit. Vulgatæ tamen ego verba ſeruem, ſed immutem: & è *præbuit*, faciam *præbeat*. Sententia ita acrior fortiorq; videatur.

C A P. IX.

Pag. 68. *Ite igitur & nodoſam exſoluite ſtipem, vtilem poſteritati numeroſa*] Nodus aliquis in nodoſa hac ſtipe: nec video qui adiectio hæc cõueniat. Legerim, *numeroſam.* Cenſores videlicet, multiplicato cenſu, ærarios fecerunt celibes: ſiue, vt ipſe Valerius hac ipſa in re ante dixit, æra pœnæ nomine pendere iuſſerunt. Id more ſuo Valerius alludens Ite, ait pendite numeroſam ſtipem in vſum numeroſę poſteritatis.

*Nec penſi duxerat, iiſdem imaginibus adſcribi*] Vox in pleriſq; libris interiecta; *nec indignum penſi duxerat*, me arbitro, non emouenda, ſed velut exclamatio ſeorſim

capienda, cum vulgata, ſi placet, parentheſeos nota. *nec (indignum!) perſi auxerat.* Valerius & Annæus Florus hæc talia vſurpant, imo affectant ſæpe.

Pag. 70. *Et que ad eciſſe fatu erit* ] Vetus, *inteciſſ*: quaſi, ſtrinxiſſe, delibaſſe. recte.

CAP. X.

Pag. 71. *Integritatem tãti viri paucis litteris perpendi* ] Libri aliquot vett. *litteris perdi.* ex quo ego *prodi.*

LIB III. CAP. I.

Pag 76. *Expreſſa eſt itaque illa vox hominũ, Gratulemur nobis Latini, &c.* ] Scribo, *illa vox homini.* De Poppedio enim ipſo capiẽdum. qui, vt ex narratione Valeriana & clarius è Plutarcho apparet, auctor vnus honorificæ huius in Catonem vocis.

*Ipſum Marium ſiquis eo loci ſtatuiſſet* ] Abeſt vett. vox *ſiquis.* Lego igitur concinnius: *Ipſum Marium eo loci ſtatuiſſes.*

CAP. II.

Pag. 78. *Nam neque altitudine deiectus quaſſatuſue, neque pondere armorum preſſus* ] De Coclite ſermo eſt, qui è ponte in Tiberim præcipitauit, audaci & felici ſaltu. Sed aptius omnino legeris, *altitudine deiectus quaſſatus, neque &*: Deiectus altitudinem, ſiue eiectionis cape.

*Eadem enim tempeſtate* ] Ætiologica illa particula *enim* non habet hic plane locum. Mutem, & ſcribam, *Eadem ea tempeſtate*, Ea, videlicet Clœlia.

Pag 82. *Quo ſpectaculo attoniti hoſtes, poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes venerunt* ] Hæc clauſula tota rei falſa & abſurdæ eſt. A Catonene tum admodum iuuene nullum imperium, nullum munus publicum fungente pacẽ publicitus petita? Numquam factum, nuſquam ſcriptum. Audacior medicina huic loco facienda, ne tam latæ culpæ exemplum ſit Exemplaris ſcriptor. Lego igitur, *ad Paullum ſupplices.* Quod ad hiſtoriam eſt: quia vniuerſi Macedones illo biduo (Plutarchus auctor) in fidem Paulli Æmilii ſe permiſerunt.

*Tib. Gracchus, profuſis largitionibus, fauore populi occupato* ] Malim *aucupato*, patiendi ſignificatu, vt alias notaui.

Pag. 84. *Ego certe aut ſpecioſam optaui mortem, aut felicem audacia exitũ* ] Scribo omnino: *aut ſpecioſam oppetam mortem.* Ea lectio ex mente viri fortis.

Pag. 86. *Capitali ſupplicio adſiciendos iudicaret* ] Imo, cum id euenit, iam maxime ſupplicio eos adficiebat. Bene igitur vetus, *adſiciendo vindicaret.*

CAP. III.

Pag. 90. *Edito gemitu regias aures adſpergeret* ] Lego *aſperaret.*

Pag 92. *Non ergo faſtidioſo aditu virtus excitata, ingenia viuida ad ſe penetrare patitur* ] Commodius hæc legas & diſtinguas: *Nõ ergo faſtidioſo aditu virtus. excitata ingenia ac viuida ad ſe, &c.* Nõ habet, inquit, faſtidioſum aditum virtus. quælibet ingenia, modo acria & viua, admittit.

CAP. IV.

Pag. 94. *Vernam huic vrbi natũ, regem dando* ] Verba traiecta recolligo & repono, *Vernam natum, huic vrbi regem dando.* Viliores videlicet nati ſerui, quam facti. Plautus ad correctionem noſtram appoſite, de Mercutio & Soſia:

*Satius eſt me queri illo modo ſeruitutem, hodie*

*Qui fuerim liber: hic qui verna natus eſt, queritur.*

Pag 95. *Ab his indoctis erroribus abductum animũ* ] Legendum videri *ab his doctis erroribus*, monui ſecundo Electorum.

CAP. V.

Pag. 96. *Qui in maximo & ingenuorum ciuium, & ampliſſimorum prouentu* ] Emendo, *& ingeniorum, & ciuium ampliſſimorum*: ipſa ex re.

CAP. VI.

Pag. 97. *In cultu, ceteroque ritu* ] Auctiores voce antiqui, *ceteroque vitæ ritu.*

CAP. VII.

Pag. 100. *Quoniam ne ille quidem in conſimili genere virtutis edendo fatigatus eſt* ] Patũ ſapiebat phraſis. Edere genus virtutis. Adiuuit, & duxit ad veram lectionem ſcriptura priſca, *genere virtutis ſudando.* Ex quo ego: *ſe dando*, veraciter corrigam.

Pag. 104. *Non patiuntur me tenuioribus exemplis inſiſtere fortiſſimi duces* ] Veteres, *tenerioribus exemplis*, magis rectius. quæſitus enim ſermoni decor ex antithetis Teneriorum & Fortiſſimorum.

CAP. VIII.

Pag. 105. *Quaſi debitum ſupereſt opus conſtãtiæ. Natura enim comparatum eſt, &c.* ] Libri mei, & plerique è tuis Pighi, *conſtãtiæ repræſentatione. Cura enim &c.*

Verum ego cenſeo, *conſtãtiæ repræſentatio. Naturæ enim.*

Pag. 106. *Dictatori ei Magiſtrum equitum Minucium iure imperii Senatus æquauerat*] Hoc de Senatu plane & perſpicue falſum. Non ſciuerunt, non approbarunt id temerariũ & nouum patres: plebis vnius & Tribunorum hæc ſanctio, hic error. Itaque Liuius diſerte Plebiſcitum appellat. Nec aliter Plutarch. Quin iſte ipſe Valerius lib. 5. c. 2. *Dictatori ei*, inquit, *Magiſter equitum Minutius: ſcito plebis æquatus.* Neſciuit Valerius? corruptores iſti librorum potius, à quibus infarcta vox *Senatus*. Ego cenſeo illum ſcripſiſſe, *iure imperii æquauerant.* Satis enim pronum intellectu, quos intellegat.

*Sæpe etiam ſpecie bene gerendæ rei oblata*] Malo *ſpe bene gerendæ rei.* atque ita priſcus liber.

Pag. 107. *Depulſis proſtratiſq; inimicorum partibus, Sulla*] Vetus, *diſpulſis*, id eſt, diſiectis diſſipatiſq;. quod probo. Sed & voculam, *Inimicorum*, libens hic expunxerim, immiſſam ab iis qui Partium nomen quid valeret parum capiebant.

Pag. 108. *Sine vllis imaginibus nobilem animum & idem conſtantiæ propoſitum ſecutus C. Marius*] Placet magis lectio antiqua cum voce inſerta, *nobilem animum oſtendit, idem conſtantiæ*, &c.

*Vt Cæſaris miles eſſe deſinam, & tuus eſſe incipiam*] Concinnius concepta in priſco viri fortis verba: *ut aut Cæſaris miles deſinam, aut tuus eſſe incipiam.*

Pag. 110. *Quem Syracuſanus Dion diuerſitate exẽpli prægrauat*] Bene omnino liber vetus, *ſeueritate exempli.* Nam prius exemplum amatorium eſt & tenerum: hoc ſerium, ſeuerũ.

Pag. 111. *Qui cum ad vnam potionem ſentẽtias direxiſſent*] Vetus, *Quorum cum ad vnam.* Lege igitur & ſequentia, *ſententiæ direxiſſent.* Nõ tritum hodie, ſed priſcæ elegantiæ dicendi genus. Et ſane frequens illis, verba hæc agentia, ad neutrorum quaſi ordinem ſignationemq; transferre.

*LIB. IV. CAP. I.*

Pag. 115. *Cenſor cum luſtrum conderet, inque ſolito fieri ſacrificio, ſcriba ex publicis tabulis*, &c.] Damno verba, *ſolito fieri*: & iure. Sordent enim, imo & fallunt. An ſolet olim fieri id ſacrum non Valerii æuo? Imo et iam tũc in vſu, quotiens conditum luſtrum: Vetus præiuit mihi ad notabilem emendationem, in quo lego, *ſolita viri.* Non ambiges tu optime Cẽſor, quin * *Solitaurili*, ſcribendum ſit: quod ſacrificium proprium omnium luſtrationum & inprimis Cenſoriæ huius lapis Romæ pulchre, in quo apparatus omnis ſtius ſacrificii, cum triplici hoſtia ſue, oue, tauro, Cenſore faciente. Vide, ſi lubet, quæ notauimus ad Hiſtorias Taciti.

* *Hoc à magno Cuiacio notatum iam eſſe, per epiſtolam mihi indexTh. Canterus*

Pag. 116. *Ita ſibi credi oportere, ſi & alii idem aſſeuerаſſent*] Priſcæ editiones negationem inſerunt *ſi non & alii*, falſo. at tu muta. *ſi modo & alii*: & rem habes.

*Vnius teſtimonio aliquem credere, peſſimi eſſet exẽpli*] Eadem cum altero è manuſcriptis meis, *aliquem cedere*, & verum cenſeo, aut certe, *cadere*, id eſt, perdere aliquem & adfligere.

*Quam anguſto ambitu orationis amplectar*] Vetus, *quam breuiſſime.*

*Sed cum magna & multa breuiter dicenda ſint*] Placet priſca lectio, *cum magna ſtrictim, & multa breuiter.*

*Sermo infinitis perſonis rebuſque circumfuſus, vtrumque præſtare non poteſt. Itaque propoſiti quoque noſtri ratio, &c.*] Abeſt antiquis pleriſque vox, *Sermo*: & ſequentia illa ſic concipiuntur, *vtrumque præſtare propoſiti nequeo quoque noſtri ratio.* Corrigo & dirigo: *vtrumq; præſtare nequeo. Propoſiti quoque noſtri ratio.* Sermonis illa voce eiecta.

Pag. 117. *Vbi maximorum ducum & ciuium tantorum togata prælia*] Vetus, *tantum non togata*: bene ad meum ſenſum.

Pag. 119. *Plebis ſcitum enim interpoſuit*] Vetus & vera ſcriptio, *plebei enim ſcitum.*

*A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus*] Priſca editio, *reticulum trahentibus.* An & *retinaculum*?

*Hoc fortunam tractus ſe emiſſe dicente*] Alii libri, *ductus*, non, *tractus*: duo è meis, *iactus.* quod æque placet.

*Quæ conditione propter nouitatem rei ad vniuerſum populum delata*] Omnino ſcribendum *qua cognitione*.

Pag 120. *Atq; vt Theopompo*] Vetus, *Atq; in*. Lego, *Atquin Theopompo*. & ſtatim voce inſita, *qui cum primus*. ex eodem libro.

*C A P. III.*

Pag. 124. *Deinceps ex iis vocemus, quorum animus, &c.*] Præpono veterem lectionem, *Deinceps & iis vacemus*.

*Cn. Martius, cui Corioli Volſcorum opidum captum cognomē adiecit*] Vetus, *captiuum cognomen &, adiecerunt*. Lego igitur, *Corioli, Volſcorum opidum, capti, ſuum cognomen adiecerunt*.

*Atq; ligneo catillo cenantem*] Priſci, *eque ligneo*.

Pag. 128. *Poti ſenis animum illecebris pellicere non potuiſſet*] Sambuci codex, *poſtri ſenis a. i. pollnere*.

*C A P. IV.*

Pag 129. *Cum Campana matrona apud illam hoſpita, ornamenta ſua illo ſaculo pulcherrima oſtēderet*] De rendo ſuſpicio hic mihi iniecta primitus, quia cum verba hæc ſint è Collectorum libris Pomponii Rufi, antiqui ſcriptoris, nec procul adeo à Gracchano æuo: vix conueniebat illum vt de remotiſſimo æuo loqui, *illo ſeculo pulcherrima*. Auxit trium librorum veterum lectio, quæ *illius ſaculi* præfert. Ex qua bella mihi nata correctio, *illius oculis*. nec ego quidem de veritate ambigo. Certe, vt Campanus luxus tunc fuit, omni ſæculo pulcherrimus videri potuit muliebris ille mundus.

*Quia dominium rerum collabi ſolet, bona mentis vſurpatio, &c.*] Sambuci codex voces aliquot ingerit, iſtas: *dominium rerū collabi ſolet, bona mens præfertur diuitiis, cuius vſurpatio, &c.* Purior mihi vulgata eſt.

Pag. 130. *Tres conſulatus acceptiſſimos populo Romano geſſit*] Vetus, *acceptiſſime*. accipio.

Pag. 131. *Solida laudis cupidini*] Magis placet prior lectio, *cupido*.

*Primi belli Punici gloria cladeſque maxima*] Acutius videatur & verius, quod in priſcis: *gloria, quia clades maxima*.

*Minus multo cultores*] Sententia vult, *multos*.

Pag. 132. *Ideo Senatus*] Vetus, *Idem Senatus*, & recte.

*C A P. VI.*

Pag. 137. *Quorum ibi factum ſepulchrum, Tarenti etiamnum conſpicitur*] Vox *Tarenti*, à gloſſula eſt dele Nā de vrbe ea ante ſtatim ſermo: & nunc addit, *ibi*.

*Sunt & alienigeni amores iuſti, obſcuritate ignorantiæ non obruti*] Veteres mei vberius & verius: *alienigeni amoris cineres, vſti obſcuritate, &c.* Duriuſcule, fateor. ſed Valerium ne noſce, aut hæc agnoſce.

*C A P. VII.*

Pag. 139. *Itaque celerius eſt ſine reprehēſione propinquum auertere, quam amicum: quia altera diremptio iniquitatis; altera vtique leuitatis crimini ſubiecta eſt*] Primum, lego, *celerius & ſine reprehenſione propinquum auerſere*. deinde cum in veteri ſit, *quia altera delectioni iniquitatis*, malim ſcribere, *quia altera defectio iniquitatis*. tamē in Vltraiectino altero, *deſertio*. quod æque probum.

Pag 141. *Tu exilium indiceres: adeo blando vteris imperio, quod is ſupplicium honori prætulerit*] Parū Latina aut pura hæc iunctura. veteribus abeſt vocula, *is*: item, *Prætulit*, in iiſdem, non *prætulerit*. Ego cōcinno, *tu exilium indiceres: (adeo blando vteris imperio) ſupplicium honori prætulit*.

Pag. 143. *Iuſta pœna debitum ſpiritum tenebris furari conabatur*] Quis ſpiritum furatur? me arbitro, parum apte dictum aut ſcriptum. In veteri, *funerari*. Ex quo bella metaphora eruimus, *fœnerari*, lucrari videlicet & producere ad tempus latibulo illo ſpiritum Brutus volebat.

*Teſtatiorem beniuolentiam*] Priſcus liber, *teſtationem*. recte, ſi *beniuolentiæ* reſcribas.

Pag. 144. *Atq; vt illarū ades, ſacra domicilia*] Melius, *ades ſacra, domicilia*.

Pag 145. *At quo ſeceſſu quoſdam fugeris, aut quibus in ſuis miſericordia permulſeris; non cohibebis ne alienis malis perinde ac bonis ſuis latentur*] Veteribus nullæ ſunt duæ illæ voces, *non cohibebis*. & ſpernendæ omnino, ſic tamen vt totam clauſulam interrogatione deinde alleues.

*C A P. VIII.*

Pag. 146. *Si animo errogantis*] Scribes *animum*, ſi tu animum ad priora retuleris, à quib. hæc pendēt.

*Alter enim quod præſtat, poteſt*] Fallor, aut argutior priſca lectio, *quod poteſt, præſtat*.

*Iam qui hac præcipue negociatione delectantur* ] Vetus, *negatione.* De re vſuraria loquitur eaq; inhoneſta: cui nimis honeſtum Negotiationis verbũ. Credam facile fuiſſe, *nummatione.*

Pag. 147. *Sed etiam quæ alius ipſo tribuente ſenſit, cõmemorari*] Labem & nubem huic loco veteres adimunt in quibus ſic: *quæ alio tribuente ſenſit.* Tranſitum enim & velut viam ſibi facit (ſolitum id Valerio) ad exempla Externa ſequentia; in quibus non Romanorum in alios, ſed aliorum in Romanos liberalitas expreſſa. Eam autem, inquit, commemorari quoque intereſt Romanæ laudis, quia metuit.

*Quod nollent accipere*] Gloſſulam hoc totum ſapit. dele, aut reſcribe, *ne nollent*: ſed dele magis.

LIB. V. CAP. I.

Pag. 151. *Cum & viribus corporis, & animi virtute aliquanto eſſet ſuperior* ] Puto vocem ex idiſſe, ſcribendumque, *viribus corporis par, & animi*, &c. Nam animo ſaltem excelluiſſe Romanum vult, cum cetera pares eſſent.

*Proinde in eo prœlio Badius obtruncatus eſt* ] Quo prœlio? non certe ſingulari illo occubuit Itaque voculam, *eo*, delendam cenſeo. Poſtea ſcilicet pugna aliqua ceciderit.

Pag. 15[illegible]. *Si quis ignarus vir aſperſiſſet* ] Lege, *viri.*

*Amicitia regis fidiſſimi populo Romano* ] De Maſaniſſa loquitur. Atqui ille, cum id contigit, infenſiſſimus Romano nomini hoſtis. Itaque parum attenta Valerii mens hæc ſcribentis.

Pag. 155. *Eam ex tyranni ore manaſſe* ] Pleriſque libris additum, *ore de humanitate manaſſe.* Reiicis ea verba, Pighi, è libris aliquot ſcriptis: & recte. Nec male aut imperite tamen ſiquis legat, *ex tyranni ore & immanitate.*

*Sermonem habuiſſe* ] Vetus, *habitum.* Si recte: tum paulo ante reſcribe, *quondam*, vbi, *quoſdam*, legis.

Pag. 156. *Ad patrem propugnatione laborantem*] Veteres duo, *propugnatorem laborans.* Suſpectus locus, eo magis, quod duæ eæ voces alteri manuſcripto abſint. An tamen, *pro pignore laborum?*

CAP



*CAP. II.*

Pag. 157. *Coriolanum patriam oppugnare conantem* ] Vetus, *Patriæ interitu perficere conantẽ.* Quid ſi, *interitum?* Vulgatam ſi intueare, diſplicea: quia non oppugnare conatus ſaltem Marcius: ſed reuera oppugnauit. Si retines, malim *expugnare.*

*Senatus matronarum ordinem*] Addunt veteres, *Senatus gratitudine motus matronarum ord.*

*Vti fœminis ſemita viri cederent* ] Iidem, *de ſemita.* Plautus: *cedam ego illi de via, de ſemita.*

Pag. 158. *Vacaſſe in tanto gaudio Patribus Conſcriptis duabus humilibus fœminis referre gratiam, nedum tam præ ſe tuliſſe, mirandum* ] Sententiam haud malam ex his elicias. cum tamen in veteribus duobus legam, *nedum tam propter ſe tuliſſe*: ambigo an non ſcribendum *nedum tam properiter retuliſſe.* Celeritas enim beneficii, beneficium auget.

Pag. 159. *Quidquam decerpſit* ] Priſcus codex, *arceſſit.* Poſſis legere, *abſceſſit.*

Pag. 160. *Quorum laudem adiecta lege cõditio auget magis quam extenuat* ] Quæ hæc conditio adiecta lege? fruſtra quæras. Scribe, *abiecta*, Hæc eſt mens Valeriana: Libitinarii, inquit, etſi lege & more abiectum ac vile id genus, tamen, &c. Sane in vilib. habiti ſemper: ideoq; mox etiam appellat, *Contemptum gregem.*

*Sed dum honeſti actus etiam ab infimis editi memoria non intercidant* ] Abeſt veteri, *actus*: & poſt, *infimis*, inſerit, *eſtis.* Ego legam: *dum honeſti etiam ab infima ſortis editi memoria non intercidat.* Dummodo rei honeſtæ, inquit, etiamſi à vilibus editæ memoria duret, &c. Statim etiã malim, *vt nec illis adiecti, nec his prælati*: ordine mutato & cur malim, vides.

Pag. 161. *Quorum quoniam religioſum cultum inſtituimus* ] Imo vero *inſtitimus.* Iam enim dixit de Gratitudine, & locum eum velut peragrauit.

*CAP. III.*

Pag. 162. *At, inquit, avario* ] Lege, *inquit.*

Pag. 164. *Quo enim Iambo, qua procella verborum* ] Haud diſplicet de Iambo; nec item quod in veteribus, *nimbo.*

Pag. 165 *Ille vicatim*

*diſperſos ciues ſuos in vnam vrbem contraxit*] In veteribus eſt, *ille locatim*. Neutra vox ad verum, & facile ex hac incōſtantia odoror ſuppoſitas illas pro germana iſta, *pagatim*. Athenienſes enim ante Theſea in pagis habitarunt. Plutarchus. & clariſſime Liuius lib. 31. *Delubra ſibi fuiſſe* ( Athenienſes loquuntur ) *quæ quondam pagatim habitātes in paruis illis caſtellis viciſq; conſecrarint*. Idem de iiſdem: *Templa deum quæ pagatim ſacrata habebant*. Adde, quæ mox addam.

Pag. 166. *Abunde non duxerunt* ] Negatio abeſt veteri: & tollenda.

*Hanc hereditatem paternam ſolam ſe ſortitum* ] Optime vetus & ex veteri formula, *ſolam ſe creuiſſe*. Hereditatem cernere pernota iam & notata aliis dictio.

*His dotibus, quæ ad pacandum hominem potentiſſima indicantur*] Diſplicet iure, *pacandum*: & falſum ſcio: Veteres duo, *pariendum*, tertius, *peitendum*. Tentem ex eo, *Parcendum homini*. Etſi malim *pertegendum*, aut eius ſententiæ verbum propinquius.

Pag. 167. *Diſcordes foci tui, paucis diuidua tiguria, ô Gracia, facta ſunt. Columen lucet Marathon, &c.*] Curuus locus, quem tentaſti, Pighi, dirigere: ſed tētaſti. Nos, niſi fallor, propitio Phœbi filio ſanamus. Vetus vnus habet, *& paucis* alii aliquot, *& pacis*. Lego, *& pagis*. Hoc primū. Sane quin referenda hæc ſint ad Theſeum, qui pagatim habitantes *A*theniēſes (ſupra doctum ſatis: & hic locus priori illi firmando item valeat) in vrbem conduxit, nemo ambiget ex cathenata hac priorum repetitione. Iam ſequētia ex priſco libro ſic concinno: *& pagis diuidua tuguria tua, Gracia facta ſunt columen. Lucet Marathon*. &c. Athenienſes ipſos adfantur & increpant. Per nos, inquiunt, tua tuguria & pagi exculti, in caput Græciæ verterunt.

*Honore ara decorata, quaſi ſacroſancta colis* ] Vetus vnus, *ſacroſanctiores colis*: alii, *ſacroſanctiora*. & omittunt τὸ, *quaſi*. An legendum, *decorata, ſacra ſanctione colis*? quod eſſet, ſacra quadam lege & decreto colis.

CAP. IV.

Pag. 169. *Expugnaſti, inquit, & viciſti iram meam, patria, precibus huius*, &c. ] Confuſa hęc, mala. Scribo: *viciſti iram meam patria, precibus huius admotis, cuius vtero te*, &c. O patria, ait, iam animū meū viciſti telo hoc maternarū precū.



Pag. 171. *Quod neceſſe eſt animo quoque euenire, aliquanto efficaciore pictura litterarum; vetera pro recentibus admonitos recordari*] Locum habes, Pighi, inter mutilos: ego inter malos. Emēdari poſſe cenſeo nonnulla admonitiuncula libri, qui habet *vetera prodentibus*. Vnde ego, *vetera à prudentibus admonito recordari*. Diſpice, nec fugiet te ſententia. Inuoluta autem huiuſmodi multa in Valerio: nec miror ſæpe in tam tenebroſis ſententiis offendiſſe exſcriptores.

CAP. VI.

Pag. 175. *Quia euerſa domo, intemptatus reip. ſtatus manere poteſt*] Placuit ita tibi Pighi, è Cauchiano. At in duobus meis eſt, *interdum proprius reip. ſtatus*. non male certe. Quod ſi Cauchiana ſcriptura pręferenda eſt: malim ex ea tamen, *intemeratus*.

Pag. 176. *Namque in capite eius ſubito veluti cornua emerſerunt* ] Vacillant valde libri. Alii, *cornua eruperunt*: alii, *erepſerunt*: meus palam, *erexerunt*. noue, ſed vere. Erexerunt, abſolute ea forma dictum, qua ante notaui Direxerunt. Sic Minuerunt, Auxerunt, Sedarunt, Poſuerunt: id eſt, minuta, aucta, ſedata, poſita ſunt, veteres paſſim dixere.

*Cui ius dicenti, cum in capite picus conſediſſet*] Bona item priſca lectio, *Cuius ius dicentis*.

*Domus ipſius ſtatum feliciſſimū*] Veteri, *factum fideliſſimum*. probem, *fatum feliciſſimum*.

*Vnicum talis imp. ſpecimen eſſet*] Sambuci codex, *ſectamen eſſet*. Anne *ſpectamen*?

Pag. 178. *Ac pabulantium hoſtium globo*] Eiuſdem codex, *palantium*.

CAP. VII.

Pag. 180. *Stratonices infinito amore correptus* ] An *infrunito amore*? Certe de ſtolido, improbo & impudenti adfectu loquitur priuigni in nouercam.

Pag. 181. *Excitatiorem anhelitum* ] Falſo. languidior enim anhelitus, & velut abiens cum illa abeunte fuit. quod ipſe Valerius aperit, qui increbuiſſe anhelitum ait illa intrante. Veteribus eſt, *exercitatiorem*.

Vox accõmoda haud mihi nunc accurrit.

C A P. IX.

Pag. 185. *Sed nil tale debere ſuſpicari perſuaſus*] Non eſt in veteri vox, *debere*. Ego vero illud, *ſe*, etiam deleo, & lego, *nil tale ſuſpicari perſuaſus*.

*LIB. VI. CAP. I.*

Pag. 188. *Vnde te virorum pariter ac fœminarum præcipuum firmamentũ Pudicitia inuocem?*] Scribendum eſt, *euocem*. Varia enim eius domicilia recenſet: & velut ambigit, vbi potiſſimum habitet. Vocẽ etiam *Firmamenti* (neſcio an non calide) mutem in *Ornamenti*.

*Sanctiſſimumque Iuliæ gentis genialem thorum aſſidua ſtatione celebras*] Inſignis plane reſtitutio quam tamen libris debemus: quibus fere vox, *gentis*, abeſt. Et qui expedias alioqui hãc ſententiam? Quæſo te, an gentis Iuliæ genialis aliquis thorus? imo ſingulorum is eſt nec niſi matronarum. Itaque de Iulia hoc capiendum ſiue Liuia Auguſta: cui ſeruiliter, vt & Tiberio alias, adulatur, tãtamq; pudicitiam eius facit, vt numen ipſum inhabitare velit Genialem eius thorum. Porro Iulium nomen poſt adoptionem vulgo datum Liuiæ, docui in Commentario ad Tacitũ. cuius rei inobſeruantia locum hunc fœdauit.

Pag. 189. *Atque hanc illatam iniuriam non tulit Virginius plebei vir generis, &c.*] Scribe & diſtingue: *Atque hac illatam iniuriam non tulit. Virginius, &c* Claudit exemplũ præcedens, & tranſit ad alterum: atque hæc Lucretia, inquit, illatam iniuriam vlta eſt ferro: Virginius etiam inferendam.

*Deductam in forum puellam occidit*] Imo iam in foro erat puella ad Appii tribunal Lego, *ſeductam in foro*. Ita res è Liuio, aliiſque: qui ſeductam paullum a patre puellam, & tunc interfectam clare ſcribunt.

Pag. 190. *In qualicunque enim ſtatu poſitam Romanæ ſanguinis pudicitiã*] Melius, *poſito*.

Pag. 191. *Aeque ſimilis fœdus exitus ſequitur*] Illud, *ſimilis*, infarctum eſt.

*L. Octauium deprehenſum neruis contudit*] Sambuci codex, *pernix contudit*. vnus è meis, *protinus contudit*: alii, *pugnis*. Ego hæreo.

CAP.



C A P. II.

Pag. 194 *Multi metus vrbis atque Italiæ finiti erant, plebs Romana libertatis Scipionis libera non fuit*] Nihil hęc poſtrema ad eam clauſulam, itaque amoue, & copula cum ſequenti exemplo, hoc modo: *Plebs Romana libertati Scipionis libera non fuit. quapropter minus mirari*, &c.

Pag. 196. *Idem cum multa de temporibus Cæſaris liberius loqueretur*] Veteri deeſt vox, *Cæſaris*; & pro, *temporibus*, legit, *partibus*. Tu non ambiges, quin, *partibus*, vera ſcriptio ſit, voce etiam illa reiecta. Partes eo ſenſu quem ſupra notaui.

Pag. 197. *Itaque timens ne ſi tu fueris abſumptus*] Dele illud, *timens*, fide libri.

C A P. III.

Pag. 200 *Pollie quæ proxima exteras*] Mallem, *quæ prima*. atque in his vocibus ſæpe commutatum.

C A P. VI.

Pag. 212. *Falſum legationis nomen amplecti*] Vetus, *vocabulum amplecti*. Auſim ne, *velabulum*?

C A P. VII.

Pag. 213 *Ne domitorem orbis Africani fœmina impudicitiæ reum ageret*] Impudicitiæ vox non in virum conuenit eumque qui libidinoſe agit, ſed qui quęue patitur. Latini quidem ita. Exemplum hic contra, ſi locus rectus. In veteri vno eſt, *incontinentiæ*. in altero, *impatientiæ*. ex quo ego reſcribam, *impotentiæ*. Ne is, inquit, qui potens tot hoſtium, parum potuiſſe in ſe coercẽdo videretur. Proba omnino correctio.

C A P. VIII.

Pag. 214. *Cuſtodita rei ſalute ſubuertit. Argui fortuna, &c.*] Codex meus voces aliquot inſerit bonas & germanas, *ſubuertit & dominum ſua fide & conſtantia liberauit. Argui*, &c. Malim tamẽ, *ſumma fide*. Paullo item ante legerim, *Pluribus etenim laceratus verberibus*.

Pag. 215. *In cubiculum ac lectulũ recepit*] Priſca editio, *ac lectiunculum*. Lego *lecticulam* Is ritus, vt lecticulas haberent non ad ſomnum ſed ad decubitum, in quîs lucubrarentur, ſcriberent, quieſcerent. Sueto nium in Auguſto vide

Pag. 216. *Contentus eſſem huius generis exemplo*] Pri-

ſci libri inſerunt, *eſſem ex his huius generis*. Fuiſſe cenſeas, *eximiis huius generis*.

*Nec ſolum hactenus beniuolentia proceſſit*] Iugula vocem *ſelū* auctore libro. Proprietatē verbi hactenus non cepere, qui addidere.

C A P. IX.

Pag. 217. *Nam cum aliorum fortunas ſpectando*] Vetus, *fortunas & pectora*. Ego veriſſimū cenſeo, *fortunas & decora*. Statimque, *quid aberit*, non *oberit*, ex veteri.

Pag. 219. *Sed operas publicanis dedit: idem vltimam inopiam ſuam*, &c.] Scribe, *id eſt*, *vltimã*. vitio in libris crebro. Sententia hic poſtulat. non enim aliud aliquod munus obiſſe narrat, ſed hoc idem interpretãdo vilefacit & abiicit.

*Victor Capitolium felicitate celebrauit*] De triumphante loquitur. Anne *felici dape?* vt de ſolemni illo triumphantium conuiuio in capitolio capias.

Pag. 220. *Turpem decoctoris ſuperſtationem iniunxit*] Puto fuiſſe, *appellationem*. & deprauaſſe vocem adhæſu litteræ ſigma è fine alterius.

Pag. 221. *Eiuſdem ſtultitiæ imperia ſalutaria*] Stulte interpoſita vox Stultitię: quam tolle, natam è linea priore. Nam illud Eiuſdem, ad Cimonem plane referendum fuit.

Pag. 223. *Improuiſo decurſu deſtitutos*] Veteres duo, *receſſu*. quod approbo.

*LIB. VII. CAP. I.*

*Adiecit animi rariſſimas dotes*] Recte. quia tamen in veteri lego, *animi non rariſſimas dotes*, ambigo an *numeroſiſſimas* non fuerit.

Pag. 224. *Nam Qu. Metellum*] Duas voces iſtas, *Q. Metellum*, clarum à gloſſographo eſſe. De illo ipſo enim omnis hic continenter ſermo.

C A P. II.

Pag. 226. *Is vbi conſul cognouit*] Vetus, *Id ſic conſul*. Lege *Id ſicut conſul*.

*Tam cito animaduertit*] Nihil hic de celeritate: prudentiæ tota conſideratio eſt. Itaque ſcribo, *tam ſcite*.

Pag. 229. *Inſequentibuſque ſeculis ſint habitaturi*] Germanior ſcriptura libri, *inque ſequentibus ſeculis*.

*Qua fortuito patimur*] Malo *ſortito*: & ſententiam magis explicat.

C A P. III.

Pag. 236. *Sordida magorū dominatione oppreſſa, Darius rex adiutoribus eiuſdem dignitatis aſſumptis*] Mire inuolutus locus: mihi quidem. Darium ecce regem vocat atqui candidatus regni ſaltem erat, & de eo agitur, quomodo & qua fraude regnū adeptus. Sed & adiutores eiuſdem dignitatis appellat. Adiutoreſne regni? imo contra, aduerſarii eius, & quiſque ſibi ſpondebat eam dignitatem. Aut nihil video, aut grandis & audax deprauatio: quæ neſcio an ſit leuanda. nam vt tollam prorſus, ſine libris vix ſperem.) *Darius rex adiutoribus eiuſdem aſſumptis*. Hiſtoria ſane talis: & ii qui coniurarant in magos, conuenere ſimul in hanc conditionem de regno.

C A P. IV.

Pag. 240 *Omnes pugnãtium globos præcurrit*] Vetus recte, *percurrit*. Miſcuit ſe globis, non præcurrit.

C A P. V.

Pag. 243. *Vt propoſitis ante oculos clariſſimorum*, &c.] Tota hæc circumductio melius & compoſitius concepta in veteri: *Quia propoſitis ante oculos clariſſimorum virorum repulſis, vt non minore cum ſpe honores, ita prudentiore cum animi iudicio petent*.

C A P. VI.

Pag 245. *Quatuor & viginti millia ſeruorum comparauerunt*] Legendum videri, *quatuor millia ſeruorum*, & cauſſam erroris docui in 2. Elector.

Pag. 248. *Eamne vnquam aliquis in acie hortaretur*] Vetus optime, *En, quem aliquis*, irriſorio illo & diſſimulanti genere ſermonis.

C A P. VII.

Pag. 250. *Summa cū iniquitate paternum nomen abrogauerat*] Priſca lectio, *nomen iurgauerat*. Fuit omnino, *nomen eiurauerat*.

*C. Calpurnii Piſonis Prætoris vrb. conſtitutio*] Libri plerique omnes, *præfecti vrbis*. Referre ad Piſonem pręfectum ſub Tiberio conabar, cui dare ſe Valerius voluerit arceſſito hoc exẽplo; ſed illi Lucium prænomen fuit.

*Terentius ex octo filiis*] Mentis meæ oculus hic, niſi legas, *Terentius cum octo*, cæcutit.

C A P. VIII.

Pag. 251. *Teſtamento is filium inſtituit heredem*] Si filium inſtituit: quomodo Ti. Longus id ſubuertit? & quomodo is ſanguine ei proximus? clara peruerſio. Emendauimus nuper,

*Teſtamento* Oſilium, & probat nunc vetus, cui vocula *is*, nulla eſt.

Pag. 253. *Quid hoc loco inhoneſtius?* ] Scribe, *ioco*, non, *loco*.

*Vitæ fructibus continuo cariturus* ] Sambuci liber, *vitæ luſibus*. An, *uſibus*? puto.

*LIB. VIII. CAP. I.*

Pag. 255. *Forti punitione liberata fratris dextera* ] Verum eſt, *Librata*.

*CAP. II.*

Pag. 260. *Æquitas quærentium delectare* ] Vetus, *quæſtionum*. Forte, *quæſtorum*, ſiue, *quæſitorum*.

Pag. 262. *Tam minuti à pudore exceſſus* ] Vetus, *tam minime*. Lego, *tam minimi*: ſicut alias hic locutus.

*CAP. VII.*

Pag. 270. *A Timæo & Arione, & Cato Locris præcepta Pythagoræ acciperet* ] Theodorus Canterus amicus meus, & harum artium diligentiſſimus, per epiſtolam me monuit, reperiſſe ſe in veteri libro, *Arione* & *Ethecrate*. ex quo appoſite facit, *Echecrate*. Nam Cæti Pythagoræi mentio nuſquam, nec in Iamblichi quidem Catalogo. At Echecratis etiam Cicero meminit 5. De Finibus, vbi pæne hæc ipſa Valeriana: *Cur ad reliquos Pythagoræos, Echecratem, Timæũ, Arionẽ Locros, &c.*

*CAP. XI.*

Pag. 279. *Athenæ ſolicitudine gerentur* ] Melius, *angerentur*.

Pag. 280. *Deſiderium pictoris coegit explere* ] Margines tui præferunt, *coegit exemplare* quod & in meo eſt libro. Verbum ignotius fuit, in quo turbant: & me iudice, *exemplere*: quomodo & Adimplere dicimus, aliaque compoſitione gemina.

*CAP. XIII.*

Pag. 282. *Conſpecta eſt* ] Lege, *eſto*.

*Ei noſtra ornata mentio defuiſſe exiſtimetur* ] Ambigebam pridem de loco: quia ſuperbe illud de ſe ſcriptum, *ornata noſtra mentio*. Sambuci codex ſubuenit pulchre: *ei oratione noſtra mentio defuiſſe*.

*Et ſimul ſpe diuturnioris vitæ* ] Lege, *ſpei*.

*CAP. XIV.*

Pag. 286. *Dulcedinem gloriæ pæne adiecit glorioſam* ] Ita tu Pighi, ex omnibus manuſcriptis. Nam antea legebatur, *Dulcedini gloriæ p.a. gloriam*. At ego lectionem tuam ipſam iacentem erigo, *Dulcedinem gloriæ, pæne adieci, glorioſa!*

Velut



Velut exclamat, & ô dulcedinem, inquit, gloriæ, tantum non dixerim, glorioſam! Acumina & ſententiolas Valerii noſtri.

*LIB. IX. CAP. I.*

Pag. 293. *Inde infuſa culinis oſtrea. Arte cenſibuſque edendi atque bibendi voluptas reperta eſt* ] Abeſt τὸ, *oſtrea*, à pleriſque omnibus libris, & tollo ſane ego, ac reſcribo: *inde infuſa culinis artes, cenſibuſque*, &c. Sententiam egregiam elicio: & hinc, inquit, repertæ culinariæ illæ artes, & patrimoniorũ pretiis empti coqui.

*CAP. II.*

Pag. 298. *In publica villa quæ in campo Martio erat* ] Vide ne totum hoc gloſſemarium ſit. niſi forte docendus aliquis Valerii æuo, vbi Publica villa eſſet.

Pag. 299. *Incluſis mœnibus Attinguenſium* ] Veteres, *Abteguenſium*. Scribam, *Atteguenſium*. Attegua notum Hiſpaniæ opidum eſt.

*CAP. III.*

Pag. 304. *In Fabio pulcherrimam partem omittẽdã* ] Lego, *pulcherrime partam*. & ad victoriã refero.

*CAP. IV.*

Pag. 306. *Eius denique confirmandi gratia* ] Præferro ſcriptam lectionem: *eiuſdemque*.

*CAP. V.*

Pag. 307. *In Hoſtiliam propinquam roſtris ad me venit* ] Vocem libri interſerunt, *roſtris idem ad me*. Lego, *id eſt, ad me*. Quo modo vocis eius ſuperbæ indignitas magis eluceat.

Pag. 308. *Veſtem & inſtituta Perſica aſſumpſit: ſpreto mortali habitu diuinum æmulatus eſt* ] Verbi aliquid occultioris hic delitere docent libri, qui valde titubant. Quidam, *diuinum aucupatus eſt*. alii, *diuinum caput æmulatus*. & qui propius ad verum, *caput latus eſt*. Credam fuiſſe, *diuinum captatus eſt*, pro captauit. Crebrũ valde hoc genus antiquis: & infra, cap. 8. vbi vulgo, *Itaq; exiguo momento maximæ rei caſus fluctuauit*: libri mei tres, *fluctuatus eſt*.

*Iam Xerxes, in cuius nomine ſuperbia & impotentia habitat, ſuo iure quam inſolenter abuſus eſt, cum Græcia, &c.* ] Abſunt à meo libro illa, *abuſus eſt*; me iudice, merito. Scribo & diſtinguo: *ſuperbia & impotẽtia habitat ſuo iure, quã inſolenter? quod Græciæ, &c.* Ita enim vetus, non *cum Græcia*. Tu vide.

*C A P. VI.*

Pag 310. *Cum binis veſtimentis vrbem egreſſos* ] At in Liuio hæc ipſa narrante, ſingulis veſtimentis egreſſos eos leges. An igitur hic, *cum prius veſtimentis*? quæ corruptio eadem & correctio alibi in Liuio mihi notata. Niſi ſi Liuius ſingula veſtimēta capit, vnam Togam, vnam Tunicam. quo reſpectu recte & Bina & Singula dixeris.

*C A P. XII.*

Pag. 323. *Imbris cauſſa petitam latebram* ] Scriptis meis abeſt, *cauſſa*: nec cauſſa retinenda eſt.

*C A P. XIII.*

Pag 324 *Ita vt viuam, dabo*] Scribe, *Ita viuam*. Iurandi formula, quam inſita vocula peruertit.

# CHRISTOPHORI COLERI authoris damnati

## Ad *VALERIVM MAXIMVM* *animaduerſiones.* cum expurgate permiſſe

### De inſcriptione.

PLACVIT eruditis viris EXEMPLORVM MEMORABILIVM titulo hoc Valerii opus inſignire; ductis haud dubie veterum codicum ſuorum auctoritate. Ego vero cum & capitum diſtinctiones inſcriptioneſque & titulum quoque huius libri mirifice pro ſolo Grammaticorum captu & arbitrio variatum ſatis compertum habeam, nullum potius vindicandum duxi, quam illum, quem Agellius, antiquiſſimus



quiſſimus ſcriptor citat libr. 12. cap. 8, *Scripta hæc hiſtoria eſt in libro Valerii Maximi Factorum & Dictorum memorabilium.* quum ἐπιγραφὴν ipſo adeo VALERIVS noſter agnoſcit iſtis verbis: *Populi Romani exterarumque gentium Facta ſimul ac Dicta memoratu digna.* Memoratu digna, ſunt memorabilia, ἀξιομνημόνευτα. Gloſſarium vetus ἀξιομνημόνευτος *Commemorabilis*, *Memorabilis.* Simili titulo vſus olim Verrius Flaccus, nimirum *Rerum memoria dignarum.* Ceterum quod viri doctiſſimi putant *Memoralia* & *Memorabilia* nihil differre mihi fidem nondum faciunt. Recte CVIACIVS *Memorialium* ſeu, vt mihi placet, *Memoralium* librum Maſſurii Sabini, qui citatur L. 144. D. De verborū ſignificatione complecti ait ὑπομνημονεύματα ſeu commemorationes varias antiquitatum. Arnobius lib. 6. *Ridetis temporibus priſcis Perſas fluuios coluiſſe, memoralia vt indicant ſcripta.* Hæc & *memoriæ* dictæ, apud Agellium & alios. Minutius in Octauiano: *Memoriæ & Tragœdiæ veſtræ inceſtis gloriantur.* Memoralia itaque ſcripta nihil aliud ſunt quam commentaria antiquitatum, ſiue antiquitates, quas Varro indigitauit. Vnde liquet Memoralia & Memorabilia ita differre vt ὑπομνεμονεύματα & ἀξιομνημονεύματα. Hieronymum illum Rhodium ὑπομνημονευμάτων libros ſcripſiſſe teſtatur Laertius.

### *Ad præfationem.*

Pag. 1. *Felici ſuperiorum ſtilo* ] Magna varietas lectionis in libris manuſcriptis quos liberalitati ſingulari, nobiliſſ. Bongarſii Oratoris Regii acceptos refe-

ro. Vnus Petri Danielis V.C. nomen pręſcriptum habebat, quo vetuſtiorem alium aut meliorem nullũ vidi. In eo legebam: *Felici ſuperiori ſtilo.* In altero Bongarſii: *Felicis ſeculi ſtilo.* Quid dicam? Vulgata lectio omnino reſipit ſuperiorum illorum correctorum infelicem ſtilum. Vera, ni fallor, ſcriptura *Felicis ſeculi ſtilo.* Quintilian. dialogo de Oratorib. *Ceterum felix illud & vt more noſtro loquar, aureum ſeculũ.* Sed æſtiment docti.

*Mea paruitas*] Ea paruitas licet barbara Lipſio videatur, tamen contra tot veterum librorum fidem haud ſuſtulerim. Intelligit Valerius μεταφορικῶς paupertinum ingenium ſuum, ſicut *paruum ingeniũ* apud Pliniũ neſcio qua epiſtola. Nam *paruus* etiam pauper ſiue egens dicitur. Philargyrius ad illud Virgilii

—— *tibi Delia paruus.* vel *puer vel pauper*, vt Horatius: *parui properemus & ampli, id eſt, diuites.* Scripſi etiam *decucurrerit*, quia nunquam aliter eiuſmodi pręterita ſcripta reperi in lib. Dan.

Pag. 2. *Quod cetera*] Omittit optimus liber Danielis *Quod*, nec video quid eo facias. Sic igitur legendus hic locus fuerit: *Nam ſi priſci Oratores ab Ioue Optimo Max bene orſi ſunt, ſi excellentiſſimi vates à numine aliquo principia traxerunt, mea paruitas eo iuſtius ad fauorem tuum decurrerit. cetera diuinitas opinione, &c.*

*Præſenti fide*] Sic libr. 9. cap. 11. Tiberium adulans: *Ara puluinaria, templa præſenti numine vallata ſunt.* Horatius: *Præſenti tibi maturos largimur honores.* Florus libr. 4. de Auguſto: *Vt ſcilicet iam tum, dum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur.* Plautus apud Seruium Danielis: *Vinum precemur: namque hic Deus præſens adeſt.*

## Lib. I. Cap. I.

Pag. 3. *Bene gerendarum rerum*] Tantum non verbis Ciceronis, vti ſolet. Orat. de Haruſp. reſponſ. & l. 1. de nat. Deorum. De ea diſciplina exactiſſime ſcripſerat Varro in libris antiquitatum vt teſtatur *Auguſt.* Citatur & illud Varronis contra Extiſpices: *Non ſolum otioſos ſed ſordidiſſimos fuiſſe Deos ſi in iecorum & viſcerum ſterquilinio ſua occuluerunt conſilia, hominibus ab inſanis ſacerdotibus manifeſtanda.* Multus Varro in reprehẽſione cerimoniarum & Deorum, inde Romanum Cynicum vocat Tertullianus. Apud Nonium aliquoties citatur *Pſeudolo Apolline*, vbi non dubitem legere *Pſeudapolline*, in quo libro puto Menippæa acerbitate arguerat falſimonia oraculorum. Porro Ethruſcas diſciplinas Tagetis & Baccheditis quindecim voluminibus explicauerat etiam Labeo, teſte Fulgẽtio.

*Portentorum depulſa*] τὰ ἀποτρόπαια, ſiue vt Cicero *Expiationes.*

*Decem principum filii*] Cicero lib. 1. de Diuinat. *Quocirca bene apud maiores noſtros ſenatus tum cum florebat imperium, decreuit vt de Principum filiis bis ſex, ſingulis Etruriæ populis in diſciplinam traderentur.* Sic enim veriſſime Lipſius correxit. Notum eſt duodecim Etruriæ populos fuiſſe; & tamen illum Seruii locum non tẽpero mihi quin adſcribã: *Propter duodecim populos Etruriæ. Duodecim enim Lucumones, qui reges ſunt lingua Tuſcorum, habebant. Hi*, vt idem Seruius ait, *totius Tuſciæ diuiſas habebant quaſi præfecturas, ſed omnium populorum principatum Mantua poſſidebat* Hæc Honoratæ nominationis ille, qui nuper publico bono vulgatus eſt à Cl. V. Petro Daniele Aurelianenſi.



*More Græco*] Hinc Græca ſacra dicta. Feſtus: *Græca ſacra feſta Cereris ex Græcia tranſlata.* Cic. pro Balbo. Et lib. 2. de legib.

*Calliphennam*] MS vnus *Calliphanam*, & ita Cicero appellat.

*Vetuſti ritus perita*] Nimis ſuperſtitioſe veteres, ritus & Deos iuxta colebant. Seruius ad 8. Æneid. *Cautum fuerat & apud Athenienſes & apud Romanos ne quis nouas introduceret religiones. Vnde & Socrates damnatus eſt & Chaldæi vel Iudæi vrbe ſunt pulſi.* Idem de Gracchis Prudentius libro 1. contra Symmach.

*Iam quid plebicolas percurram carmine Gracchos*
*Iure poteſtatis fultos, & in arce ſenatus*
*Præcipuos, ſimulacra Deum iuſſiſſe reuelli?*

*Ennam*] Lib. Dan. *Bennam*, male. Ceres Ennenſis quæ & Catinenſis dicta Lactantio. Arnobio Ennęa l. 5

*Multa indicta*] Lib. Dan. *dicta.* Confirmat Varro: *Multa à pecunia quæ à magiſtratu dicta.*

Pag. 4. *Publius Cloelius Siculus* ] Titi Cloelii aliquot noti ex Liuio : nullus Publius, niſi Publius Cloelius Craſſus Trib. mil. Cons. pot. Anno V. C. CCCLXXVII. Legitur in Codice altero Bongarſii : *Poſt Cloelius.* Scripſerit fortaſſean Valerius noſter : *Conſimili ratione poſtea Cloelius Siculus.* Prænomina raro addit Valerius.

*Occentus autem.*] Præfero lectionem veterũ meorum: *Occentusq; ſoricis.* Plutarchus non Fab. Maximo, ſed Minutio hoc ait accidiſſe. Vide Plin. lib. 8. c. 57.

*Flagro admoueretur.*] Lib. Dan. *admoneretur.* Rectiſſime. Flagro admonere, Latini dicebant, pro caſtigare. Monuit Nonius ad illud Virgilii l. 10.

*Leucagus vt pronus pendens in verbera telo*

*Admonuit biiugos.*

Seneca l. 1. de Beneficiis: *Verberibus admonere.* Et *admonitio fuſtium* L. 7. D. de Pœnis.

*Æmiliæ diſcipulam.* ] Ita Pighius. Sed vulgatam lectionẽ tuetur Mitalerius.

Pag. 5. *Tot etiam* ] Placet lectio Lipſiana: *Tot tamque illuſtribus conſulatibus.*

*Collegii Saliorum.* ] Seruius Danielis ad 8. Æn. *Salii ſunt, qui tripudiantes aras circumibant. Saltabant autem ritu veteri armati poſt victoriam Tiburtinorum de Volſcis. Sunt autem Salii Martis & Herculis, quoniam Chaldæi ſtellam Martis Herculem dicunt, quos Varro ſequitur, & Tiburtes ſalios etiam dicauerant. Quidam hos à ſaltu appellatos tradunt, quos alii à Numa inſtitutos, vt arma ancilia portantes ſaltarent. Ergo bene à ſaltu appellati : horum numerum Hoſtilius addidit. nam duo ſunt genera ſaliorum, ſicut in ſaliaribus Carminibus inuenitur, Gollini & Quirinales, à Numa inſtituti : ab Hoſtilio vero Pauorii & Pallorii inſtituti. Habuerunt ſane & Tuſculani Salios ante Romanos. Alii dicunt Salium quendam Arcadem fuiſſe, qui Troianis iunctus hunc ludum in ſacris inſtituerit : nonnulli tamen hos à Dardano inſtitutos volunt, qui Samothracibus Diis ſacra perſoluerent. Quidam etiam dicunt Salios à Morrio Rege Veientanorum inſtitutos ; vt Aleſus Neptuni filius eorum Carmine laudaretur, qui eiusdem regis familiæ auctor vltimus fuit.* Vetus Gloſſarium : *Salius :* Ἱερεὺς ὁ τῷ διοπετῆ ὅπλα θεραπεύων. ὑμνῳδός. πρύτανις. Adi Feſtum



*Futura regimen* ] In altero manuſcripto , *ita ſe rerum humanarum curam gerere, ſi diuinæ potentiæ.* Magis ad ſtylum Valerii. Illud ſane *Exiſtimantia* mera gloſſa.

*L. Albanius*] Ita lib. Dan. Florus & Liuius *L. Albinius.* An rectius erat *Albinus* ?

*Cere in opidum*] Lib. Dan. *Cære opidum.* quod agnoſco lubens. De hoc opido Liuius, Plinius. *Agillam* olim dictum fuiſſe multis docet Seruius. 8. Æneid. Strabo lib. 5.

*Sacra cerimonias vocari*] Ita & Feſtus Pompeius. *Alii à Cerere.* vt vetus Gloſſarium : Cærimonia Δημήτεια. Melius Scaliger à *Cerus.* quæ vox ſanctum ſignificat. Cerimoniam Auſonius , ſacros mores appellat : *Qui ius & æquum & ſacros mores negligunt.*

*Perinde ac florente* ] Lib. Dan. *Perinde ac florentes.* rectius : vt ad Cæretanos referatur.

*Agreſte illud & ſordidius* ] Lipſii correctio eximia : *Sordidans.*

*C. Fabius Dorſo* ] Manuſcripti aliquot : *Dorſo ſuo.* Vel cæco apparet legendum eſſe : *C. Fabius Dorſuo:* Dorſuum dicebant antiqui pro Dorſum. Hinc *Dorſuaria iumenta* apud Catonem. Gloſſæ veteres : *Dorſuaria* Νωτοφόρα.

*Gabino ritu* ] Seruius: *Gabinus cinctus eſt toga ſic in humerum reiecta, vt vna eius lacinia reuocata hominem cingat. Hoc autem veſtimenti genere veteres Latini cum nec dum arma haberent præcinctis togis bellabant. Vnde etiam milites in procinctu eſſe dicuntur. Hoc rurſus vtebatur conſul, bella inducturus, ideo cum Gabii Campana ciuitas ſacris operaretur bellum ſubito euenit. Tunc ciues cincti togis , ſuis ab aris ſunt ad bella profecti & adepti victoriam propter quod omen tali habitu ſemper vtebantur in bellis.* Adde Iſidorum lib. 19. c. 24.

Pag. 6. *L. Petillii*] Lib. Dã. non geminat l. melius. Ita tabula Capitolina: Q. PETILIVS C. F. Q. N. Eſt enim à voce Petilus, quam Nonius tenue & exile exponit. Lucilius: *Inſignis varus cruribus & petilis.* apud Feſtum *petila ſura.* Horatius tamen gemino ll pronunciauit metri cauſſa lib. 1. Sat. 4.

*——— mentio ſi qua*

*De Capitolini furtis iniecta Petilli.*

*Multo poſt*] Poſt bellum Cimbricum & victoriam Marii, auctor Florus, & Oroſius lib. 5. c. 16.

*Infeſtos Deos*] Abeſt vox poſterior à lib. Dan. & abeſt iure. intelligit Carthaginienſes.

Pag. 7. *Candidam induere*] Ritum priſcum Ouidius tetigit lib. 10. Metamorph.

*Feſta pia Cereris celebrabant annua matres,*

*Illa quibus niuea velata corpora veſte.*

*Intra annum*] Feſtus: intra diem trigeſimum, cum Valerio ſentit Seruius ad 8. Æneid. *in ſacris Herculis nec ſerui intererant nec liberti: adeo vt Appius, qui ſacra hæc tranſtulit in libertos, vel, vt quidam volunt, in ſeruos publicos & caruerit oculis & intra annum omnem familiam perdiderit Pinariorum.* Idem Seruius ad illud *Herculei cuſtos Pinaria templi* intra breue tempus extinctos fuiſſe. Porro Valerius ſcribit nomen Potitium prope interiiſſe: Feſtus, omnes interiiſſe.

*Superantibus impunitatem*] Videtur Mitalerio legendũ *immunitatib.* Nec enim euerſarũ tantũ pœnas ab eo exigere voluit, ſed etiã ſtantes adhuc & intactas à ſimili iniuria tutas deinceps immunesq; præſtare.

Pagina 8. *Tegulas illico*] Quærere libeat cur eas tegulas tranſtulerit Fuluius. Rationem reddit Seruius, vbi de nomine & templo Iunonis Laciniæ li. 3. Æn. *In hoc templo illud miraculi fuiſſe dicitur vt ſi quis ferro in tegula templi ipſius nomen incideret, tamdiu illa ſcriptura maneret, quamdiu is homo viueret, qui illud incidiſſet.*

*Sanctione*] Lib. Danielis, *Sanctitate.* Recte, mea opinione. Decreti illius ſanctitatem impio cenſoris operi oppoſuit.

*Scipionis*] Deeſt in libro Daniel.

*Plus animo*] Deeſt in opt. l. Dan. *plus.* Et ita Lipſius correxerat, itemq; ex libro Bamberg. Fr. Modius in Nouantiq.

Pag. 9. *Hiero*] Lib. Dan. *Gello.* Gelo is fuit, ſatis notus ex Cic. li. 5. de nat. Deo. Clemens Alex. tribuit hoc Dionyſio filio.

*Bonorũ Deorum*] Græcis οἱ μεγάλοι, δυνατοὶ, χρηστοὶ, vt Latinis Magni, Potes, Boni Dei. de quib. lege Seruiũ ad 1. Æneid. & Athenæum.

*Diagorã philoſophũ*] Cic. Suidas, Ælianus. Hunc, & alios θεομάχους defendit Iuſtinus Martyr Apolog. 2. & Clemens Alex. Protrep. Minutius Octauiano.

Pag. 10. *Phidiam*] Atqui Plin. ex ebore & auro Mineruæ ſtatuam ſcribit cõſtitiſſe. Aureæ meminit Thucyd. & Plut. cuius in baſi Phidias nomen ſuum ſcripſerit. Guid. æneam & eburneã facit lib. 4. de Põt.

*Arcis vt Actææ vel eburna vel area cuſtos,*

*Bellica Phidiaca ſtat Dea picta manu.*

Strabo: ἐν ᾧ ἡ Παρθενὼν ὃ ἐποίησεν Ἴκτινος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον.

CAPITE II.

*Sacris obligaret*] Seruius ad 6. Æneid. de Numa: *Qui ferociam populi à bellis ad ſacra contulit. Vnde etiam Numa dictus eſt* ἀπὸ τῶν νόμων *ab inuentione & conſtitutione legis.* Adde Plutarchum.

Pag. 11. *Phya*] Quidam libri *Ero.* Sed Phya dicitur etiam Polyæno Strat. libro I.

CAPITE III.

*Hiſpallus*] Lib. Dan. *Hiſpalus.* nomen ipſum Cornelii. tabula Capitolina CN. CORNELIVS L. F. L. N. SCIPIO HISPALVS.

*Inicientes*] Liber Danielis *Inicientes.* Idem paſſim: adicit, obicit, conicit.

*Sabazii Iouis*] Nomen generale, quod & Baccho tributum. Strabo libr. 10. Diodorus Siculus libro 4. Stephanus, vbi de Sabis Ariſtophanis interpres Veſpis, qui monet τὸ σαβάζειν, εὐάζειν εἶναι, καὶ τὸν εὐασμὸν σαβασμόν. Mihi tamen potius σαβάζειν quaſi σεβάζειν fuerit. Arnobius lib. 4. *Sacra & initiationis ritus quibus Sabazius nomen eſt.*

*Iſidis & Serapidis*] Dii Ægyptii, ſed culti olim Romæ. Quod Varro indicat & exagitat opinor aliquot locis, libro 4. de Lingua Lat.

*Iſis & Harpocrates digito qui ſignificat ſt.* Idem Eumenidibus: *Et medicina Serapi vtor.* Et alibi: *Hoſpes quid miras animo curare Seraphim? Quid quaſi non curet tantidem Ariſtoteles.* Auguſtinus libro 18. capite 5. De Ciuitate Dei. *Aras horum Deorum* penitus euerterunt Piſo & Gabinius Coſs. Tertullianus Apolog. capite 6. *Serapidem Iſidem & Harpocratem cum ſuo Cynocephalo capitolio prohibitos inferri, id eſt, curia Deorum pulſos Piſo & Gabinius coss. non vtique Chriſtiani euerſis etiam aris eorum abdicauerunt, turpium & ſuperſtitionum otioſarum vitia cohibentes.* Seruius ad illud

Ii 4

8. Æneid. *Omnigenumque Deum monſtra & latrator Anubis.* Ideo *monſtra dixit, quia ſub Auguſto nec dum Romani Ægyptia ſacra ſuſceperant.*

CAPITE IV.

Pag. 12. *Ab Atio Nauo*] Vulgo legebatur: *A Decio Atio Nauo.* ſed rectius Mitalerius *Decimo* emendat. quem vide.

*Ita pedem offendit*] Iulius Obſequens c. 86. Et de pedum offenſione Cic. libro 2. de Diuinat. Plinius lib. 2. c. 7. Plutarchus Demetrio, Craſſo & Tiberio, Tibullus, Ouidius, alii.

CAPITE V.

Pag. 14. *Cæcilia Metella*] Nota vtraque Cæcilia Metelli & Cæcilia Craſſi. de hac vetus inſcriptio: CÆCILIAE Q. CRETICI F. METELLAE CRASSI.

Pag. 15. *Nauiculam conſcendit*] Liber manuſcript. Colmarienſis: *Nauiculam deſcendit.* lego: *eſcendit.* monui in notis ad Iugurth. Saluſtii noſtri.

Pag. 16. *Vti ducem*] Corrigit Lipſius: *Vti duce inſtituerunt.* Probe.

CAPITE VI.

*Flammam emicuiſſe*] Seruius: *Cum Tarquinius cepiſſet Vericulanam ciuitatem, ex captiua quadam in domo eius natus eſt Seruius Tullus Hoſtilius, qui cum obdormiſſet caput eius ſubito flamma corripuit, quam cum vellet extinguere Tanaquil regis vxor auguriorum perita intelligens augurium prohibuit. Flamma puerum cum ſomno deſeruit.*

Pag 17. *P. Rom. venturos*] Lib. Dan. *Futuros.* optime. & ita Lipſius. Vide Agell.

*Prolapſum auguem*] Serpentũ allapſus multis magnis viris ſalutaris fuit ominis. *Aureliano* Imper. apud Vopiſcum. Maximino, apud Iulium Capitolinum. Auguſto ipſi apud Dionem lib. 47. Eo Virgilius ſpectat lib. 5.

*Dixerat hæc; adytis cum lubricus anguis ab imis*
*Septem ingens gyros ſeptena volumina traxit,*
*Amplexus placide tumulum lapſusq; per aras.*

Pag. 19. *Vetere inſtituto*] De quo Liuius lib. 4. poſt Polybiũ, qui lib. 15. hoc inſtitutum ab illo verſu Homerico: οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος οὐδ' ἴα γῆρυς, deducit.

Pagina 20. *Vix conuelli*] Seruius Danielis, qui multas ſuperioris æui librariorum culpas arguit: *Vellere proprie dixit inquit, quia Romana ſigna figebantur in caſtris & cum ad bellum eundum fuiſſet captatis auguriis auellebantur è terra, nam alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria etiam hoc habebatur, ſi auellentem facile ſequerentur: adeo vt cum filio Orodis bello ſit Craſſus occiſus, qui iturus ad Parthiam auellere ſigna vix potuit. quod etiam Flaminio contigit, qui cum imperaſſet ſigna tolli, eaque non poſſent moueri, effoſſo ſolo in quo erãt fixa, vi magna extrahi præcepit.*

*Sex millia capta decem millia fugata*] Rectius in libro ampliſſimi Petauii *Sex capta, decem fugata ſunt.*

*Neceſſitatis*] Vetus editio Veneta: *Neceſſitudinis.* Ita ſæpiſſime Salluſtius & priſci reliqui; licet vulgo dicatur neceſſitudo ἀνάγκη κατὰ φιλίαν, καθῆκον, vt exponit vetus γλωσσογράφος.

*Sub Cæſaris ſtatua*] Iulius Obſequens, verbis Valerii Plutarchus, Dio, ipſe Cæſar. Philippus Poeta Epigrammatarius laurum enatam non palmam ſcribit:

Φοῖβον ἀνηναμένη ποτὲ δάφνη, νῦν ἀνέτειλε
Καίσαρος ἐν βωμῷ κλῶνα μελαμπέταλον.

Sed Philippus nihil penſi habuit, modo victoriæ ſignum poneret.

*Opimo boue*] Hunc, ſi bene cõiicio, Feſtus, pulchrũ vocat. *Pulcher bos appellabatur ad eximiam pinguedinem perductus.* Sic *pulchra clunes* apud Horatium quæ M. Varroni *bona* dicuntur.

Pag. 21. *Conſentaneos viſus*] Emendat Lipſius: *Viſus.* Sane acute.

*Midæ vero*] Cicero lib. 1. Diuin. Ælianus libro 12. cap. 1. de eodem is ipſe Ælianus libro 13. cap. 1. De animalibus.

*Apes Platonis*] Cicero libro 1. Diuinat. Plinius lib. 11. cap. 7. Ælianus libr. 12. Iulius Firmicus. Tertullianus de *Anima*: *Sed nemo vnquam cunctant de exitu animæ mulſam aquam de eloquio Platonis infudit.*

CAPITE VII.

*Valetudinem*] Libro Danielis *Valitudinem.* & ita alibi. Nec praue à validus, valitudo. Horatius ſibi aliquid permiſit & dixit *valetudo* é producto.

vnde puto iſta ſcribentium varietas orta. Sed valetudo ſcribit vetus etiam Gloſſarium, & plerique lapides antiqui. quod monere volui ob quorundam in his minutiis δεισιδαιμονιῶν.

Pag. 22. *Diuino munere* ] Omnino vere in vet. edit. Veneta: *Diuino numine*.

Pag. 23. *Aggrederetur*] Tollit hanc vocem ſuperuacuam cenſura Lipſiana.

*Victoriam habiturum*] Modius ex lib. Bamberg. reſtituit: *victricem abiturã*. cuius ſententiam probant ea quæ ſequuntur.

*Priusquam pompa*] Pighius ex Gemblacenſi & *Atrebatenſi*: *Priuſquam Croma introduceretur*. Verbũ quidem *pompa* ad rem Circenſem & ludicram aptum, Lipſio etiam fatente. Sed ad illud *Croma* merito ſubſtituit Lipſius. & is quidẽ clariſſ. & doctiſſ. vir, quid id verbi ſit, nobis cogitandum reliquit. Exiſtimo igitur legendum: *Priuſquam acroama*. ipſos ludiones & perſonas fabulæ vocat acroama, quod eos actitantes audiamus ſiue auſcultemus potius. Cicero pro Sextio: *Ipſe ille maxime ludius non ſolum ſpectator, ſed & acroama*. Nota etiam acroamata conuiualia ex Agellio. Cicero Verrina quarta: *Hic quaſi feſtiuum acroama, ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, ibidem conuiuis inſpectantibus, emblemata auellenda curauit*.

*Præſultorem* ] Gloſſæ veteres: *Præſultor* ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος.

*Lectica* ] Manuſcripti duo: *lecticula*. quo magis exprimatur lectica hominis plebei.

Pag. 24 *M. Cicero* ] Sumſit ex Cicerone lib. 1. de Diuinat. vbi neſcio quis ſæpius hoc de Cicerone ſibi narraſſe Salluſtium ait: Salluſtium, inquam, non illum Criſpum noſtrum, ſed Publium, quem admodum Ciceroni familiarem fuiſſe apparet ex eius epiſtolis.

*E Capitolio* ] Non habet hæc cod. Dan. Et agnoſco annotamentum cuiusdam pædotribæ.

*Capillo demiſſo* ] Lib. Daniel. *immiſſo*. Rectius. Seruius ad 3. Æneid. interpretatur *immiſſam barbam neglectam & impexam*. Siſenna libro 3. hiſt. *Complures menſes barba immiſſa & intonſo capillo*. Seruius alibi: *Veteres non ſolum comam ornabant, ſed etiam barbam, vt nonnullas videmus ſtatuas*. Sed *immiſſos capillos* etiam Ouidius dixit Metamorph. — *immiſſos edera collecta capillos*. Sic enim ex veteri membrana, quæ penes me eſt, iampridem emendaueram.



Κακοδαίμονα] Legendum eſſe κακὸν δαίμονα ſentio cũ Mitallerio. κακοδαίμων enim nõ ipſe malus Genius dicitur, ſed q à malo genio exagitatur. Sic ille Bruti: ὁ σὸς ὦ Βροῦτε δαίμων κακός.

Pag. 25. *Vetita ſcrutandi*] Imitatio Saluſtiana: *more humani ingenii, cupido ignara viſundi animum vortit*. Sic & Petronius: *vitio gentis humanæ concupiit ſcire, quis aut quid faceret*.

Pag. 26. *Deſertis arenis*] Auctior verbo lib. Dan. *In deſertis & ignotis arenis*. Virgilius 5. Æneid.

*Nudus in ignota Palinure iacebis arena.*

vbi Seruius ignotam arenam peregrinam, ante nõ viſam interpretatur. Hoc Simonidis ſomnium Cicero crebro à Stoicis ait cõmemorari. Simile aliquid de Simonide memini me legiſſe apud Phœdrum fabulatorem.

Pag. 27. *Duos prænuncios* ] Legit ex quodam manuſcripto Cl. & eruditiſſ. Bongarſius, notis ad Iuſtinum: *duo prænuncia ſomnia*. Iuſtus vero Lipſius: *Deos prænunicos ſomniis*. Magis arridet lectio Bongarſii.

*Lentiginoſi oris* ] Gloſſarium: φακόψις *Lentiginoſus, ſparſo ore*. Sumpſit ille quicunque γλωσσογράφος ex Terentii Heaut. *Rufamne illam virginem, caſiam, ſparſo ore, adunco naſo?* vbi Grãmatici ſparſum os latum, ſi Dis placet, interpretantur. Doceo itaque contra pędagogorum factiones ſparſum os eſſe lẽtiginoſũ.

Pag. 28. *Arcades* ] Ciceronis eſt, qui ex Chryſippo ſumſit, cuius locum Suidas commemorat in verbo Ζ-μαρεύντος.

CAPITE VIII.

Pag. 30. *Mamilius Octauus* ] Ita Pighius. Cic. 2. de nat. Deor. diſerte Octauium Mamilium.

*Diuturni mali* ] Repeto locutionem Valerianã ex lib. Dan. *Diutini mali*.

Pag. 31. *Supereminentem* ] Lego ex eodẽ optimæ notæ libro: *Superimminentẽ excelſæ magnitudinis palmã*. arborem diffuſam & altã eleganter vocat excelſæ magnitudinis.

*Iunonis Monetæ* ] Cauſſam nominis Cicero explicat, & Ouidius 6. Faſt. Hęc vulgo nota. illa non item.

Gloſſarium: *Moneta Μνημοσύνη*. Liuius quoque *Andronicus* matrem Muſarũ facit: *Nam diua, Monetas filia docuit*. Videtur mihi Virgilius Erato in ſtilo, & *Μνημοσύνην* ſiue Monetam in animo habuiſſe cũ iſtuc ſcriberet. 7. Æn. *Tu Vatem, tu Diua mone.*

*Muliebris*] Præter auctores à Pighio citatos adde Auguſtinum li. 4. de ciuit. Dei cap. 19. Tertullianũ de Monog. Lactantium lib. 2. cap. 5. *Simulacrum Fortunæ muliebris non ſemel locutum eſſe traditur.* Ipſa verba Valerii, quæ ſane faciunt, vt iſta irreptitia purẽ apud Valerium *Sed bis.* Nam Latini *non ſemel* dicentes, puto aliquando ampliorem deſignant numerũ, quam binarium. Sic Tertullianus de Monogam. *Illi nec ſemel iſti non ſemel nubunt.* Sed quo iſthæc? Veriſſima lectio reſtituta à Lipſio, ex libro Sambuci: *His prius verbis: Rite me matronæ vidiſtis, deinde, rite dicaſtis.*

Pag. 32. *Prælio congredi*] Lib. Dan. *Prælium ingredi.* Sic & Modii liber. Approbat Lipſius.

Pag. 34. *Concepti numinis*] Lib. Dan. *Capti numinis.* Illud rectius videtur.

*Eubœa calam*] Ita & Oroſius lib. 6. c. 16. apud quẽ tamen legitur *Euboicæ cala*, vitioſe, pro Eubœæ. Idemque Cæla interpretatur ſinum Euboicum. vtrumque autem dicebant τὰ Εὐβοίας τὰ κοῖλα, vt Strab. lib. 10. Et τὴν κοίλην Εὔβοιαν, vt Ptolemæus. vt Philoſtratus: Ἑρμῆ τῶν ὑπερβάσι τὸ σκάφος ἐν Εὐβοίᾳ κοίλῃ. Similiter dicitur κοίλη Συρία. Eubœæ cęlam circumſcribere conatus eſt Lucanus lib. 5.

*Atilii etiam Auiolæ*] Plinius libro 7. cap. 52. vnde ſumſit Seruius ad illud Maronis 6. Æneid. *pars latices calidos.*

*Sepulturæ*] Lib. Dan. *Sepultura.* Inſane bene.

*Miraculorum loco poni*] Vltima vox abeſt lib. Dan. Et ita conciſe loqui amat Valerius.

Pag. 35. *Mirabilior tamen*] Duo Manuſcripti *Miſerabilior tamen.* Rectè. Miſerabile enim fuerat Athenienſem illum omni literarum ſcientia & dulcedine ſpoliatum fuiſſe: miſerabilius hoc, matrẽ ad fortuitum iſtũ cõſpectum plane obmutuiſſe. Stabilimentũ huius correctionis pendet etiam ab illis verbis: *dirum malignumq; vulnus in animo percuſſi.*





*Ex ipſo genitricis*] Libr. Dan. egregie: *Tantum non ex ipſo genitricis rogo.* quomodo creberrime loquitur Valerius.

*Exitio*] Lib. Danielis: *Officio.* quodquid ſibi velit nõdum video. Vulgata lectio magis mihi probatur. Exitium enim appellat immi-[illegible] illud maxime flagitium, de quo ſupra cap. 7. In altero Manuſcripto [illegible] legitur. Sed [illegible] eſt à curioſa & male feriata manu.

[Pag. 36. [illegible]] Libb. Manuſcript. [illegible] nescio quid [illegible] apud quos legebat: Δαφίδης [illegible] Strabo. Δαφι- [illegible] commemorat lib. 14. [illegible] ſimilis acerbitatis hominem. Apud Cic. igitur lib. de Fato: [illegible] corrigendũ.

*Et [illegible]*] Sophiſtam intelligit, cuiuſmodi fuit olim Socrates apud Platone Gorgia. Ciceroni ſunt, qui oſtentationis aut quæſtus cauſſa philoſophantur lib. 4. Acad. Latinis cauillatores dici poſſint. Gloſſarium vetus: Σοφίζω *cauillor.* Hinc Valerius ſubiicit: *Ad Deos vſq; cauillandos dementis animi.* Sophiſtæ etiã honeſtioris appellationis olim. Nam ante Pythagorã οἱ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ iidem. Suidas: τὸ δὲ παλαιὸν, σοφιστὴς ὁ σοφὸς ἐκαλεῖτο Hinc & Homerus & Heſiod. Sophiſtæ dicti à Cratino in Archilocho, teſte Diogene in præfatione. Tandem etiã artium profeſſores & doctores, Sophiſtæ dicti. Suidas: Λέγεται δὲ Σοφιστὴς καὶ ὁ διδάσκαλος, ὡς σοφίζων.

*Nomen erat equi*] Aliter Strabo lib. 14. qui montem hunc nõ Equum, ſed Thoraca dictũ fuiſſe ſcribit. vnde & prouerbium extitiſſe φυλάττεσθαι τὸν θώρακα.

*In capulo cladii*] Ciceronis locum Ciceronis cauſſa adſcribo, ex fragmento de Fato: *Aut Philippus haſce in capulo quadrigulas vitare monebatur.* Otioſum & ſuperuacuum videtur illud *Haſce.* Proin queri poſſit an rectius legatur *Haſta.*

*Ecquid aut mãdaret*] Lib. Dan. *Si quid.* Optime. Ita ſupra locutus eſt: *Sciſcitatusq; eſt, ſi quem talis habitus aut intrantem cubiculũ aut exeuntem vidiſſent.* Sed ipſe Cicero rem & verbum Valerio præiuerat: *Cumq; Alexander eum rogaret, ſi quid vellet.*

Pagina 37. *Ariſtomenis Meſſenii*] Sumpſit ex Pauſaniæ Meſſenicis. De eodem Antipater lib. 3. Antholog. περὶ ἀνδρείων.

*Quod Athenienſes* ] Imo Lacedæmonii, teſte Pauſania. Rhodi enim mortuus eſt. Captus vero à Lacedæmoniis ſæpius & elapſus. Videndus Plin lib 11. c. 37. Stephanus in voce *αὐδανία*.

*Adeundaque ſchola* ] In magna amicitiæ parte ponebant iſtiuſmodi communionem. Condiſcipulatum vocat antiquiſſima legationis formula apud Fabriciũ. Lipſii emẽdationes vix eſt vt probẽ hoc loco.

Pag 38. *Recte ab ea* ] Lipſ. maluit priſcã lectionẽ: *ratione ab ea*. nõ ſine ratione. vitiũ à cõpendio ſcribẽdi.

*Dicit etiã* ] Tota hæc periodus ex lib. Dan. ſic legẽda: *Beluæ coriũ 120. pedum, in vrbem miſſum.* Ita enim iſtas gloſſatorum quiſquilias quaſi vẽti ſpolia quędã vno ſpiritu difflanda & diſpergenda cenſuimus.

Lib. II. Cap. I.

Pag. 39. *Auſpices* ] Seruius ad 1. Æneid. *Secundum Romanos locutus eſt, qui nil niſi captatis auguriis faciebãt & præcipue nuptias.* Tertull. exhortat. ad Caſtit. *Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, vt & virginibus legitime nubentibus vniuira pronuba adhibeatur, etſi auſpici initium.*

*Veſtigia vſurpant* ] Moris & cerimoniarum veterum neglectum exprobrat Romanis diſerta oratione Arnobius libr. 2. Prudentius contra Symmach. lib. 2. Et eodẽ id Varronis directũ apud Noniũ: Hæc Numa Pompilius fieri ſi vid erit, ſciet ſuorũ inſtitutorũ nec volam nec veſtigiũ exſtare.

Pag. 40. *Quaſi illegitima* ] [redacted]

*Repudium* ] Agellius lib. 4 cap. 3. *Memoriæ traditum eſt, quingentis fere annis poſt Romam conditam, nullas rei vxoriæ neque actiones neque cautiones in vrbe Roma aut in Latio fuiſſe.* Secundum Dionyſ. an. V. C. 523. hoc factũ & ita *Agell.* ex Seruio Sulpitio ſupputat Cur igitur idẽ Agell. ait *quingentis*



*fere annis*? Audio & auſculto Cuiac. emendantem Agellii locum: *Sexcentis fere*, cui ſubſcribit Tertull. in Apolog. *Vbi eſt illa felicitas matrimoniorum de moribus vtique proſperata, qua per annos ferme ſexcentos ab vrbe condita nulla repudium domus ſcripſit.* At idem libr. de Monogamia: *Adeo repudium à primordio non fuit, vt apud Romanos poſt annum ſexcenteſimum Vrbis conditæ id genus duritiæ commiſſum denotetur.* Porro Repudium & Diuortium dicitur. Hinc *matrimonia diuortentia* apud Agellium. Gloſſæ veteres: *Diuortium* Δίαυσις, Διάλυσις γάμου ἐξωτερικῆς ἢ ἐκκοπή. lego: Διαίρεσις, minꝰ peruulgate. Diſcidium dicitur diuortium. Gloſſæ: *Diſcidium, Diuortium diecit* Διάλυσις γάμου. an legendum *Diuortium dicit*? vt ſit dicere diuortium: Habe tibi res tvas. Scribitur & diuortium. Tertullianus lib. 4 aduerſus Marc. *Moyſes propter duriciam cordis veſtri præcepit libellum repudii dare.* Et alibi: *Nulla repudium domus ſcripſit.*

*Sp. Caruilius* ] Mire variant auctores in hoc nomine. Agellius *Sp. Carbilium Rugam*, appellat. Plutarchus in Romulo, Sp. Seruilium. Idem probl. cap. 13. Carbilium. In comparatione Numæ & Lycurgi Sp. Coruinum, ſed legendũ ibi: Καρβίλιον. Pleniꝰ Caruiliũ & Carbiliũ promiſcue.

*Coniugali fidei* ] hoc eſt ꝙ Cic. dicit lib. 6. de rep. *Maiores noſtri firmiter ſtabilita matrimonia eſſe voluerunt.*

*Corpus eius attingere* ] Ritum tangit Feſtus: *Matronæ à magiſtratibus non ſubmouebantur, ne pulſari contrectarive viderentur.*

*Stola* ] Tertul. lib. de Pallio: *Habes ſpectare quod Cæcinna Seuerus grauiter ſenatui impreſſit* MATRONA SINE STOLA IN PVBLICO.

*Vini vſus* ] Præter cæteros lege Arnobium lib. 2. Tertullianum Apologet. c. 6. Huc & illa Varr. fragmenta refer lib. 1. de vita pop. Rom. *Quantopere abſtemias mulieres voluerint eſſe vel ex vno exemplo poteſt viderier.* Et iterum: *Antiquæ mulieres maiores natu bibebant loram aut ſapam, aut defrutum, aut paſſum quam murrhinam quidam Plautũ appellare putant* Sariſberienſis Policratico lib. 8.

*Auro abundanti* ] Quorſum igitur illa Tertull. Apolog. c. 6. *Cum aurũ nulla norat præter vnico digito quẽ ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo.* Sed Tertullianus

de vltima antiquitate loquitur. Nam poſtea præcipuum mulierum geſtamē, aurum Varro lib. 1. de vita pop. Rom. *Auri pondo duo millia acceperunt ex ædibus ſacris & matronarum ornamentis, à quibus poſtea id aurum & torques aureæ multæ relatæ Romã atq; conſecratæ.*

*Videri ſancte & aſpici*] Tertullianus de Virg. velandis: *Eiuſdem libidinis eſt videri & videre.* Et alibi: *Mauult femina videre, quam videri.* Ouidius:

*Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſæ.*

Pag. 41. *præter cognatos*] Cognationis tanta erat æſtimatio, vt caritatis nomine plerunque inſigniretur. Hinc in veteri Gloſſario: *Cara cognatio* Τιμησυγγόνια lego: Τιμὴ συγγονίας. Martialis lib. 9. Epigr. 55.

*Cara daret ſolenne tibi cognatio munus,*

*Nec frater vobis, nec prior eſſet auus.*

*Inter neceſſarios*] Sarisberienſis legit: *Inter neceſſarias perſonas.*

*Aliquem ex patribus*] Vixiſſe etiam maiori ex parte adoleſcentię cum ſenioribus iuuentutē, indicat Varro apud Nonium, cuius locum vulgo corruptum ſic lego: *Multo præditi pudore & pudicitia adoleſcentes, vixerunt cum maiore parte eius graduis antequam ſtipendia facerent.* Vitioſe etiam ſcriptum fuerat *Varro lib. 2. de vita popul. Rom.* pro *lib.* 1. Nam lib. 1. de Patribus ſcripſerat: ſecundo, de victu pop. Ro. vt ipſe profitetur alibi Varro: *Primo de re familari ac patribus, ſecundo de victuis conſuetudine primigenia, tertio de diſciplinis priſcis.*

*Voluntaria ſtatione*] Statio pro vigilia ſiue excubiis μεταφορικῶς. Nam apud Suetonium & alios pro excubiis militaribus accipitur, vt & à Modeſtino ICto l. 3. ff. de re mil. Haud vulgari ſignificatu: *Statio hæreditatum* dicitur in veteri lapide: PETRONIÆ. SABINÆ. FILIÆ. L. PETRONI. SABINI. PROCVRATOR. AVGG. STATIONIS. HEREDITATVM.

*Breuiq; progreſſu*] In libro Dan. & editione Veneta ita ſcribitur: *Breuique proceſſu morarum in lucem virtutum ſuarum verecunda laboris meditatione ipſi doctores erant.* Sed placet magis lectio Lipſiana: *Breuique proceſſurarum virtutum verecunda & laborioſa meditatione, ipſi doctiores erant.*

Apud



Apud Sarisberienſem talis lectio: *Breuiq; proceſſu in lucem virtutum ſuarum verecunda laboris meditatione, &c.*

*Superiorum opera*] Hoc vnicum priſcorum illorum Italorum Hiſtoriarum & Annalium genus. nec canere tantum, ſed etiam narrare ſolebant pueris maiorũ fortia facta. Seruius ad 1. Æneid *Apud veteres Hiſtoriæ hoc genus fuit, vt maiores natu anteacta poſteris indicarent, quod hic indicat locus. Lucanus apertius cum eſſet de Antæo locuturus ait: cognita per multos docuit rudis incola patres.* Idem Hiſpanos olim factitaſſe in procinctu, docet idem Seruius ex Salluſtio. De Germanis Tacitus.

*Iuuentutem alacriorem*] Sarisberienſis lib. 8. cap. 8. legit: *Virtutem alacriorem.*

*Suum honorem*] Li. Danielis, *Suum decus.* More Salluſtii. Ex margine illud irrepſit. Sarisberienſis etiam citat *decus.*

*Defuncta virium curſu*] Sarisberiēſis: *Defuncta viri curſu ætas.* Non abſurde.

*Cæli clariſſima pars*] Sarisberienſis addit: *Superioris cæli.* Quid ſi legamus: *Superioris cœnaculi.* Sic Plautus: *In ſuperiore qui habito cœnaculo.* Et Ennius: *Cœnacula cæli,* dixit.

*CAP. II.*

Pag. 42. *Quo vno modo*] Auctior lib. Dan. *Quo vno modo etiam his.* Illud notum, ſenatores à cenſoribus legi ſolitos.

Pag. 43. *Ne Græcis vnquam*] Tiberius etiã princeps huius moris ita fuit obſeruans, vt in ſenatu neſcio quid Græce dicturus, veniam petierit, teſte Tacito. Simile de Claudio narrat Suetonius. A prætoribus Decreta Latine interponi debere ait Tryphonius l. 48. D. de re iud. adde Cic. 4. Verrina. Tantum omnino ſuæ linguę tribuerunt Romani, vt beneficii loco eius vſum alienigenis expenſum tulerit, quod de Cumanis apud Liuium legimus.

*Linguæ volubilitate*] Gloſſarium vetus: περίγλωσσος *Linguæ volubilis.*

*Pallium togæ*] Tertullianus: *Tamen inquis ita à toga ad pallium?*

*Domari*] Satin' latine? haud reor. lego ex lib. Dan. *Indignum eſſe exiſtimantes, illecebris & ſuauitati literarum imperii pondus & auctoritatem donare.*

*Seruus transfuga*] Pulcherrime & veriſſime Li-

pſius emẽdat&ſupplet: *Credo ne alienigena ingenii exercitatione patrii ritꝰ & linguæ ſerus trãsfuga exiſteres.*

*Cõſpicuæ felicitatis*] Omnia loci huius membra mutila. ſanabo tamen cum propitio Æſculapio, vna vocula tranſpoſita: *Conſpicuæ felicitatis Arpinum vnicum, ſiue literarum glorioſiſſimum contemptorem.* Laudat Arpinum opidum, quod literarum glorioſiſſimum cõtemptorem Marium, & earundem abundantiſſimum fontem M. Tullium produxerit. Non videtur hunc locũ intellexiſſe dextre Ioh. Sarisberienſis lib. 8. c 12.

*Duntaxat*] Non ſileo, in veterib. libris ſemper fere ſcribi Dumtaxat. Eius vim denotat vetus Gloſſarii auctor: Dumtaxat μόνον καὶ μεχρὶ τούτου. Δηλαδή. Vocabulũ in formulis olim forenſibus vſitatiſſimũ. Vnde & notis plerumque ſcribebatur. Feſtus: *Vnum vbi nunc eſt ædis Concordiæ inter Capitoliũ & forum in quo ſolebãt magiſtratus D. T. cum ſenioribus deliberare.* Et alibi: *Simpludearia funera ſunt, quibus adhibetur D. T. ludi.* Valer. Prob. in Notis: *D. T. Dumtaxat.* Apud Feſtũ etiã ἐν τμήσει ſcriptum reperi.

Pag. 44. *Connexum*] Li. Dan. *Conuexum.* Cõuexũ globoſum, rotundum atq; adeo firmũ exponere poſſe mihi videor. Gloſſarium: *Conuexum* κατωφερὲς, περιφερὲς. Conuexus περιφέρεια. περιφέρεια Circulus, conuexitas.

*Eo loci*] Lego cũ li. Dan. *Eo loci peragebant*: Et paulo poſt, *Hodieque.* Quem porro locum intelligat Valer. mihi non liquet. Nam tria fuiſſe Romæ Senacula, teſtatur Feſtus. Varro lib. 2. de vita pop. Rom. locutus fuerat opinor de ſenaculis. vnde haud dubie ſumſit Valerius. cuius & illa ex eodem libro citantur apud Nonium: *Itaque propter curam locus quoque, quo ſuam quiſque ſenator confert, curiam appellant.* Senatulum ergo proprie ſenum ſtatio, vt Græcis Γερουσία. Gloſſæ veteres: Γερουσία *Hoc ſenaculũ.* Illud obiter addo, etiã Græcos locũ quendã appellaſſe Σενάτον, præſertim Cõſtãtinopolitanos. Codinus: ὅτι τὸ Σενάτον, ὡς οἶμαι, λέγουσιν εἶναι τῶν Κοδικέλλων φυλακτήριον. ἐκεῖσε γὰρ οἱ πατρίκιοι ἐλάμβανον αὐτοὺς, ἕως Κωνσταντίνου.

*Senaculum*] Iſaacus Põtanus, iuuenis eruditus legit Notis ad Macrobium, Senatulum.

*T lite-*



*T. litera*] Quæ nomen Tribunorum notabat licet poſtea notarii maluerint duabus literis Tribunitium nomen deſignare. Sic enim in Notis Probi: TR. CEL. *Tribuni Celerum.* Et alibi: TR. AER. *Tribuni ærarii.* T nota etiam abſolutionis fuit, vnde ſalutaris à Cicerone pro Milone dicitur. Aſconius ibi. Rationẽ reddit Hieronymus in Ezech. Non deſunt Grãmatici qui T crucem interpretentur.

Pag. 45. *Quæſtores ærarii*] Li. Dan. *Quæſtores ærarios.* vtrumque probum. Quæſtoris erat pecuniæ ex reb. venditis contrahendæ cura. Gloſſarium: *Quæſtor* ταμιοῦχος. Et alibi: *Confiſcator* exponitur.

*Lupercaliũ mos*] De quo Plutarchus in Romulo & Antonio. Varro lib. 5. de ll. idem de vita pop. Rom. apud Nonium. Ouid. lib. 2. Faſt. Liuius lib. 1. Feſtus in voce Februarius. Auguſtinꝰ lib. 13. cap. 34. lib. 18. c 17. de Ciu. Dei Pleniſſime autem ex variis auctorib. Seruius ad 8. Æneid

*Euander Archiuus*] Lib. Dan. *Archus.* Sic Plautus Amphitr. *Natus Archus ex Archo patre.* Non, vt vulgo, *Archis ex Archo patre.*

*Idibus Iulii*] Meminere Liu lib. 9. Dionyſ. Hal. lib. 1. Plin. li. 15. cap. 4. Auctor de viris illuſtrib.

*Tranſuehi*] Diu iſtud inſtitutum neglectum fuit. Auguſtus demum reduxit & excoluit. Suetonius: *Equitum turmas frequenter recognouit, poſt longam intercapedinem reducto more tranſuectionis. Sed neque detrahi quemquam in tranſuehendo ab accuſatore paſſus eſt, quod fieri ſolebat.* Factum id aliquando fuiſſe innuit Plutarchus in Pompeio, & argumento eſt l. 2. D. de in ius voc.

## CAP. III.

Pa. 46. *Si militaris ignauia*] Obſcura hæc illuſtrat nonnihil Lipſius, legendo: *Memorq; ſi militaria ſigna humilitatem ſpernere deſiderarent.*

*Accerſitis*] lib. Danielis: *Arceſſitis.* Antiquius & rectius.

*Q. Næuius*] Locum perplexum & aliquot modis vitiatum dextre & erudite emaculauit Lipſius: *Q. Næuius Centurio: è peditibus lectos expediti corporis breuibus & infirmis ſeptenis armatis haſtis parmæ tegmine.*

*Adhuc honos eſt.*] Cui rei illud *adhuc?* lego: *ad hoc.* i. præterea inſuper, more, Salluſtii.

## CAP. IV.

Pag. 47. *Vrbana caſtra*] An quia conciones etiam in theatris fiebant olim, vt in caſtris. De iis Dio lib. 39 Mos ex Græcia haud dubie. Diuino exilio Valerii loco ſupra cap. 1. *In theatrum, vt eſt conſuetudo Græcia, introducti legationem, quibus acceperant verbis, peregerunt.*

P. *Scipione Naſica*] Plin. lib. 36 cap. 15. Florus epit. 68. Auguſtinus de Ciuitate Dei li. 1. cap. 31. Tertullianus de ſpectac cap. 6. *Nam ſæpe cenſores renaſcētia cum maxime theatra deſtruebāt, moribus conſulentes.* Vbi obiter legendum: *renaſcentia tum maxime.* vt apud Valerium lib. 1. cap. 7. *Corpus enim ſuum à caupone trucidatum, tum maxime plauſtro ad portam ferri.*

*Serranus*] Lib. Dan. *Sarranus.* Cū vulgata lectione facit Virgilius & Seruius.

*Ab origine ſua*] Voculam poſtremā omittit lib. Dan. Gloſſarium ab origine ἀπὸ ἀρχαιογονίας.

*C. Sulpitio Petico*] Lib. Dan. *Betico* Conſules L. Genutium & Q. Seruilium.

*Vſq;*] Recte deeſt hæc vocula in lib. Dan.

*Conſualium nomine*] Vide Liuiū, Dionyſium, Florum, Feſtum, ſed præcipue Tertullianum li. de Spectaculis & Prudentium contra Symmachum, Auguſtinū lib. 4. de ciuitate Dei.

Pag. 48. *Hiſtrio*] An verius legā? *Hiſter*, voce Hetruſca. Ita Liuius: ſed Plutarchus à quodam Hiſtrio omnes Hiſtriones dictos autumat. Feſtus & Iſidorus Hiſtrionis nomē ex Hiſtria deducunt. Gloſſariū; *Hiſtrio παντόμιμος.* Pantomimus is qui non tantum manib⁹, ſed toto corpore geſticulatur. Vnde Tertul. li. de Idolat. *Hiſtriones vero non manibus ſolis, ſed totis membris victum elaborare.*

*Satyrarum modos*] In Mſc. Colmarienſi: *Satyrarum mores.*

*Poeta Liuius*] Andronicus dictus, Salinatoris libertus de quo Agellius lib. 17. cap. 21.

*Neq; tribu mouetur*] Idē tradit Liuius lib. 7. Sed neque perſonam deponebāt, ſi minus placerēt, quꝑ ceteros Hiſtriones facere, neceſſe erat, vt ſcribit Feſtus. *lege Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 2. c. 27. Arnobium lib. 7. Cic. in omnio Scipionis.*

*Minus certa*] Lego ex li. Dan. audacter: *minus trita notitia.* minus trita elegantia, qualesamat Val. Sed ita Lipſius quoque correxerat.

*Eretum*] Male in libro Dan. *Fretum* ſcribitur. Seruius: *Eretum opidum eſt dictum à Iunone id eſt ἥρας. quæ illic colitur.*

*Succurrere*] Liber Daniel. *Subuenire.* quod in cōtextum ex ora etiam editionis Pigh recipiendum pridē arbitrabar. Gloſſę vett Grę colat. *Subuenire βοηθῆσαι.*

*Terentum*] Lib. Dan. *Tarentum.* Male item. Terentum Ouidius vocat, & Martialis libro 10.

*Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento.*

Eidem Terentos lib 1.

*Cœpit Maxime Pana quæ ſolebat*

*Nunc oſtendere Canium Terentos.*

Lib. 4. Epigram. 1.

*Et quæ Romulius ſacra Terentus habet.*

Auſonius:

*Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.*

Errat igitur vir magnus Ludouicus Viues, idemq; doctiſſimus & eloquētiſſimus Hiſpanorum, qui ciuitatem Tarentum pro Terento illo in campo Martio accipit, terſiſſimis illis commentariis ad Auguſtinum de Ciuit. Dei. Feſtus: *Terentus locus in campo Martio* &c.



Pag. 49. *Quos neſcio Deorum*] Lib. Venetus: *A neſcio quo Deorū.* pro qua Zoſimus ſtat libro 2. Hiſtoriæ nouæ.

*Pertergi & præcipi*] Ita edit. Veneta. Conſentiūt Lipſius, Modius, & ego quoque mirifice.

*Furuæ hoſtiæ*] Feſtus: *Furuum bouem id eſt nigrū immolabant Auerno.*

*Quia totidem filii*] Lib. Colmarienſis: *totidem liberi.* Rectius, meo animo. Fuerunt enim duo filii & vna filia.

*Velorū vmbraculis*] Hoc opus Q. Catuli, cum capitolium dedicaret, vt ſcribit Plinius. Seruius, *Scena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. apud antiquos enim theatri ſcena parietem non habebat: ſed de frondibus vmbracula quærebant.*

*Cneus Pompeius*] Noto hoc de Pompeio. quia ſcriptum alibi haud facile reperias. Hinc etiam Circi irrigatio, de qua Frontinus.

*Vacuis ante*] Præfero ſcripturam lib. Daniel. *Vacuis ante picturam tabulis extentis*, id eſt, vacuis pictura tabulis extentis.

*Auro Petreius*] Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. 16. hunc locum Valerii deſcribens legit auro Trebo-

nius. Vetus commentator Valerii annotauit in vett. exemplaribus ſcriptũ fuiſſe *P. Cethegus*. & in altero *P. Reteius*. Mihi placet vulgata lectio. De Antonio Cicero pro Muræna.

*Argentatis choragiis*] Plinius ait Lentulum carbaſina in theatro vela duxiſſe ludis Apollinaribus.

*Translatum*] Pighius exponit Ludionum infimam & vulgarem illam turbam. Lipſius legit *Translatitiũ*, id eſt, receptum & crebrũ. cui pæne adſentior. Hinc Phædro, fabularum Æſopiarum interpreti lucem facio, lib. 5. fab. 88.

*Aulæo miſſo deuolutis tonitribus,*

*Di ſunt locuti more tranſlatitio.*

More trãslatitio, id eſt, more in fabulis ſeu Comœdiis recepto.

*Paniceis*] Ruſſatis, teſte Iſidoro lib. 19. cap. 12. Græci χειροδύζας maniculatas, vel maniclatas. Vox ea corrupta apud Iſidorum loco citato. A genu dicitur geniculari vel geniclari, genuclari vt in veteri Gloſſario: ſic à manu, maniculari, maniclari & manuclari, i in u verſo, ἀρχαϊκῶς. Hinc maniclata tunica apud Plautum: *Manuclatam tunicam hominem habere addecet*. Quid enim per fidem omnium Grammaticorũ, quod hactenus vulgatum fuit, *manuleata*? Corrigendus Senecæ locus Epiſt. 33. *Apud me vero Epicurus eſt & fortis, licet manuclatus ſit.*

*M. Scaurus*] Plurimum hic ad ſcenæ ornatum contulit. Hinc titulus Varronianus *De ſcenicis Originibus ſiue Scaurus*. quem librum citat Seruius ad 1. Æneid.

*M. & D. Bruti*] Florus tantum Decium nominat, in Epitome: *Decius Iunius Brutus in honorem defuncti patris munus gladiatorium edidit primus.*

## CAP. V.

Pag. 50. *Et ſcriba?*] An Ædilitius? fortaſſis. nam & Ædiles ſuos ſcribas ęque ac Prætores & Conſules habebant. Piſo in Annalibus Cn. Flauium Annii filium, cumque ait, ſcriptum feciſſe phraſi antiquaria. Scribam Lucillius *Scripturariũ* appellat apud Nonium, ſi bene memini.

*Faſtos pene toto*] Pomponius IC. librum vocat, qui Ius ciuile Flauianum poſtea nuncupatus fuerit.

Centum



*Centum ſeptuaginta*] Oroſius ampliorem numerum colligit, nimirum CCCLXXX. hic quidem duplo maior. Auguſtin. libr. 3. de ciu. Dei cap. 17. ſupra fidem multas fuiſſe ſcribit.

*Priuataſq; ferias*] Emendat Lipſius: *Inter publicas priuataſque feriationes.* Et dein: *concentus edit.* omiſſa copula. Vtrumque inſane bene.

Pag. 51. *Pultis vſus*] Varro γεροντοδιδασκάλῳ: *Sed ſimul manibus trahere lanam, nec non ſimul oculis obſeruare ollam pultis ne aduratur.* Plinius legendus libro 18. capit. 8. Hinc exteri pultifagos dixerunt Romanos. Plautus Moſtellaria: *Pultifagus opifex opera fecit barbarus.* Et Pænulo: *Pultifagonides.*

*Quam panis*] Panis igitur vſus nonnullus. Varro libro 1. de vita populi Romani: *Proinde & elixum panem ex farre & aqua frigida fingebant.*

*Mola quæ vocabatur*] Editio Veneta: *quæ vocatur.* melius. nam & Valerii æuo mola dicebatur. Gloſſarium: *Molæ ſalſæ* κελθαὶ πεφρυγμέναι.

*In ſumma parte*] Antiqua lectio, quæ in margine hæret proba mihi videtur: *Tertium in ſummo vico longo*, de templis Febris lege Minutium Octauio. Auguſtinum de Ciuitate Dei libro 2. capite 14. Prudentium contra Symmach. Ciceronem libro 3. de natura Deorum, Ælianum in variis.

## CAP. VI.

Pag. 52. *Menſæ ponendæ*] Abeſt vox poſterior à libro Danielis, ſed à Bambergenſe etiam abfuiſſe teſtis oculatus Modius. Proinde abſit etiam poſthac à Valerio.

*Strenue hoſtem inuadere*] Aliam longe cauſſam ex Thucydide adducit A. gellius. Vide Plutarchum in Laconicis, & librum de Muſica. Ælianum libro 12. capit. 50. Ariſtotelem Problem. Clementem Alexandrinum παιδαγ. 2. capite 4.

*Pœniceis*] Idem factitaſſe Numidas & Perſas, teſtis Plutarchus in Artaxerxe & Xenophon libro 6. κύρου παιδ: Imo Romanos quoque. Iſidor. lib. 19. capit. 22. *Ruſſata quam Græci Phœniceam vocant, nos cocci neam, reperta eſt à Lacedæmoniis, ad celandum coloris ſimilitudine ſanguinẽ, quoties quis in acie vulnera-*

*retur, contemplanti aduerſario animus augeſceret. Hac ſub conſulibus Romani vſi ſunt milites, vnde etiã ruſſati vocabantur. Solebant enim pridie quam dimicandum eſſet, ante principia poni, quaſi admonitio & iudicium futuræ pugnæ.* de hac Tunica vide quæ Lipſius diſſerit De Militia Rom. lib. 4. Dial. 12.

Pag. 53. *Libertus ingratus* ] Idem Athenienſiũ inſtitutum tangit lib. 5. cap. 3. Athenis vocabant ἀπροστάσιον. Ariſtoteles lib. 3. Polit. cap. 8. Lyſias apud Ariſtodemum. Imitati hoc, vt alia ſpecioſa Athenienſium, Romani. Tacitus lib. 13. Annal. Inſtit. de libert. l. 1. D. de iure patr.

*Seueritatis cuſtos* ] Magna Maſſilienſium laus, ob quam merito ipſis gloriari liceat. Nec parcius eos Cicero laudat, imo vero aliquanto etiam luculentius, Orat. pro L. Flacco: *Neque vero te Maſſilia prætereo, quæ L. Flaccum militẽ Quæſtoremque cognoſti; cuius ego ciuitatis diſciplinam atq; grauitatem non ſolum Græciæ, ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponendam iure dicam, quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, diſciplinis linguaque diuiſa, cum in vltimis terris cincta Gallorum gentibus barbariæ fluctibus alluatur; ſic optimatum conſilio gubernatur, vt omnes eius inſtituta laudare facilius poſſint, quam æmulari.* Strabo etiã inter alia præcipue frugalitatem & temperantiam Maſſilienſiũ commendat, lib. 3 Iuſtinus lib. 44.

44 *Illic bene inſtituta non temporum neceſſitate, ſed recte faciendi conſuetudine ſeruãtur.* Tacitus in Agricola: *Paruulus ſedem ac magiſtram ſtudiorum Maſſiliam habuerat, locum Græca comitate & prouinciali parcimonia miſtum.* Miror itaq; vehementer de tanta tamq; ſancta ciuitate Prouerbia ſublata πλεύσαις εἰς Μασσιλίαν. A Plauto etiam Mores Maſſilienſes in ipſis Romanæ vrbis theatris traducti fuere. Quid Athenæus? Μασσαλιῶται, inquit, ἐθηλύνθησαν, οἱ τὸν αὐτὸν τοῖς Ἴβηρσι τῆς ἐσθῆτος φοροῦντες κόσμον. ἀσχημονοῦσι γὰρ διὰ τὴν ἐν ψυχαῖς μαλακίαν, ἀλλὰ τρυφῶσι γυναικηοπαθοῦντες. Niſi hac vnica lue infecti fuerunt; traxeruntque eam à Græcis ſcilicet. vnde Græculam vrbem appellat Florus lib. 4. *Græcula ciuitas, non pro mollitia nominis & vallum cædere & incendere machinas auſa & congredi nauibus.* Seruius: *De Cretenſibus accipimus, quod in amores puerorũ intemperantes fuerunt, quod poſtea in Lucones & in totam Græciã translatum eſt, adeo vt Cicero dicat in libris de Republ. opprobrio fuiſſe adoleſcentibus, ſi amatores non haberent.* Varro Maſſilienſes trilingues dixit, quod Græce, Latine & Gallice loquerentur, teſte Iſidoro lib. 15. cap. 1.

*Aditum in ſcenam* ] Citat Sarisberienſis libr. 8. cap. 2.

*Momenta ſeruanda* ] Recte Lipſius ex vet. edit. *Monumenta ſeruandum.*

Pag. 54. *Sexcentis* ] Strabo: Ἀνδρῶν χ καταστήσαντες συνέδριον. Eoſdem τιμούχους appellitabant.

Pag. 55. *Pecunias mutuas* ] Mela lib. 3. cap. 2. vbi de Druydibus: *Docent multa nobiliſſimos gentis clam & diu, vicenis annis in ſpecu aut in abditis ſaltibus. Vnum ex iis quæ præcipiunt in vulgus effluit, videlicet vt forent ad bella meliores, æternas eſſe animas vitamq; alteram ad manes. Itaque cum mortuos cremant ac defodiunt, apta viuentibus olim negotiorum ratio etiam & exactio crediti deferebatur.* De iſtac exactione nuſquam legi, præter apud Valerium & Melam. De reliquis Braccatorum ſiue Druydarum Placitis cõuenienter tradunt Strabo lib. 4. Diodorus, Ammianus, alii. De Pythagora, nulli nota magis domus eſt ſua, vt ait Iuuenalis.

*Animi præſtantia* ] Manuſcripti duo: *animi præſentia.* id eſt, conſtantia & virtute animi. Vetus gloſſarium: *Præſens* ἐπιφανής, ὁ παρὼν ὁ εὔχαλκος. Locutio frequentiſſima apud Valerium, ſed vbiq; fere corrupta in *animi præſtantiam.*

*Thraciæ vero* ] Thracib. hoc commune cum Agathyrſis, Cæſiis Heniochis Indis. Herodotus lib. 5. Xenodotus in collect. prouerb. Pomponius Mela lib. 2. cap. 1. Idem de Cauſianis ſcripſit Nicolaus apud Stobæum: Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γινομένους θρηνοῦσι· τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσιν. ſed profecto videtur illo loco legendum eſſe Καυκασιανοί. Sic enim de Albanis Strabo lib. 11. ὑπερβαλλόντως δὲ καὶ τὸ γῆρας τιμῶσιν Ἀλβανοί, καὶ τὸ τῶν ἄλλων, οὐ τὸ τῶν γονέων μόνον. τεθνηκότων δὲ οὐχ ὅσιον φροντίζειν οὐδὲ μεμνῆσθαι.

*Si eius* ] Lib. Dan. addit:

*Si ea mortua eius.* Haud me hercules inepte.

Pag.56. *Sicca*] Lib. Danielis *Cirtæ* Libri veteres excuſi: *Sicæ*. Sed alii omnes ſcriptores Latini Siccam ſcribunt. Solinus capite 25. Sigam Græcorum more. Sic n. Strabo vocat lib. 17. Stephanus: Σίγαθα, πόλις λιβύης, ὡς Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ. Emẽdo ſane ex Strabonis loco Σίγα, πόλις. Idẽ Stephanus hanc Polybium Σίγγαν appellaſſe ſcribit, q̃ ego cum Sicca eandem facio & diſtincta loca in vnum contrahenda. nam varietatem hoc nomen ſcribentium annotare voluit Stephanus, quod facere cõſueuit.

*Quæſtum dotes*] Malo cũ lib. Dan. *Quæſtum dotis.* Sic Iuſtinus lib. 18. de Cypriis virginib. *Mos erat Cypriis virgines ante nuptias ſtatutis diebus dotalem pecuniam quæſituras.*

*CAP. VII.*

P.58. *P. Rupilius*] Rutilius is fuit, non Rupilius. Notiſſimus hic Rutilius in tota antiquitate Romana. Nec noti olim Rupilii, contra Rutilii. Feſtus. *Rutilũ Ruſum ſignificat, cuius coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt. vnde traxerunt cognomina, vt indicat frequenter Afranius.* Sicenim locum obiter emendo. Valerius ſupra de priſcis feminis: *Sũma cũ diligẽtia capillos cinere rutilarũt.* Cato apud Seruium. *Mulieres noſtræ cinere capillum vngitabant, vt rutilus eſſet crinis.*

*Militiæ munere*] Lib. Danielis *militiæ munera.* Optime & latiniſſime.

*Agger incenſus*] Male edit. Veneta: *ager incenſus.* Placet coniectura Lipſiana *Agger inſcenſus.* Nec mea diſplicet *Agger eſcenſus.* Sic apud Ennium: *Atque atq; eſcendit muros Romana iuuentus.*

*Copulato ſocietati*] Lib. Dan. *Copulatæ ſocietati generis & imaginum.* & deinde poſtea: *aut communioni nominis.* Facile præfero vulgatæ.

Pag.59. *Q. Fabius Rullianus*] Alii Rutilianum. male. Plutarchus in Fabio & Pomp. Rullum appellat. q; nomẽ Romæ haud ignotũ. In veteri Gloſſario exponitur *Rullus*, mẽdicus ἀγύρτης.

P.60. *Lacerandus*] Lib. Danielis *lictorum ſe verberibus lacerandum præbuit.*

*Papirius in exigẽda*] Addo ex optimo cod. Danielis: *Papirius ius in exigenda pœna.* Non eſt è triuio locutio illa: *ius perſeuerauit*, ideo-



ideoque ea à ſciolis exturbata. Notaui eam apud Ciceronem & Iuſtinum.

*Sed populo Romano*] Vox vltima tollenda, auctoritate lib. Dan.

*Laciniis abſciſſis*] Hanc pœnam poſtea inſtaurauit Auguſtus, antiqui moris amantiſſimus. Suetonius: *Pro cætero delictorum genere variis ignominiis affecit, vt ſtare per totum diem iuberet ante prætorium: interdum tunicatos diſcinctoſque, nonnunquam cum decempedis vel etiam ceſpitem portantes* Herodianus lib. 2. τάς τε ζώνας καὶ τὰς ἐσθῆτας ἃ ἐπὶ σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν, ἀφαρπάσαντες, γυμνοὺς ἐξέπεμπον.

*Conuictum*] Menſæ intellige. Vetus Gloſſarium: *Conuictor & Conuiuator:* Συμβιωτὴς, Συνεστιάτωρ.

*Balnearum*] Hinc apparet balneis vſos aliquando & milites, ſed Scipio quoque vſum balnearum ſuis militibus interdixit. vt tradit Polyænus lib. 8. ſtratag. Philippus ſane Macedo, Tarentinum quendam lauantem conſpicatus, præcipuo munere militiæ priuauit, illa adiiciens: φήσας ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς τὰ Μακεδόνων. παρ' οἷς οὐδὲ γυνὴ τεκοῦσα θερμῷ λούεται. *Videre mihi tu quidem ignorare inſtituta Macedonum, apud quos ne puerperam quidem calida lauari videas.* Polyænus auctor lib 4. ſtrat. Priſcorũ etiam Romanorum balnea admodum rara. Seneca lib. 13. Epiſt. *Nam vt aiunt qui priſcos mores vrbis tradiderunt, brachia & crura quotidie abluebant, quæ ſcilicet ſordes opere collegerant. cæterum toti nundinis lauabantur. Mahumetes Turcarum Propheta crebrioris lotionis vſum lege ſacra ſanxit, ne ſcilicet morbis ex immundicia & illuuie infeſtarentur. En qua ſpecie, quo aſtu, qua religione diſciplinam militarem muniuit.*

Pag. 61. *Neceſſitas*] Pulchra ſententia. Plutarchus: χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε.

Pag. 61. *Apud ſenatum*] Recte hæc à lib. Dan. abeſſe iudico.

*Enerues*] Lib. Dan. ἐξαρχαϊσμῷ *eneruos.*

Pag.63. *Seuerũ exhibuerit*] Quidquid Pighius cauſſetur, ego veterum librorũ lectionem quaſi fugitiuam retrahendam cenſeo: *ſeuere excubuerit.* Sic lib. 3. cap. vlt. *Pro ſalute ciuium in foro excubuerat.*

*CAP. VIII.*

Pag 64. *Lege cautũ eſt*] De qua lege Dionem li. 39.

Pag. 65. *Et ne Valerius*] Lib. Dan. *Sed ne Valerius.* more Salluſtii. Seruius ad 10. Æneid. *Sed, modo inceptiua particula eſt, vt in Salluſtio ſæpius.*

Pag. 66. *Non pro recuperatis*] Lib. Dan. *Non pro reciperata.* An ita dictum, vt *pro rata*, id eſt, portione? Dubito ſane.

*Qui ex deſertis*]. Glareanus Lucullum & Pompeiū pungi hic putat. Argute.

*Aut ouans aut curru*] Seruius ad 4. Æneid. *Proprie ouatio eſt minor triumphus. Qui enim ouationem meretur & vno equo vtitur & à plebeiis vel ab equitibus Romanis deducitur ad capitolium & de ouibus ſacrificat: vnde & ouatio dicta.*

Pag. 67. *Conſummata*] Auctior lib. Dan. *Conſummata atq; cōſtricta ſentētia.*

C A P. IX.

Pag. 68. *Cœlibes*] Camilli legem poſtea in cenſura ſua denuo promulgauit Metellus Numidicus, ex cuius oratione citat Agellius lib. 1. cap 6. Afranius Vopiſco: *Maiores noſtri incupidiores liberum Fuere.*

*Nodoſam exſoluite*] Nihil mutandum cēſeo. Scriptura hæc omnium librorum. ſic exiſtimo: vt nodus aliquid difficile dicitur & intricatum, ita ſtipem ſexagenariorum iſtorum nodoſam eleganter dici poſſe, id eſt, difficilē minuſq; promptam. Sic Cicero ad Brutum, inopiam rei pecuniariæ *nodum in Rep.* appellat. Nodoſos eiuſmodi eleganter *tricones nummarios* olim Lucillius vocitabat.

*Nec penſi*] Edit. Venet. *Nec dignum penſi.* Hinc libēter amplector Lipſii correctionem: *Nec (indignum) penſi duxerat.*

Pag. 69. *Luſcinius*] Agellius, & quædam editiones Valerianæ Lucinium appellant Lucinum quidē Latine dici recte puto, vt Lucina. Et apud Prudentiū *Lucinæ horæ.* Sed & Luſcinus in veteri Gloſſario extat: *Luſcinus* ἀηδών.

*Decem pondo*] Lib. Dan. X. P. Solebant ponderum numeros non literis, ſed literarum notis exprimere.

*Vaſa argentea*] Hæc mouere quem poterant, vt apud Agellium legendū crederet: *Quod decem pondo argenti facti haberet.* Sed Agellium, vt antiquariū hoc loci non facile ſollicitauerim.

*Freni ſunt iniecti*] Declamatorie hæc ingerit ſuis verbis Valerius, vt paulo ante de Camillo & Poſthumio



mio Coss. Sane hic auctor toto hoc libro Rhetorum colores conſectatur.

*Iunctum*] Lego ex libro vet. *vinctum*, ob ſequens verbum *inſtrictum.*

*Pollam*] Imo *Polliã*, vt in lib. Dan. & apud Liuium.

Pag. 70. *Martiam*] Lib. Dan. *Mœtiam* Nihil verius. Feſtus: *Mœtia tribus à quodam caſtro ſic appellata.*

*Philus*] Male in edit. Veneta; *Philippus.* De L. Furio Philo hoc ipſo agit Cicero in Bruto. In lib. Dan. & apud Auguſtinum lib. 2. de ciuitate Dei hodieque legitur; *Pilus.*

*Cenſoria poſtmodū*] Nec mirum. cum talibus etiam ad Dictaturam aditus. Mamerco Æmilio non obfuit nota cenſoria, quin poſtea Dictator crearetur.

C A P. X.

Pag. 71. *Honoris*] Deeſt in lib. Dan. & eſt reuera fœdiſſima gloſſa orta ex iſtis; *honorem eſſe ſine honore.*

*Perpendi*] Male *prodi* Lipſius corrigit In lib. Dan. *Pendi.* Perplacet hoc. Nam pendere dicebant, pro perpendere. Huius verbi ſignificationes aliquot collegit veteris Gloſſarii auctor; *Pendo* ἡγοῦμαι, ἢ τιμῶμαι, καὶ σταθμίζω, καὶ τίνω, καὶ ἐρτημαι καὶ ἀποδίδομαι.

Pag. 72. *In Literna villa*] Eam diligenter deſcripſit Seneca epiſt. 87. quam ipſe poſtea poſſedit.

Pag. 75. *Quid damnatio*] Videtur illud Ciceronis in mentem fuiſſe Valerio; *Miſera eſt ignominia iudiciorum publicorum, miſera multatio bonorum, miſerum exſilium.* Orat. pro Rabir.

*Exulare aliquis*] Sic Florus lib. 2. cap. 2. *Quid aliud quam victus de victoribus, atq; etiam, quia Carthago non ceſſerat, de fortuna triumphauit?*

*Adeo admirabilem*] Lib. Colmarienſis; *venerabilē.* Quod magis placet.

*Diem extraheret*] Sic locutus eſt Cæſar lib. 1. de bello ciu. *Catone vero acerrime repugnante & priſtina conſuetudine contradicendi mora dies extrahente.* Hoc Agellio eſt, diem eximere. cuius locum ita lego; *Caius Cæſar conſul M. Catonem ſententiam rogauit. Cato rem, quam conſulebat, quoniam non è Rep. videbatur perfici noluit. Eius rei gratia longa oratione vtebatur, eximebatq; dicendo diem.* Eximere igitur diem, eſt totum diem dicēdo quaſi auferre & abſumere. Contra *frangere diem* erit, dimidium diem abſu-

mere. Horatius libro 2. od. 7. *Cum quo morantem ſæpe diem mero Fregi.* Hoc veteres Iureconſulti *Diffindere diem* dicebant, vt in formula Prætoria Hic DIES DIFFISVS ESTO. quando omiſſo reliquo diei ſpatio, iudiciũ differebatur, vt docet Doctor ille iuris vnicus lib. 12. obſ. cap. 18. Sed & *diſcindere diem* pronunciaſſe veteres conſtat, quod nihil aliud quam Iureconſultorum illud *Diffindere.* Gloſſæ veteres *Diſcindendi* τμητέοις. ἐν τῷ τέμνειν τὰς δίκας. Noti etiam ex Faſtis veteribus *Dies inciſi* & *interciſi.* Fabricius ex Horatiano exemplari Saxonico citat: *Dies alii ſunt Faſti, alii Solidi, quibus laborandum eſt, alii inciſi.* Hic inciſi, opinor, ſolidis opponuntur. ad quod reſpexit Horatius: *Nec partem ſolido demere de die.* Seneca epiſt. 84. *Hodiernus dies ſolidus eſt.* Inſignis locus eſt Agellii libro 14. capite 2. in quo tamen monſtroſum magis an ridiculum mendum inhæret hodieque: *Atque in rerum quidem diffuſionibus, comperendinationibus, & aliis quibuſdam legitimis in rebus.* Audacter corrigo: *Atque in dierum quidem diffiſionibus, comperendinationibus.* Quę enim, rerum diffiſiones? Si hac correctiuncula laudem non merui, culpam deprecor.

Pag. 74. *Reuocauit*] Liber Danielis *Reuocarunt.* Sic idem codex ſupra: *Senatus peragebant.* Auſim ne hæc ad Pædotribicum tribunal adferre?

*Sub nomine Catonis*] Tertullianus Apologet. cap. 11. *Quis ex illis Diis veſtris grauior & ſapientior Catone? Iuſtior & militarior Scipione?* Iuuenalis: *Tertius è cælo cecidit Cato.* Crebro hoc ſchemate Catones vocat Martialis. Prudentius contra Symmach.

*Exſultare Patres videas, pulcherrima mundi*

*Lumina, conciliumque ſenum geſtire Catonum.*

*LIB. III. CAP. I.*

Pag. 75. *Æmilius Lepidus*] Conſimile prorſus facinus L. Tarquinii filii apud Macrobium libro 1. Seruius ad 9. Æneid. *Hoc loco puerum ideo poſtea fecit armari, quia legit in Hiſtoria, pueros de bellis gloriam reportaſſe. Filium M. Druſianorũ ſexdecim: Criſpini filiũ Criſpinum in Corſica cũ fugeret exercitus Sp. Caruilii Conſulis, bellum reſtituiſſe.*

ſtituiſſe.



*ſtituiſſe. Apud Soram bello Italico ab Herennio puerum in aciem eductum à quo hoſtem occiſum ſpoliatumq́; Lucii Tarquinii filium quẽ ob hoc pater aurea bulla prætextaq; donauit.* Hæc Seruius ille P. Danielis.

*Vix ſpectatorẽ*] Nam decimo ſexto demum anno militabant, vt notat Seruius ad illud 7. Æneid.

*Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus*

*Exercentur equis domitantq; in puluere currus.*

*Latinorum*] Liber Dan. *Latini.* Hinc legerim: *Latii principe.*

Pa. 76. *Illa vox hominũ*] Verba ſequentia ex ore Popedii eſſe teſtatur Plutarchus. Itaq; recte Lipſius emendare videtur: *Illa vox homini,* id eſt, Popedio.

*Tam paruum*] Neſcio an delenda vocula *tam.* Nam *parui* etiam pueri dicuntur.

*Ipſum Marium*] Breuius & concinnius quidam veteres: *Ipſum Marium eo loci ſtatuiſſes.*

Pag. 77. *Mandat*] Lib. Daniel. *Mandatu.* Non reiicio.

*CAP. II.*

Pag. 78. *Deiectus quaſſatusque*] Lipſius corrigit *Deiectu quaſſatus.* Deiectus, inquit, eſt ipſa deiectio altitudinis. Si vulgatam lectionẽ retineas exponi poteſt deiectus pro eliſus. Ita Ciceronem locutũ eſſe docet Nonius. Sane Græcum quoq; καταβάλλειν exponit Græcus magiſter, Elidere.

Pag. 79. *Opima ſpolia*] Cur ita dicta ſint explicat Feſtus. Porro de Romulo opima ferente Ouidius 5. Faſtor.

*——Iliaden humeris ducis arma ferentem.*

*Eidem Deo*] Teſtis Seruius quoque ad illud:

*Quis te magne Cato tacitũ aut te Coſſe relinquat.*

Non igitur verum eſt quod Auſonius ſcripſit in Eidyllio:

*Tertia opima dedit ſpoliatus Aremoricus Lars.*

ſed nomen illius equitum magiſtri verum nos docet, contra quam Grammatici faciunt. Priſcianus lib. 5. *Lar ſi familiaris eſt facit Laris: Si Tolumnii Porſennæ, Lartis.* Cum Auſonio ſcribit & Liuius lib. 4. *Daturos quod Lars Tolumnius dediſſet.* Hinc Græci more ſuo Λάρος fecerunt, vt Dionyſius, Diodorus, Plutarchus.

*Ab his exemplis*] Tertius hic in ordine eſt, qui

optima Ioui Feretrio dicauit, vt & à Feſto adnotatũ, & Virgilio quoque Æn.6.

*Adſpice vt inſignis ſpoliis Marcell⁹ opimis Ingreditur.*

Pag.80.C. *Atilius*] In aliis: *M. Atilius.* Liuio & Plutarcho M. Papirius is eſt, non Atilius.

*Capi ergo virtus*] Theognis:

—ἀρετῆς δὲ μέγα κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

Quo fortean reſpexit Plautus Amphitr. *Qui per virtutem perbitat non interit.*

*Patientia dedecus ignorat*] Pulchre ſimul & ſapiẽter, pene dicam & religioſe. Sic enim prorſus Paulus Apoſtolus ad Corinthios, Epiſt. 1. περὶ τῆς ἀγάπης: οὐκ ἀσχημονεῖ inquit. Quod Auguſtinus vertit: *Dilectio non dehoneſtatur.* Quod paulo obſcurius Tertullianus vertit, aureo illo libello de patientia: Dilectio *nõ proterit.* Quo igitur iſthæc, inquis? Vt ſcias, lege & cõſidera illa eiuſdem grauiſſimi & doctiſſimi ſcriptoris: *Nam dilectio ſummum Fidei ſacramentũ, Chriſtiani nominis theſaurus, quam Apoſtolus totis virib. ſancti ſpiritus commendat, cuius niſi Patientiæ diſciplinis eruditur? Dilectio inquit, magnanimis eſt: Ita Patientiam ſumit. Benefica eſt: malum Patientia non facit. Non æmulatur: id quidem Patientiæ proprium eſt. Non proteruum ſapit: modeſtiam de patientia traxit. Non inflatur, nõ proterit: non enim ad Patientiam pertinet.* Quid illuſtrius ad illum Pauli locum apponi poſſit? [redacted]uoties animum erudita illa & ſalutari veterum Patrum lectione paſco. Sed patientia ſuadet, ne de corrupti ſeculi noſtri moribus aliquid amplius conquerar.

*Debitus honos*] Nimis placet ſcriptura Danielis & reliquorum veterum. *Debitus gloriæ titulus.* Nec video quid impulerit Pighium vt illud male feriati librarii annotamen inferciret.

*Incerti diſceſſerunt*] Ego diſcedo, quo liber Danielis aurigatur, ad veram opinor lectionem: *Prælium nocte dirimente, victoresne an victi incerti abierunt.*

*Rullianus*] Lib. Danielis vt ſupra Rutilianus.

Pag.81. *Animi præſtantia*] Lege vt ſupra ex eodem codice: *Animi præſentia.* Sic poſtea. *Præſentia enim animi ſui ſenatum & equeſtrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.* Et alibi: *Bellica hæc præſentia animi.*



Pag.82. *Vehementi periculo*] Libri duo: *Vehementer paruulo peteretur.* Ad oram libri Danielis: *Vehementi tragula:* legerim: *Vehementi ictu.* Aliud quod probem, aut adferam non habeo. Nam ex eo ictu vel impetu veriſimile eſt gladium vagina elapſum eſſe.

*Poſtero die*] Lipſius: *Poſtero die ad Paulum ſupplices.* Nam illud contra veritatem Hiſtoriæ eſt. Demõſtrat ex Plutarcho idem Lipſius & ego non diſſimulo, plane mihi videri inſititia illa duo verba: *ad eum.*

*Fauore pop. occupato*] Nihil mutandum cenſeo. Occupato pro aucupato, ſic ſatis vſitate dicitur. Contra auſculor pro oſculor & ſimilia notauit Priſcianus, & Nonius ex Plauto, Attio, Titinnio, aliis.

Pag 83 *Qui Rempublic. ſaluam*] Hãc formulam in euocatione militum ſubitariorum vſurpatam fuiſſe ſcribit Iſidorus lib.9.cap.3. lege Appianum libro 1. De bello Ciuili. Locus præterea Valerii non ſincerus mihi videtur. Nam quid illa ſibi volunt? *Ac deinde læuam manum aperta togæ circumdedit.* Appianus diſerte ſcribit, laciniam togæ in humerum & caput reieciſſe. Labor vt emendem: *Ac deinde læua humerum parte togæ circumdedit.* Nã & in libro Danielis expreſſe ſcriptum erat: *parte.togæ.* Sed & Seruius mirifice ad meam emendationem facit, dum ita ad 5. Ænei. ſcribit: *Cincti* inquit *ritu Gabino, id eſt, togæ parte capitis velati, parte ſuccincti.*

Pag.84 *Optaui mortem*] Lipſius ex mente viri fortis morituri: *ſpecioſam oppetã mortem.*

*Q. Cotius*] Lib. Danielis: *Q. Occius.* Alii *Q. Ocius.* Colmarienſis: *Q. Tetius.* Hinc ſuſpicabar legendum eſſe *Q. Caditius.* Sed ſuſpicabar tantum. ille n. Punico bello primo ſtrenuũ bellatorẽ egit. Nõ minus igitur mihi de hoc nomine liquet, quã olim de fortiſſimo auctorib. Plinius libro 7. cap. 28. *Fortitudo in quo maxime extiterit, immenſæ quæſtionis eſt, vtique ſi recipiatur Poetica fabuloſitas. Q. Ennius T. Cæcilium Teucrum fratremq; eius præcipue miratus, propter eos ſextum adiecit Annalem.*

*Achilles cognominatus*]

Hoc tamen cognomen Agellius L. Sicinnio Dentato tributum ſcribit lib. 2. cap. 11. Et Feſtus in voce Obſidionalis.

*Parum iuſta notitia*] Suetonius quoque cum alios auctores nō haberet, ſumſit ex Valerio noſtro; quod inde colligo, quia idem exemplū cum Cynægyri Athenienſis confert. de quo præter Herodotum & Iuſtinum lege Ammianū lib. 26. qui & Callimachum nominatum fuiſſe ſcribit.

Pag. 85. *Iuſſu eius*] In libro Danielis: *Iuſtulatus.* Monſtrum verbi. pro quo non erubeſco aliud requirere. ſcilicet Valerium nomen illius præfecti Pompeiani expreſſiſſe, quod à Plutarcho, Appiano, Suetonio, Lucano minus factum.

*Mitteretur*] Idem liber *niteretur.* Quod omnibus modis amplector.

*Femore ſaucii*] Pighius ſanauit locum, ſed non perſanauit. Mihi omnino proba lectio, quæ in libr. Dan. *cuius capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto ſcutum.* Non debuit Pighius τὸ *caci* Valerio oggerere.

*In vtraque parte*] Emendatius & ſcriptum & diſtinctum in libro Dan. *In vtra parte rerum natura qua admiratione perſequar? neſcio quoniam &c.*

Pag. 86. *Centum & viginti*] Ita Appianus quoque. Maiorem numerum apud Cæſarem & Plutarchum legiſſe me recordor. Florus quoque libro quarto numerum Valerianum adſerit.

*Vigeſies*] Liber Danielis *vicies.* Et ita Plinius libro 4. capite 5. & libro 7. cap. 28. Iterum libro 22. cap. 5. Agellius lib. 2. cap. 11. Dionyſius libr. 10. apud quem male ſcriptum Σικκιος pro Σικίνιος.

*Torques* CLXXXIII] Delendus numerus centenarius. Sic enim Agellius & reliqui.

*Armillæ* CLX.] Agellius: *Armillis plus centum ſexaginta.* Porro ex Varrone hæc ſumſerat Valerius, quem & Fulgentius compilauit in libello de priſco ſermone. Verba eius ſubſcribam: *At apud Romanos Varro ſcribit Sicinium Dentatum centies & vicies pugnaſſe ſingulari certamine, cicatrices habuiſſe aduerſas quadraginta quinque post tergum nullam, coronas accepiſſe* XXVI. *armillas* CXL. *& iſtum primum*



*mum ſacrum feciſſe Marti.* Mendoſus locus. lege: *armillas* CLX. De hoc Sicinio exſtat breuiarium in Antiquitatibus Fabritii.

*Propter Campanam*] Probo librum Dan. *Pro Campana perfidia.*

*Afficiendos iudicaret*] Lipſius rectius: *vindicaret.*

*T. Iubellius Taurea*] Male quidam *Taureas*. licet apud Suidam legatur Ταυρέας, ὅτι τὰ νεῦρα. ſed ita fortean Græci ſuo modo. Monet me hoc nomen loci cuiuſdam Plautini, vbi quidam minatur Saureæ ſeruo, ſe eius nomen commutaturum; quaſi dicat ſe effecturum vti ex Saurea fiat Taurea. Alluſit ſine ad vocem Taurea, quæ loreum etiam flagellum ſignificat, quod Plautus alibi Terginum appellat, Græci magiſtri ὠμοβόϊνον exponunt. Addo Tertulliani locum ad Martyres: *Alii inter venatorum taureas ſcapulis patientiſſimis inambulauerunt.*

*At me, inquit*] Liber Danielis, *Ad me, inquit.* Elegantiſſime. Ita ſæpe Plautus, Varro, alii.

Pag 87. *Neptuno*] Vide Herodotum. Iuuenalis: *Ipſum compedib. qui vinxerat Ennoſigæum.* Eadem libro 2. Pauſanias in Lacon. Oroſius libro ſecundo, capite nono. Diodorus Siculus.

*Cælo tenebras*] Nihil hîc mouerem, niſi me moueret liber Danielis, *Et caho tenebras.* An legendum *coho tenebras*? id eſt, cælo. Feſtus: *Cohum Poetæ cælum dixerunt à chaos, ex quo putabant cælum eſſe formatum.* Sed cui perſuadebo Valerium ex vltima illa antiquitate repetito verbo vſum? Alio pro hoc vulnere emplaſtro opus. In libro altero Pariſienſi, quod Lauernii cuiuſdam nomen præferebat, ſcriptum inueni: *Et cælo chaos minitantem.* Aut ego vehementer fallor, aut aliquis ſciolus ex Feſti loco ad *chaos*, illud *caho* adſcripſerat oræ libri Danielis. Hinc adeo facile colligas *chaos* germanam eſſe apud Valerium lectionem, cui aliquis tenebrio illis etiam tenebras obduxerat. Nam chaos tenebræ dicuntur. Gloſſarium: χάος *tenebra.* Nec adtinet hîc dicere Xerxen per chaos ſiue tenebras

intelligere nimbos ſagittarum. Nam id quilibet adſequitur. Huc traho, quod idem Valerius infra ſcripſit cap. 7. *Referente quodã ſagittis Perſarum ſolem obſcurari ſolere.* Xerxes omnino Helleſpõto, Neptuno, Soli malũ minatus fuerat. Mõtes etiam in planum deduxerat, conuexa vallium æquauerat, maria pontibus ſtrauerat, vt Iuſtini verbis dicam. Meminit eius & Arnobius lib. 1. aduerſus gentes. Et memorabile eſt Epitaphium Alphei:

Οὔρεα μὲν καὶ πόντια ὑπὲρ τύμβοιο χάρασσε
Καὶ μέσον ἀμφοτέρων μάρτυρα Λητοΐδην,
Ἀενάων τε βαθὺν πελαμῶν ῥόον.

*Vltimam deſperationem*] Præter laudatos à Pighio auctores, addo Polyænum Stratag. lib. 7. In numero occiſorum non conueniũt. ccc. fuiſſe ex Herodoto Valerius & Seneca. Idem Cic. 2 de Fin. Ælianus, & Fronto. Ex quorum vnani mi conſenſu pene labor, vt Diodorum, Iuſtinum, Oroſium corrigendos cenſeam. Sed iſti omnes Herodotum ſecuti ſunt. Et ego quoque memor ſum tituli illius Plutarchi περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας.

*Othryadæ*] Herodotus, Plutarchus in Parallelis, Strabo, Suidas auctores. Pauſanias quidem huius πλὴν ἑνὸς Σπαρτιάδου meminit. Addo & Senecæ locum, qui exſtat in Suaſoriis: *Othryades pene à ſepulchro victor digitis vulnera geſſit, vt trophea Laconum inſcriberet, & dignũ Deo in Spartano ſacramento, virum, cuius ne littera quidem fuere ſine ſanguine.* Locus male diſtinctus & correctus. Sic lege: *En dignum Deo*, &c. Non omitto illud Crinagoræ adſcribere: Ὀθρυάδου Σπάρτης τὸ μέγα κλέος.

Pag. 88. *Clarum edere ſonum*] Græci κροταλίζειν dicunt, quorum & hic mos proprius, de quo doctiſſimus Lipſius in Antiquis.

## CAP. III.

Pag. 89. *Obiecit*] Fr. Modius ex libro Bambergenſi reſtituit: *Subiecit*. quod & ego verbum in Lauerniano reperi.

Pag. 90. *Viderunt*] Libr. Dan. *inuiderunt*. quantiuis precii lectio & omnib modis Valerio vindicanda. *Inuidere* eſt intueri, inſpicere, vel vt Cicero interpretatur, nimis intueri. Vnde & Inuidiam ait eſſe ambi-



guum verbum, quaſi etiam intuitum innuat ſignificari. Citat in id Attii verſum:

*Florem quiſnam mortalis liberûm inuidit meûm?*

Sic enim verſus ille redintegrandus ex Nonio.

*Ipſum quoq; Porſenam*] Alii *Porſennam* appellant. Sed Virgilius quoque mediam corripuit. 8. Æneid. Et Martialis:

*Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.*

Præter Hiſtoricos Mutii huius meminere Plutarchus, Auguſtinus libro 4. cap. 20. Tertullianus aliquot locis.

*Pompei*] De hoc & ſequenti Macedonico exemplo nihil equidem dicere habeo. Illud tantum dico, Gentium illum Illyricorum regem longe longeq; ante Cn. Pompeium vixiſſe. Cogitandum igitur de alio Pompeio.

*Aſpergeret*] Libri Veteres: *Exaſperaret.* Verbum ad ſenſum aurium. Lucretius ſatis audacter *ſerræ ſtridorem acerbum* dixit.

*Conſulto*] Ita legit Pighius. Ego in editione Veneta deprehendi: *Conſueto.* quod ſane placet.

Pag. 91. *Inhoneſto atque inutili*] Eximia Philoſophiæ laus. ſic eam fere deſcribunt Stoici. Horatius de Homero:

*Qui quid ſit ſapiens, quid turpe, quid vtile, quid non,*
*Planius ac melius Chryſippo & Crantore dicit.*

Similes Philoſophiæ laudes apud Ciceronem occurrunt, vt libr. 1. de Orat. Tuſc. Quæſt. libro 5. Epiſtol 23. libro 12. & libro 15. Epiſt 3.

*Zenone Eleate*] De hoc Varro Eumenidibus: *Vbi dicatur primus Zenon nouam hæreſin nouo pexillo ſuſpendiſſe.* De huius Διαμαστιγώσει Tertullianus Apologetico capite vltimo, & De ſpectaculis.

*Eiuſdem nominis*] Sumſit ex Heraclide quod colligas ex Laert.

*Nearcho*] Alii Diomedontem vocant, teſte eodem Laertio.

*Opportunum tempus*] Liber Danielis non habet *tempus.* quod & de ſuo Bãbergenſi monuit Modius. Sic *opportunus iniuriis*, & alia. Opportunus Græcis ἐπιτήδειος, εὔκαιρος.

*Anaxarchus*] Aliud & horribilius exemplum de eodem celebrauit Diogenes Laertius, & Cicero

Tuſculanis. Tertullian. Apologetico: *Anaxarchus cum in exitium ptiſana pilo contunderetur, tunde tunde aiebat Anaxarchi follem.*

Pag. 92. *Quia tam*] Veteres mei rectius: *Occidit glorioſius, quam viguit, qui à tam forti fine.* Forſitan alluſit his verbis Valerius ad eius nomen, quem ob ἀπάθειαν & ἀνωδυνίαν τοῦ βίου, εὐδαιμονικὸν dictum fuiſſe Diogenes ſcriptum reliquit. Paulo poſt legendum ex veteribus libris, *Anaxarchique.*

*Titulus namque ſapientiæ*] Nam γυμνοσοφισταὶ appellabantur. Tertullianus Apolog. *Neque enim Brachmanæ aut Indorum Gymnoſophiſtæ ſumus, ſiluicolæ & exules vitæ.*

*Virtus excitata*] Valde placet diſtinctio Lipſiana: *Non ergo faſtidioſo aditu virtus excitata ingenia ac viuida.*

## C A P. IV.

Pag. 93. *Vernam huic vrbi*] Recte idem Lipſius tranſpoſuit: *Vernam natum, huic &c.*

Pag. 94. *Capturis alito*] Modius ſubſtituit: *Solito.* nimis argute. In libro Danielis cuius ego fidem magnifacio, legitur: *Salito.* rectiſſime, ſi quid iudico. Sic *Sallita ca[illegible]uera* apud Salluſtium. Orthographiam docet Diomedes.

*Porcii Catonis*] Addit Mſc. vnus: *Porcii Catonis, Porciæ nominationis principis.* Quod non inſuper habendum duxi.

*Diſciplina militaris*] Spectant hæc ad libros Catonis De re militari, quos ſæpius Feſtus citat.

*Marmorario*] Laertio eſt υἱὸς λιθουργοῦ. Gloſſarium: *Marmorarius* Μαρμαροποιός, Ἀγαλματογλύφος. Alibi: Μαρμάριος *Marmarius.*

Pag. 95. *Indoctis*] Ignarus etiam correctionis Lipſianæ, malui: *Doctis.* Doctos errores eleganter vocat vana quædam ſcientiarum Mathematicarū. Ambitum autem illum diſciplinæ Mathematicæ non minus proprie quam facete *errores* indigitat Diogenes Cynicus Mathematicos πλανήτας per iocum appellitaſſe legitur apud Stobæum.

## C A P. V.

Pag. 96, *In maximo*] Lipſius ingenioſe: *& ingeniorum & ciuium ampliſſimorum,* & quis dubitet an etiam vere.

C A P.



## C A P. VI.

Pag. 97. *Ceteroque ritu*] Addit lib. Danielis, *ceteroque vitæ ritu.*

*Palliogue*] Tertullianus de Pallio: *Soror quidem ciuitas ſuopte arbitrio mutare properauit, vt ad pulſum Scipionem iam ante de habitu ſalutaret.*

*Duilius*] Liber Danielis *Duellius.* Vtrumque dici opinor. Illud minus peruulgatum Bilium etiam fuiſſe dictum, qui alias Duilius Sic Duis, Duinus, Duicenſus, Duidens, pro Bis, Binus, Bicenſus, Bidēs efferebant. Feſtus: *Duis duas habet ſignificationes. nam & pro bis ponebatur, & pro dederis.* Gloſſarium vetus: *Duicenſus*: Διταβ. Δεύτερον ἀπογεγραμμένος. vbi legerim (ignoſcat Scaliger) Διὰ β. Nam & Dubicenſus dicebant, interiecto b. Feſtus: *Dubenus dicebatur apud antiquos qui nunc dominus.* Et hic magis audio quā auſculto Scaligerum. Corrigit is: *Dubienus.* minus inquam vere. Nam legendum indubie apud Feſtum: *Dubinus dicebatur apud antiquos, qui nunc geminus,* vel certe, *qui nunc binus.* Subſcribit idem minime vulgaris gloſſator: *Dubinus* Διοσός. Corrugabunt ad hæc frontem nonnulli ſat ſcio. Sed corrugent etiam ad illa Ciceronis libro de Oratore: *Quid vero licentius* inquit, *quam quod hominum etiam nomina contrahebant contrahebant, quo eſſent aptiora? Nam vt duellum bellum, & duis bis: Sic Duilium eum qui Pœnos claſſe deuicit, Bilium nominauerunt, cum ſuperiores appellati eſſent ſemper Duilii.* Hæc doctiorum deliciæ, at magiſtellorum pus & vomitus me longius abſtraxerunt. Nunc ad propoſitum.

*Funalem cereum*] Petrus Faber ſuſpicans hanc eſſe gloſſam legit: *Funale,* quemadmodum & Cicero vocat, & auctor de viris illuſtribus de eodem Duilio loquens.

## C A P. VII.

Pag. 99. *Speculatores*] κατασκόπους. Gloſſarium: Speculator ἐπόπτης, κατάσκοπος, Δήμιος. Poſterior ætas barbare ſcultatores appellauit, vt docet Cuiacius libro 6. Obſeruat. cap. 32. Cæterum Polyænus

quoq; hoc exemplum commemorat libro 8. adiiciens καθωπλικότας illos Καρχηδονίων τρεῖς συλληφθέντας.

Pag. 100. *Magna ſperantem*] Recte Modius emendauit: *Magna ſpirantem*. Emendo & ego Ciceronem libro 1. Tuſc. *Nondum guſtauerat, inquiunt, vitæ ſuauitatem, hic autem iam ſpirabat magna.* Hactenus editur: *ſperabat.*

*Ruboris cauſæ*] Apage illud *cauſa*; quod nec Modii liber, nec Danielis habet.

*Capere & timere*] Lubens huc aptem illud Petronianum: *Ioat iuuentus capta dum Troiam capit.* Et Seneca ad eandem faciem: *Marius ducebat exercitum, Marium ambitio.*

Pag. 101. *In ſenatu*] Lib. Dan. *In ſenatum.*

*Ex conſulatu*] Glareanus edidit: *Ex cõſule*, id eſt poſtquam conſul fuiſſet. Duo Manuſcripti *Exconſul.* Sic exheres, exiudex dicebatur. neſcio tamen quomodo mihi Exconſul iſte à Valerii ſeculo videtur abhorrere. Huc facit Iſidorus lib. 9. *Exconſules dicti quod iam a cõſulatu exierint, ſiue diſceſſerint peracto vicis ſuæ anno.*

*Varius Sucronenſis*] Placet admodum ſcriptura veterum editionum & ipſius Dan. *Varius Seuerus Sucronenſis.* Quia ad Quirites illa locutus de homine obſcuriore.

*Iulio Cæſari*] Glareanus legit: *Sex. Iulio Cæſari.* Quî enim Dictator ille potuit eſſe? Pighius C. Cæſarem Strabonem accipit.

Pag. 103. *A contemptu*] Prudenter dictum. Similiter Cicero ad Qu. Fratrem in ſimili cauſa: *Ceſſator eſſe noli: & illud* Γνῶθι σεαυτὸν *noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum, verum etiam vt bona noſtra norimus.*

*Antigenidas*] Suidæ eſt Θηβαῖος μουσικὸς αὐλῳδὸς Φιλοξένου. Meminit eiuſdem dicti Cicero 2. de Claris Orat. Plin. & Agellius. Idem nomen Antigenidæ reddendum Apuleio in Floridis apud quem hactenus ſcribitur, Antigenes. Locus iam in memoriam non eſt.

*Zeuxis autem*] De hoc Cicero, Plinius, Plautus Pœnulo. de eius morte Feſtus, in voce Pictor. Feciſſe Helenam iſtam Agrigentinus Plinius ſcribit. Cicero, Crotoniatis.

*Iouis Olympii*] Nota eiuſdem Minerua & Nemeſis ex Plinio. Sed & Iouem commemorat Tzetzes: χάριτας inquit ποιῶν τῷ ἐνο-

μένῳ



μένῳ ἀνθρώπῳ κἂν οὐκ εὔχαρ περὶ τὴν πλαστουργίαν, ἀγαλματώσας Φειδιακῇ τῇ τέχνῃ τὸ ἐν Ῥαμνοῦντι ἄγαλμα Νεμέσεως, Διόστε, &c. De eius Ioue Olympio legere eſt apud Quintilianum lib. 12. cap. 10. Plinium 34. cap. 8. Tertullianum libro de Reſurrectione Carnis.

Pag. 104. *Tenuioribus*] Recte legitur in libro Dan. & editionib. quibuſdam: *teneríoribus.* Teneri Poetæ dicuntur amatorii, reſpectu Heroicorum, qualis Catullus, Propertius, Callimachus, Anacreon & alii tales fuere. Auſonius:

*Si forſan tener auſus eſt Catullus*

*Magno mittere paſſerem Maroni.*

*Apud eos ſordidiſſimum*] Quod proprium huic Reipublicæ fuit. Romæ munus id erat Cenſorum vel Ædilium. Apud Indos τῶν Ἀρχόντων, vt ſcribit Strabo lib. 15. Dicebantur apud Thebanos τελέαρχοι. eorũ munus fuiſſe περὶ τὰς στενωποὺς ἐκβολῆς κοπρίων καὶ ῥευμάτων ἀποτροπῆς ſcribit Plutarchus in Præcep. Polit. Apud nonnullos Græciæ populos dicti ſunt ἀστυνόμοι.

*Cotys*] Poſſit aliquis ſuſpicari legendum eſſe: *Cotibus*, ex aliquot locis Strabonis; qui & libro 7. ſcribit peregrinum hoc & barbarum eſſe nomen.

Pag. 105. *Vir eiuſdem*] Ageſilaus is eſt, ſi credimus Plutarcho.

C A P. VIII.

Pag. 106. *Magiſtrum Equitum*] Iam pridem doctiſſimus Lipſius, alte inflictum vulnus huius loci ſanauit: *Magiſtrum Equitum Minutium iure imperii æquauerant* lectitans. Addo tantum egregiũ illud monumentum de rebus à Fab. Maximo geſtis. Q. FABIVS. DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR. SACROR. II. AED. CVR. Q. II. TR. MILITVM. II. PONT. AVGVR. PRIMO. CONSVLATV. LIGVRES. SVBEGIT. EX. IIS TRIVMPHAVIT. TERTIO. ET. QVARTO. HANNIBALEM. COMPLVRIBVS. VICTORIIS. FEROCEM. SVBSEQVENDO. COERCVIT. MAGISTRO. EQ. MINVTIO. QVOIVS. POPVLVS. IMPERIVM. CVM. DICTATORIS. IMPERIO. AEQVAVERAT. ET. EXERCITV. PROFLIGATO. SVBVENIT. ET. EO. NOMINE. AB. EX-

ERCITV. MINVTIANO. PATER. APPELLATVS. ETS. COS. QVINTVM. TARENTVM. CAEPIT. TRIVMPHAVIT. DVX. AETATIS. SVAE. CAVTISSIMVS. ET, REI. MILITARIS. PERITISSIMVS. HABITVS. EST. PRINCEPS. IN. SENATV. DVOBVS LVSTRIS. LECTVS. EST. Hæc ex lapide antiquo, qui dicitur apud nobilem quendam Florentinum repertus. Similis Arimini exſtare legitur apud eos, qui talia colegere. In Ariminenſi legitur: PATER PATRIAE APPELLATVS. quod ego ab exercitu Minutiano non factum & contra veritatem Hiſtoricam ſcriptū puto. Patrem quidem, more militari, appellatum fuiſſe, liquidæ fidei eſt. Silius libr. 7. de exercitu Minutiano:

*Ibat ouans Fabiumque decus Fabiumq; ſalutem*

*Certatim & magna memorabat voce parentem.*

*In amore*] Lib. Dan. *In amorem.* Probe & Latine.

*M. Palicani*] De hoc Salluſtius in Hiſt. *M. Atilius Palicanus humili loco, Picens loquax magis quam facundus.* Meminit eiuſdem aliquoties Cicero.

Pag. 107. *Depulſis*] Lego cum lib. Dan *Diſpulſis*, id eſt, diſiectis, diſturbatis. Et ita Lipſius.

*Quid fœminæ*] Mulierē, more Romanorum peculiari, comitiis foroq; carere ſolitam, ſatis eſt notū. Nec adeo arrogari poterat, vt docet Agellius lib. 5. c. 19.

*Priſcæ conſuetudinis*] Imo ipſæ leges. Ideoq; eleganter Valerius alibi ſcripſit: *Legem vtilitati cedere.* Ea cauſa Scipio obſtaculo legis impediri ſe non eſt paſſus, cum priuatus patefecit ærarium. Ea cauſa contra legem Porciam Catilinarii in carcere necati ſunt.

Pag. 108. *An abigi debet Pontius*] In aliis editionibus *Titius*, non *Pontius* legitur. Ego vero legerim: *Titus Pontius.* Is ipſe eſt de quo Cicero de ſenectute: *Nec vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis. num idcirco ille eſt præſtantior vobis?*

*Vt Cæſaris miles*] Concinnius ex lib. vet. Lipſius: *Vt aut Cæſaris miles deſinam, aut tuus eſſe incipiam.*

Pag. 110. *Plebiſcita*] In libro Daniel. paſſim: *Plebei ſcita.*

*Maximoq; concionis*] Laertius ſcribit fuiſſe Socratem



tem ἰσχυρογνώμονα καὶ δημοκρατικόν.

*Seipſum vicit*] Addit lib. Dan. *Ephialtes.* neceſſario.

*Diuerſitate exempli*] Placet Lipſio vetus ſcriptura: *Seueritate exempli.* Et ita res ipſa poſtulare videtur.

Pag. 111. *Qui cum ad vnam*] Placet eidem doctiſſimo Belgarum, vt ex ductu libri veteris legamus: *Quorum cum ad vnam potionem ſententiæ direxiſſent.* Direxiſſent paſſiue, ſed vſitate.

*LIB. IV. CAP. I.*

Pag. 112. *Poplicola*] Nihil mutandum. Quin in veteri Gloſſario integre ſcribitur: *Populicula* Δῆμον σεβόμενος, pro, populicola. Prudentius eundem *Plebicolam* vocat.

Pag. 113. *Quia maior natu*] Hinc mos ille in multos annos deriuatus, vt maior natu conſul faſces haberet. Quod tamen ita intelligo, maiorem ætate conſulem, tantum priori menſe hanc prærogatiuā habuiſſe, nam menſe ſequēti ſummæ poteſtatis ille faſces in collegā transferebat, atq; ita ſingulis menſibus alternabant & quaſi reciprocabāt hæc inſignia. Sueton. de Cæſare: *Antiquum retulit morē, vt quo menſe faſces non haberet, accenſus ante illum iret.* Vbi hoc amplius antiqui moris de accenſo præmiſſo aduertas. Verum poſtea lege Iulia non natu maior, ſed multitudine liberorum ſuperior conſul, priores faſces merebatur. de qua re Agellius lib. 2. cap. 15.

*Multo enim multoq;*] Elegans locutio & haud ſcio, an cuiquam obſeruata adhuc. Ego & Velleio Paterculo reſtituere non dubito lib. 2. *In his multo multoq; ita certatum eſt.* Vulgo peſſime *multo mutuoq;*.

Pag. 114. *Daret*] Lego ex lib. Dan. *Darent.*

*Illuſtris*] In libr. Dan expreſſe ſcriptum: *Illuſter*, quod equidem Iuris Latii non fecerim.

*Ad præmia*] Præter alios honores Scipioni à popul. Romano habitos, ille etiā ſingularis acceſſit de quo Plinius lib. 21. cap. 3 *Florum quidem pop. Romanus honorem Scipioni tantū habuit.*

P. 115. *Gracchus admirabile*] Pulchrum atq; liberale atq; magnanimum hoc factum vocat Agellius.

*Inq; ſolito fieri*] Lib. Dan. *Inq; ſolita viri ſacrificio.* Locus ſi quis alius in hoc ſcriptore flagitioſiſſime à librariis tractatus. Ego quā primum inſpexi Mſcr. codices ad marginē ſcripſi. *Inq; Solitaurili ſacrificio*, atque

iſtiuſce emendationis teſtes laudare poſſum Cl. viros Iacobum Bongarſium & Dionyſium Gothofredum, amicos. Atque equidem non arbitratus, puerile aliquid me reperiſſe, ecce tibi paucis poſt diebus eundem Valerii locũ à Cuiacio principe emendatum inueni lib. 24 Obſeruatio. cap. 7. Et ab ipſo etiam Lipſio in Notis ad Valerium. De hoc ſacrificio ſcripſerũt Alexander ab Alexandro & Lipſius ad Hiſt. Taciti, quorum ſcripta non compilo. Hoc tantum addo nõ vno nomine fuiſſe appellatum. Feſtus, Varro, Liuius, & Gloſſarium vetus Solitaurilia ſcribũt. Cato, Suouitaurilia appellat. Alii Sollitaurilia malunt. Seruius ad 9. Æneid. Suouetauriũ appellat. cuius verba lubẽs ex egregia & nouitia Danielis editione ſubſcribo: *Ioui de tauro non immolabatur, niſi cum triumphi nomine Suouetaurium faciebant.* Ritum ſacrificii ſiue luſtrationis illius graphice admodum Lucanus deſcripſit:

*Mox iubet & totam pauidis à ciuibus vrbem*
*Ambiri & feſto purgantes mœnia luſtro,*
*Longa per extremos pomeria cingere fines,*
*Pontifices ſacros, quibus eſt permiſſa poteſtas,*
*Turba minor ſequitur ritu ſuccincta Gabino:*
*Veſtalemq; chorum ducit vittata ſacerdos,*
*Troianam ſoli cui fas vidiſſe Mineruam.*

*Vt Pop. Romani*] Puto & illa adiecta fuiſſe in carmine ſollemni: Vti Senatui Populoq; Romano animũ Dii augerent. vti hoſtibus obliuionem ac terrorem iniicerent, & alia nonnulla quæ ex Macrobio & Seruio obſeruare liceat.

Pag. 116. *Quoniã vnius teſtimonio*] L. 20 D. de Quæſt. L. iuriſiur. C. de teſtibus. Seneca lib. 7. Controuerſ. *Vni, etiam de minori ſcelere non creditur.* Quæ omnia faciunt ne credam iis, qui apud Valerium legere poſtulant *cadere* pro *credere.* Vno tamen teſte damnatus Scantinius, teſte Valerio lib. 6. cap. 1.

*Anguſto*] Lib. Dan. *Incongruo.* Annotarat aliquis pro interpretatione *anguſto.*

*Breuiter dicenda*] Edi.. Venet. *ſtrictim dicenda ſint.* Illud gloſſam ſapit. ſtrictim pro breuiter Salluſtianum eſt.

*Sermo infinitis*] Vox ſermo deeſt in edit. Venet. & rectiſſime. Merito itaque etiam eiecta eſt à Lipſio.



Pag. 117. *Non fore*] Aliter Plinius libro 7. cap. 44. *Siquidem liberis dixit: Hi filii, celebrate exequias; nũquam ciuis maioris funus videbitis.*

*Ciuium tantorum*] Ineptiæ & meræ nugæ præ lectione libri iam toties à me laudati, in quo ſcriptum inueni: *Maximorum Ducum & ciuium tantum non togata prœlia.* Tantum adhuc ſalutis bonis auctorib. à libris veteribus debetur.

*Negat fieri debere*] Lib. Dan. *Negat ſe poſterior.* Vulgaris lectio manum ſpurcã redolet. Negat, inquit Valerius, poſterior Cato ſe prætereundum eſſe.

*Campeſtrem experiri*] Lege Plinii elegantem illam & oppido quam doctam præfationem ad Veſpaſianum.

Pag. 118. *Archytas*] Cic. in Tuſculanis. Illud ex eiuſdem Hortenſio citatur: *Sed imitor Archytam illum Tarentinum, qui cum ad villã veniſſet & omnia aliter offendiſſet ac iuſſerat.*

Pag. 119. *Plebiſcitum enim*] Lib. Dan. elegantiſſime: *Plebei enim ſcitum.*

*Ἀμνηστείαν*] De hac multi. Eam laudabiliter repetiuit, ſingulari decreto Aurelianus, teſte Vopiſco.

*Amaritudine odii*] Alcæus Pittacũ Σαράποδα vocitabat. Suidas: Σαράπους, οὕτως ἐκάλει Ἀλκαῖος Πιττακὸν τὸν φιλόσοφον, διὰ τὸ πλατύπουν εἶναι καὶ σύ:ειν τὼ πόδε. Latini τὸν Σαράποδα Plancum reor vocant. Feſtus: *Planci appellantur, qui ſupra modum pedibus planis ſunt.* Gloſſarium: Plancus πλατύπους. Plãcos etiam Plautos fuiſſe dictos Feſtus adfirmat. *Ploti, inquit appellantur, qui ſunt planis pedibus. vnde & Poeta Accius, quia Vmber Sarſinas erat, à pedum planicie initio Plotus, poſtea Plautus eſt dictus.* Ex quib. verbis feſtiue olfacias verbum Plotus Vmbriæ proprium fuiſſe initio. Nam poſtea Romanos Plautum appellaſſe, quem alias Plancum dicimus ex Plinio diſcas libro 11. cap. 45. illi ipſi tamen & ſua lingua Plautum vocitabant canem, latis & pendentibus auribus. Feſtus: *Plauti appellantur canes, quorum aures languida ſunt ac flaccida & latius videntur patere.* Gloſſarium vetus: *Plautus* Βραχύωτος. Hinc Plautus Comicus *cum latranti nomine* dictus in prologo Caſinæ, in quo

loco exponendo magni viri lapſi ſunt. Ad Pittacum redeo; quem Laertius ſcribit, illis etiam acerbiſſimis vocabulis verb ratum eſſe ab Alcæo, nominatumq; Χειροπόδην, Γαύρηκα, Φύσκωνα, Γάστρωνα, Ζοφοδορπίδαν, Ἀγάσυρτον. de quib. verbis erudite diſſerit Caſaubonus.

*Verriculum* ] Liber Danielis, *Euerriculum*. An vtrumq; dicitur? Horat. lib. 2. Saty. 3. —— *tu piſces hiberno ex æquore verris*. Sed euerriculum Ciceronem dixiſſe teſtatur Nonius. Sed σχηματικῶς dixit de Verre Cicero, haud me hercule inficete: *Quod vnquam, iudices, huiuſmodi euerriculum vlla in prouincia fuit?* Nomen Verris aperte alludit. vt & illo loco: *Quo die Siciliam tetigit (videte ſatiſne paratus ex illo omine vrbano ad euerrendam prouinciam venerit) ſtatim Meſſana litteras mittit.* Sic libro 5. de Natura Deorum: *Inde iudicium publicum rei priuatæ lege Lætoria, inde euerriculum malitiarum omnium, iudicium de Dolo malo.* Iudicium de Dolo malo euerriculum malitiarum appellat. quomodo potuit venuſtius? Haud at ſimili figura, idem Romuli nepotum diſertiſſimus dixit *Forum purgare*, quem tamen locum Manutius (*forum ſpurces* legens) mirifice conſpurcare conatur, Orat. pro Sextio. Plautus Truculento incertum magiſne hæc illuſtret an magis ab his illuſtretur, dum ita loquitur:

*Qui bona ſua pro ſtercore habet, foras iubet ferri: metuit*
*Publicios, mundiſſimum ſit. puras ſibi vult eſſe ædis.*
*Domi quidquid habet, verritur ἔξω* Eadem fabula:
*Is cum anima ad eam habentiam omnẽ euerrerit.*

*Tractus* ] Liber Danielis *Ductus*. Ductum piſcium dici, non ambigo. Plautus Truculento:

*—— reti impedit*
*Piſces vſque adeo donicum eduxit foras.* Sic arundine piſces ducere memini me apud Ouidium legiſſe. Hic impegerat Pighius.

Ὅς Σοφίη πάντων ] Integrum reſponſum tale eſt:

Ἔκγονε Μιλήτου τρίποδος πέρι Φοῖβον ἐρωτᾷς;
Τίς σοφίη πάντων πρῶτος; τούτου τρίποδ' αὐδῶ.

Sic enim hos verſus reſtituit τῇ ἑλληνικῇ φιλολογίᾳ πάντων πρῶτος Caſau-

bonus



bonus. Oraculum ſic verto:

*De tripode ex tripode Phœbi, Mileſia, quæris?*
*Quem penes eſt ſummum ſapientia? Delphicam habeto.*

Pag. 120. *Atq; vt Theopompo* ] Recte Lipſius: *Atquin Theopompo.*

*Viribus ſuis modũ* ] Grauis ſententia; quam mihi ad Thaletis dictũ formaſſe Valerius videtur. Is enim de optima Republica ita pronunciauit: τὴν μήτε πλουσίους χρυσὸν ἄγειν, μήτε πένητας πολίτας.

## CAP. II.

Pag. 121. *Priuatis odiis* ] Salutare præceptum, vt collegæ, in quocumq; munere, ſint vnanimes & amici. Cicero in quadam ad Appium: *Quid illa tandem popularia? Reditus illuſtris in gratiam? in quo ne per imprudentiam quidem errari poteſt, ſine ſuſpicione perfidiæ. ampliſſimi ſacerdotii collegium? in quo non modo amicitiam violari apud maiores noſtros fas non erat, ſed ne cooptari quidem ſacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus.* Quod Cicero de collegio ſacerdotum, hoc ego de omnium munerum cõſortio dicendum arbitror.

*Quia ſpecioſius* ] Pulchrum eſt, etiam beneficio iniuriam compenſare. Nos vero, qui Chriſtum Saluatorem noſtrũ ſectamur illud eidẽ ſalutis noſtræ auctori acceptum ferimus: ὅστις σε ῥαπίζει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. Interpretatur eruditiſſimus Tertullianus: *Verberanti te in faciem etiam alteram genã obuerte.*

Pag. 122. *Cœlii vero* ] Eſt ille, ni fallor, cuius epiſtolæ exſtant ad Ciceronem elegantiſſimę & doctiſſimæ. Orator fuit in paucis. Plin. libro 7. capite 50. M. Cæcilium Rufum vocat. culpa non ſua, ſed librariorum. ſæpius Cæcilius pro Cœlius & contra in bonis auctoribus male ſcriptum. in Seruio etiã aliquoties Gellius pro Cœlius legiſſe me ſcio.

## CAP. III.

Pag. 123. *Nam quo* ] Digna ſententia, quæ in priſtinam integritatem reſtituatur ex opt. libro Danielis. *Nam quos iſtæ generis humani certiſſimæ peſtes penetrauerint, iniuria dominatur.*

*Tot egregiæ vrbes* ] Ita

Pighius in libro Dan. reperi: *tota Græcia vrbes*. Quam ſcripturã opponere auſim emendationi Pighianæ.

Pag. 124. *Deinceps ex iis vocemus*] Longe diuerſa lectio in lib. Dan. *Deinceps iis vacemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacauit.* Prodit ſe Valerianum acumen, & neſcio ſane vnde illæ vulgares ineptiæ irrepſerint.

*Anci regis*] Hoc etiam de Marciis dixerat Cæſar in laudatione Iuliæ amitæ ſuę, in hæc verba: *Amita mea Iulia maternum genus ab regibus ortum, paternum cũ Diis immortalibus coniunctum eſt. Nã ab Anco Marcio ſunt Marcii reges.* Ouid. lib. 6. Faſtorum.

*Marcia ſacrifico deductum nomen ab Anco.*

*Meruerit*] Placet lib. Daniel. *Elegerit*. Elegerat enim Coriolanus hoſpitis ſalutem & equum.

*Perfectiſſimum*] Lib. Daniel. *Perſpectiſſimum ſpecimen*. Iudicet lector.

*Malo hominum*] Senex Plautinus: *Odi ego aurum, multa multis, ſæpe ſuaſit perperam.* Recte igitur Tacitus de Germania: *Aurum propitii an irati Dii negauerint, dubito.*

P. 125. *Modica deſiderare*] Acutum Cleanthis reſponſum, qui percontanti, quomodo quis diteſcere poſſet, dixit: Εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν εἴη πένης. Valerius infra: *Omnia habet, qui nihil concupiſcit: eo quidem certius, quam qui cũcta poſſidet. Quia dominium rerum collabi ſolet, bonæ mentis vſurpatio, nullum triſtioris fortunæ recipit incurſum.*

*Cognomine Catum*] Scribit lib. Daniel. *cognomine Gentilium.* alius: *Catulum.* Edit. Venet. *Catullum.* Sed hæc omnia à nugiuendulis librariis. Is igitur Sextus Ælius Catus eſt, de quo verſus Ennii factus:

*— Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus.*

quem verſum bis citat Cicero. Idem epiſtola quadam ad Trebatium eundem Sextum Ælium vocat, non vt ibi corruperunt, Æmilium. Fuit hic Ælius Iureconſultus cuius Tripertita laudat Pomponius IC. D. de orig. iur. Meminit huius Plinius quoq; lib. 33. cap. 11: Vixit alius Catus Ælius Augusti æuo, quem non dubito illum eſſe, quẽ 1000. homines in Thraciam duxiſſe ſuo tempore Strabo refert libr. 7. Nec poſſum adhuc cogitatione vlla indipiſci, quid cauſſæ fuerit, quare eruditiſſimus Caſaubonus hunc Ælium penitus ignorare ſe adfirmet, & pro eo ſubſtituat Licinium Craſſum, nimis libera correctione.

*A ſeruis vix*] Lege Plinium lib. 33. c. 10. & 11.

*Conſul vti non erubuit*] Omittit τὸ *vti* liber Danielis recte & eleganter.

Pag. 126. *Eodem vino*] Innuit Catonem Maiorẽ. Plinius libro 14. *Idem Cato cum in Hiſpaniam nauigaret, vnde cum triũpho rediit, Non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges.*

*Mirabilis*] Scribo, vt ſupr. ex lib. Dan. *Miſerabilis*.

*Conſuetudo*] Cato ipſe contra Thermum: *Ego iam à principio in parſimonia atque in duritia omnem adoleſcentiam meam abſtinui. agro colendo, ſaxis Sabinis ſilicibus repaſtinandis atque conſerendis.*

Pag. 127. *Apta vſui munera*] Varro lib. 2. de vita populi Romani: *Qua abſtinentia viri mulieresque Romanæ fuerint, quod à Rege munera eorum voluerit nemo accipere.* Intelligit Pyrrhum regem.

*Perinde ac*] Lib. Danielis. *Perinde ac ſi.* Nõ vulgari elegantia.



Pag. 128. *Prætori non ſolum*] Ω Σοφόκλεις, ait Græcus, τὸν σώφρονα στρατηγὸν, οὐ μόνον τὰς χεῖρας ἀλλὰ καὶ τὴν ὄψιν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ δεῖ. Vertit Cicero libro 1. offic. *At enim Prætorem, Sophocles, decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* Nam & oculis pudicitia delibatur. vnde ab eodem Valerio *alieni matrimonii ſubſeſſores* appellantur. Florus lib. 2. cap. 6. De Scipione: *Ne in conſpectum quidem ſuum paſſus adduci; ne quid de virginitatis integritate delibaſſe ſaltem oculis videretur.*

*Poti ſenis animum*] Lib. Venetus: *Potati ſenis*. Vetus Sambuci apud Lipſiũ: *Poſti ſenis*. An legendum? *Depoſti ſenis*, id eſt, ebrii, phraſi Plautina. Paulo poſt, probo ex libro veteri *Polluere* pro, *pellicere*.

*Si qua ſibi vellet*] Varro Marcipore, *Diogenes* Κυνικὸς, *qui ab Alexandro Rege iuſſus optare quæ vellet, ſe facturum.*

## CAP. IV.

Pag. 129. *Maxima ornamenta*] Ob id honor etiam nõ minus quam viris olim eis tributus; vnde & liberis honorari, quoties peperiſſent, dicebantur, vt Inſtit. §. 3. De ſenatuſconſulto Ter-

tull. & apud Vlp. fragm. tit. 29 adi ſi lubet Paterga mea cap. 15. Serinus: ἡ Λάκαινα πρὸς τινα Ἰωνικὴν δείξασαν αὐτῇ τὸν κόσμον, ἀντεπέδειξε τὰ τέκνα εἰποῦσα· ὁ δ' ἐμὸς κόσμος τοῦτος. *Quadam Lacana mulieri, qua mundum ei ſuum Ionicum oſtentabat, viciſſim liberos ſuos monſtrauit, ſubiiciens: Meus vero mundus talis eſt.*

*Pomponiū Rufum* ] Quis hic Pomponius Rufus ſit, quæro. Vix ille fuerit, de quo hæc inſcriptio in Regione Romæ Tranſtiberina: DEDICAVERVNT. IDIBVS. OCTOB. C. POMPEIO. FEROCI. LICINIANO. COS. C. POMPONIO RVFO.

*Collectorum libro* ] Liber Dan. *librorum*. Hinc cenſeam omittendum τὸ *libro*. Alii collectanea vocant. Dicta collectanea ſcripſerat Cæſar, teſte Suetonio.

*Seculi illius* ] Sic edit. Veneta, & alii. Lipſius inde acute fecit: *Seculi illius oculis*. Ego verba *Seculi illius* vel *ſeculo illo* prorſus inſititia credebam, adſcripta olim à neſcio quo librariolo.

*Diuitias in prima* ] Quod etiam nō nemo ſapientum ſtatuit:

*πᾶσιν δ' ἀνθρώποις ἀρετὴ*
*μία γίγνεται ἥδε*
*πλουτεῖν.*

*In vltimo miſeriarum* ] Neſcio quis vetus Poeta clamat:

Οὐκ ἔστι πενίας οὐδὲν ἀθλιώτερον
Ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα.

Tales Poetarum ſententias frequenter alludit Valerius.

Pag. 130. *Faſtorum illud columen* ] Poplicolam Faſtorum columen indigitat, quia primus cos. fuit, aut ſupremo loco in Faſtis potitus. Prudentius lib. 1. contra Symmachum:

*Quamlibet illuſtres meritis & ſanguine clari*
*Præmia virtutum, titulis & honoribus auctis*
*Ardua rettulerint, Faſtorumq; arce potiti*
*Annales proprio ſignarint nomine chartas,*
*Atque inter veteres ceræ numerentur & ære.*

*In capita ſextantibus* ] Plinius libro trigeſimo tertio, capite decimo: *Quod Agrippa Menenio ſextantes æris in funus contulit, honoris id neceſſitatiſque propter paupertatem Agrippæ non largitionis eſſe dixerim*. Meminit Apuleius in Apologia, & Seneca ad Albinam c. 12.

*Patellam Deorum* ] Liber Dan. eleganter tranſponit: *Patellam eorum*. Vterque, inquit, eorum patellam & ſalinum habuit. Plinius libro 33. capite 12. *Fabritius inquam, qui bellicoſos imperatores plus quam pateram & ſalinum ex argento habere vetabat.*

*Corneo pediculo* ] Liber Danielis *Peduculo*. Lauernii lib. *Pediclo*. Gloſſarium vetus: *Pedicli* ἀρπεδόνες. Gloſſæ Græcolatine: ἀρπεδὼν *Pendiculum*. leg. *Pediculum*. Et fortaſſe: ἀρπεδόνα. Suidas: ἀρπεδόσι, τοῖς ἱστοῖς.

*Qui ab aratro* ] Plinius libro 18. capite 3. *Ipſorum tunc imperatorum manibus colebantur agri (vt fas eſt credere) gaudente terra vomere laureato & triumphali aratore: ſiue illi eadem cura ſemina tractabant, qua caſtra; ſiue honeſtis manibus omnia lætius proueniunt, quoniam & curioſius fiunt.*

*Pupiniæ ſolum* ] Feſtus in Schedis: *Pupinia tribus, ab agri nomine dicta, qui Pupinus appellatur, circa Tuſculum vrbem*. Dicit tamen Valerius vbique Pupinia, non Pupinus.

*Aſſerebant* ] Rectiſſime in libro Danielis *Arceſſebant*. nec Pighius mutare debuit. Arceſſebantur enim priſci illi ex agris ad imperia, ad magiſtratus. Plinius: *Tales tum etiam viatores erant, quod ipſum nomen inditum eſt ſubinde & ex agris Senatum Duceſque arceſſentibus.* Videndum an legendum ſit apud Plinium: *Quod ipſum nomen inditum eſt*. Sic idem Valerius ſequenti exemplo: *Qui ad eum arceſſendum à ſenatu miſſi erant.*

Pag. 131. *Eburneo ſcipione* ] Sceptrum ſiue geſtamen conſulare ſcipio eburneus, quod diu ignoraui. Fallor an illud ab Hetruſcis habent Romani? Scribit enim Dionyſius Halicarnaſſeus libro tertio, miſiſſe Hetruſcos Tarquinio inſignia, quibus ſuos Reges ornare ſoliti eſſent, coronam, ſellam eburneam ſceptrumque in ſummo habens aquilam. Miror nihil de hac re apud Liuium legi. Aquilæ ſceptro impoſitæ meminit Prudentius in Hymno Romani Martyris:

*Cum conſulatum initis, vt vernæ ſolent,*

*(Pudet fateri) farre pullos paſcitis,*

*Aquila ex eburna ſumit arrogantiam*

*Geſtator eius, ac ſuperbit bellua*

*Inflatus oſſe, cui figura eſt alitis.*

In vet. memb. legitur: *Vt vermes ſolent.* Imo & Iuuenalis Sat. 10. *Da nunc & volucrem ſceptro quæ ſurgit eburno.*

*Natum mercenarium*] Lib. Danielis *nanctum* ἀρχαϊκῶς.

*Ex hiſque tria*] Hinc Plinius libro 18. *Arant quatuor ſua iugera in Valicano, quæ prata Quintia appellantur.* Feſtus: *Quintia prata trans Tiberim à Quintio Cincinnato, cuius fuerant, dicta ſunt.* Auguſtinũ quoque adi libro 5. De Ciuitate Dei c. 18.

*Anguſte ſe habitare*] Sic dictum illud Flori libro 1. cap. 11. *Tibur nunc ſuburbanum & æſtiua.*

*Quinque*] Duo pondo fuiſſe ait Plinius, quæ illum ad ſupremum vitæ diem retinuiſſe.

Pag. 132. *Vnde reciperet*] Cato: *Mulier & magnã dat dotẽ, & magnã pecuniã recipit.* Vide Agell. lib. 17. c. 6.

*Patriæ enim rem*] Vetus Poeta: *Commoda præterea patriæ ſibi priua putare.* non hactenus vbique legitur: *prima.*

*Ad virum decem millia*] Omittit recte *millia* liber Dan. Sic *Decies centena* apud Horatium & Iuuenalẽ, id eſt, decies centena millia. Martialis:

*Centena decies quæ tibi dedit dotis.*

Quæ ſumma, vt & hoc addam, maximam dotem apud Romanos faciebat. lege doctiſſimum Turnebũ libro 18. c. 30.

*Opimam gloriam*] Apuleius Apolog. *Cn. Fabricius Cn. Scipio, Manlius Curius, quorum filiæ ob paupertatem de publico dotibus donatæ ad maritos ierunt, portãtes gloriam domeſticam, pecuniam publicam.*

*Quos de vita ſua*] Hos libros ad Lucium Fufidium miſerat, quos legendos cẽſuit Cicero in Bruto. Tres fuiſſe idem ſcribit. Citat eoſdem Plinius lib. 33. cap. 1. & Aſconius. Hoc etiam moneo, locum Ciceronis corrigendum eſſe & tollendam voculam *acta.*

P. 133. *Publice impẽſa*] Hęc lectio à Pighio eſt. Mihi magis ſincera eſt quæ in libro Danielis & in duobus



bus Pighianis: *Indigentia domeſticæ impenſæ funera.*

*Hiſque paria robora*] Horatius libro 1. Carm. od. 12. —*Fabritiumque.*

*Hunc & incomptis Furium capillis*

*Vtilem bello tulit, & Camillum*

*Sæua paupertas, & auitus apto*

*Cum lare fundus.*

*Priſtini temporis memoria*] De veterum Romanorum paupertate multa Plinius, ex Varrone, ni fallor, cuius & illa De vita populi Romani libro 1. *Pecunia quæ erat parua ab ea paupertas dicta. cuius paupertatis teſtimonium eſt.* Idem eodem libro, fortaſſe non longe poſt: *Quid inter hos Ioues interſit & eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo aduertere & horum temporum diuitias & illorum paupertates.*

*Fictilibus*] In re ipſa Apuleius Apologia: *In hodiernum Diis immortalib. ſimpulo & catino fictili ſacrificat.*

*CAP. V.*

*Parens honeſti*] Δι' ἣν τῶν αἰσχρῶν πάντων ἀπεχόμεθα, vt ait Iamblichus.

Pa 134. *Scribam Cicereiũ*] Scriba fuerat patris Africani, vt ſupra Valer. lib. 3. c. 6.

Pag. 135. *Modeſtus in calamitate*] Suggillat Pompeii ſuperbiam in rebus ſecundis. *Nam quia* inquit *dignitate ſua vti iam non poterat, vſus eſt verecundia.* Cæſarianum magis eſſe, quam Pompeianum Valerium, vbique animaduertas.

Pag. 137. *Sunt & alienigeni*] Lipſius ex veterib. *Sunt & alienigeni amoris cineres vſti obſcuritate.* Nihil requiro amplius ad veritatem.

*CAP. VI.*

*Deſiderarit*] Ex Codice Danielis & alia diſtinctione opus eſſe & correctione videas. tali nimirum: *Quantopere deſiderauit? Leue eſt.*

Pa. 138. *Bibiſſe tradunt*] Tradidit Theopompus, ex quo fortaſſe ſumſit Agellius & alii. Suidas ex eodem ſcribit φθίσει demum mortuum. Idem adfirmat Strabo lib 14.

*Vetere inſtituto*] De quo Herodotus libro 4. Et Polyænus lib. 7. στρατηγ. περὶ τυῤῥηνίδων.

*CAP. VII.*

Pag. 139. *Deſerta futura*] Quæſtio erat apud veteres, an amicitia na-

tura an ab imbecillitate humana orta eſſet. & pro natura quidem Cicero præclare diſputat in Lælio.

Pag.140. *C. Bloſius*] Cicero vocat C. Bloſſium. E mendo abſque vlla hæſitatione: *C. Bloſſius Campanus.* non, *Cumanus.* Pro me eſt Cicero in Rulliana: *Hunc Capuæ Campano ſupercilio ac regio ſpiritu cum videremus, Magios, Bloſſios mihi videbar illos videre ac Iubellios.* ſane Bloſſii ſpiritus vel ex hoc exemplo non vulgaris.

Pag. 144 *Pompeium meum* ] Auſim ne adfirmare huncillum Pompeium eſſe Macrum. bibliothecarium Auguſti, de quo Suetonius? Ad eum & illa Ouidium ſcripſiſſe in Triſtibus autumant eruditi:

*Ecquid ab impreſſæ cognoſcis imagine ceræ,*

*Hæc tibi Naſonem ſcribere verba Macer?* Sed hic vix etiam ſub Tiberio viguerit. An igitur potius filius eius Pompeius item Macer, de quo Tacitus libro I. Hoc profecto lubentius crediderim; quod quaſi caſum aduerſum aut potius interitum Pompei videatur hic dolenter ferre noſter Valerius. Multos autem ſub Tiberio illuſtres viros cum ſponte ſua, tum coactos interiiſſe cognoſcere licet ex Tacito, inter quos & frater Pompeiæ Prætorius.

## CAP. VIII.

Pa. 146. *Propter tumultum* ] Omnes enim eo tempore Pacis artes frigebant, omnia miſcebantur. De qua re diffuſe Salluſtius: *Quibus rebus permota ciuitas atque immutata facies vrbis erat: ex ſumma lætitia atque laſciuia, quæ diuturna quies pepererat, repente omnis triſtitia inuaſit. feſtinare, trepidare: neque loco, neque homini cuiquam ſatis credere: neque bellum gerere, neque pacem habere: ſuo quiſque metu pericula metiri &c.*

*Publicæ confuſionis*] Seditionis, tumultus. Gloſſarium: *Cōfuſio* Ταραχή. Et: Ταραχὴ *Turba, Turbatio, Tumultus.*

*Non ciuilis ſanguinis* ] Egregium facinus & perpetua memoria digniſſimum. Ciuilem autem ſanguinem appellat totam ſubſtantiam ciuium ob æratorem



æratorum Ita loquitur Cicero pro Quintio: *Fateatur ſe non pecuniam, ſed vitam & ſanguinem petere.* Græci in eadem re αἷμα & ψυχὴν vſurpant. Timocles, vetus Poeta:

Τ᾽ἀργύριον ἐστὶν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.

Ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο, μηδὲ κέκτηται

Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.

id eſt,

*Pecunia ſanguis & vita eſt mortalibus.*

*Eamque qui vel haud habet, aut non poſſidet,*

*Is mortuus viuentes inter ambulat.* Ex his facile quiuis intelliget cur & *pecuniam cruentam* dixerit Valerius fæneratorum.

*Hac præcipue negotiatione*] Suſpecta mihi, vt & Lipſio vox *negotiatione*, in re vſuraria & parum honeſta. Lipſius aliud verbum quærit *nummatione.* ſed non inuenit. Me inueniſſe parum abeſt quin adfirmem: *Hac præcipue Nundinatione.* Nihil ad mentem Valerii opportunius. Gloſſarium vetus: *Nundinatio* πραγματεία. Integrum Valerii locum operæ eſt inſpicere, apud Iohannem Sariſberienſem libro 8. capite 4.

Pag. 147. *Iſthmicum*] Caue credas Pighio, qui ait Liuium ſcribere, Nemea hos fuiſſe ludos. Nam Liuius potius ſentit Nemeæ hos ludos factos. Nemeæ ciuitatis meminit Strabo libro 8. & ex eo Stephanus. In ea ludi Iſthmici aliquandiu celebrati ſunt, donec poſtea Corinthum tranſlati, vt ſcribit Strabo. Florus libro 2. *Cum hoc forte Nemeæ in theatro Quinquennalibus ludis à præcone canerentur, quo certauere plauſu? quid florum in conſulem profuderunt.*

*Liberas atque immunes* ] Idem Florus, flos ille ſcriptoris libro 2. capite 7. *Græciæ vero veterem ſtatum reddidit, vt legibus viueret ſuis & auita libertate frueretur.*

*Tot captiuorum* ] Liuius libro quadrageſimo quarto, *Præbuerunt ſpeciem triumpho capitibus raſis ſecuti, qui ſeruitute exempti fuerant.*

*Alius ipſo*] In libro Veneto: *Alio tribuente ſenſit.* Sic & Lipſius.

*Ducenta & x l. pondo* ]

Liber Dan. *L. Pondo.* & ita nonnulli alii.

*Quod nollent accipere*] Vt Lipſius coniectura emendauit, in impreſſum olim Venetiis: *ne nollent accipere.*

*Gilliam*] Vnus manuſcriptus *Calliam.* lego: *Galliam*; quamuis Athenæus ſcribit Γελλίαν lib. 1. vbi & de quingentis illis equitibus. Hanc Hiſtoriam de Gellia ex lib. 15. Timæi ſumptam eſſe, ait eruditiſſimus Caſaubonus.

Pag. 148. *Contrahenda*] Lib. Dan. *Corripienda.* Nō abiicio. poſſit tamen & eleganter *Corruenda.* Sed *corripienda* habet etiam Sarisberienſis.

*Grata populi oculis*] Lib. Dan. *pupillorum oculis.* Probarem, niſi vetarent illa quæ ſequuntur: *Et cum hac vniuerſis.* Apud Sarisberienſem lib. 8. qui hunc locum ex Valerio exſcripſit legitur: *publicis oculis.*

*LIB. V. CAP. I.*

Pag 149. *Ex ipſo numine*] Inepta lectio. Lege *ex ipſo homine.* Nomen enim humanitatis eſt ab homine. Sic Terentius: *Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.* Et Græcis eſt φιλανθρωπία.

*Obſtupuiſſe*] Liber Dan. *Obſtipuiſſe.*

Pag. 150. *Tiburi mortuum*] Mœrore mortuum eſſe ſcribit Appianus lib. 1. Verum Polybius & Zonaras Albæ deceſſiſſe adfirmant. quibus non inuitus adſentio. Eo enim cuſtodiæ cauſa mittebātur illuſtriores. Eodem ablegatus Betultus Aruernorum Rex teſte Valerio lib. 9. c. 6.

*Deceſſiſſet*] Certior fama eſt inedia mortuum. Plutarchus ait illud etiam vulgatum fuiſſe, à militibus cuſtodibus inſomnia necatum. Quod & Salluſtius ſcripſit in Hiſt. orat. Mithridatis: *Perſen deinde Philippi filium, poſt multa & varia certamina, apud Samothracas Deos acceptum in fidem, callidi repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, inſomnia occidere.*

*Muſicanes*] Liber Dan. *Muſophanes.* In edit. Venet. *Muſocanes.*

*Duplicata erga nos*] Duo poſtrema verba mihi valde ſunt ſuſpecta.

*Quæſtorem illi*] Ita paulo ante de Cornelio Scipione Quæſtore. Idem Quæſtor munera nomine Senatus offerre ſolebat. Hæc in ſocios & amicos pop. Rom. Quid



Quid ſi ignotus Princeps vel Legatus aduentaret? Ex ploratores mittebantur? Quid veniſſent? Dein per minorem magiſtratum, cauſſa cognita, vel admittebantur in vrbem vel dimittebantur. Conſule Seruium ad illud Virgilii:

*——ille intra tecta vocari Imperat.*

Pag. 151. *In eo prœlio*] Poteſt in eo prœlio occubuiſſe, licet non in ſingulari illo. Itaq; non video, cur tollat voculam *eo* Lipſius, quam in omnibus vetuſtis libris reperi.

Pag. 152. *Centobricam*] Florus Verſobrigas vocat lib. 2. cap. 17. Plinius Verobrigā. Eadē ciuitas Concordia quoque Iulia dicta fuit, teſte Plinio lib. 3. cap. 1. *Seria quæ dicitur Fama Iulia: Vertobriga, Concordia Iulia.* Hodieque nobiliſſima illa Cypri Famaguſta barbare pro Fama Auguſta dicitur.

Pag. 153. *Occurrit*] Amphipolim ductum, & ibi à Paulo conuentum ſcribit Zonaras Annal. 2.

*Græco ſermone*] Humanitatis & clementiæ cauſſa. Nam alias Latine ſolebant, puta maieſtatis cauſſa, vt alibi Valerius.

*Iacere ſupplicem*] Florus lib. 3. cap. 5. plura eius humanitatis exempla enumerat: *Ignouit Iberiæ: pepercit Albanis: regem Colchorum, poſitis ſub ipſo Caucaſo caſtris iuſſit in plana deſcendere.* lege Plutarchum.

*Diadema*] Plutarcho & Zonaræ Κίδαρις eſt. Armeniæ & Ponti regum proprium geſtamen. Alio nomine Tiara nuncupatur. Suidas Κίδαρις, ὃ ἡ τιάρα νοεῖται.

Pag. 154. *Frigore complicatum*] Vtinam manum abſtinuiſſet hic Pighius; elegantiſſima & acutiſſima locutio non periiſſet. Editi nonnulli typis & eximius ille Danielis iure adſerunt: *Corpus frigore duplicatum.* Corpus frigore duplicatū militis vocat ſenio confecti. Nam ſenectus per ſe frigida eſt: duplicatur frigore, accedente externo illo & hiemali.

*Solium regium*] Liber Lauernii eraſam nonnihil habebat vocem *ſolium*, & quaſi *ſolum* ſuperſcriptam. quod æque valet. Ennius lib. 3. *Tarquinio dedit imperium ſimul & ſola regni.* quem verſum exponens Statii interpres Lutatius ait ſignificare *ſola* ſolium. Sic alibi Ennius:

—*regni ſtabilita ſcamna ſolumq́;.*

Pag. 155. *Ex ore tyranni*] In ſimili iniuria eiuſdem mira humanitate conditum reſponſum lege apud Senecam lib. 3. de ira capite 11. Non enim videtur idem exemplum de Thraſippo.

*Honore vel memoria* ] Recte liber Danielis *Honore memoriæ.* Et ita edit. Veneta.

*Fructum* ] liber Danielis *ſtrictum.* In eiuſdem margine : *Scricutum.* Quid reſcribendum, nondum excogitaui.

Pag. 156. *Propugnatione*] lib. Dan. *Propugnatorem laborantem.* *To propugnatorē* tollendum & ad gemonias vnco trahendum cenſeo. Certe ſcripſerat Valerius: *Ad patrem laborantem.* Ita de militibus in prœlio ſat agentibus loquuntur Hiſtorici.

*Immemor humanorum* ] Hoc ad formulam veterem teſtamentorū ſpectat: HVMANAE IMBECILLITATIS MEMOR. De qua, ni fallor, Seruius.

*Inhumatum iacere*] Laudauit etiam pro funere, ſi non magis Poetica, quam Hiſtorica fide iſta ſcripſit Silius lib. 10.

—*Iamque Annibal vnus*

*Sat decoris laudator erat, fulgentia pingui*

*Murice ſuſpirans inicit velamina, & auro*

*Intextam chlamydem ac ſupremo affatur honore.*

Hunc locum Valerii non tacitus præteriit Plutarchus dum ait : Τοῦτο μὲν οὖν περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι. Aliter narrare ait ibidem Liuium & Cæſarem Auguſtum.

*T. Gracchum*] Idem Silius lib. 12.

*Namque per inſidias (infandum) & ab hoſpite cæſus*

*Colloquium & promiſſa petit, dum perfida gentis*

*Lucanæ Gracchus, cæco circumdatus aſtu*

*Occiderat, laudemq́; Libys rapiebat humandi.*

*CAP. II.*

Pag. 157. *Vetuſtiſque aurium*] Lipſius ad 3. Annal Taciti legit *crinium inſignibus.* cui nondum ſubſcribo. Inaures intelligit quarum vſus perantiquus: & haud dubie à Græcis. Dependebant margaritæ & vniones. Abuſus poſtea mirus, & magna luxuria earum profluxit de quo Plinius libro nono, capite trigeſimo quarto, & libro vndecimo, capite trigeſimo ſeptimo, Tertullianus de cultu Fæmin. *Scrupuloſa Deus auribus vulnera intulit; & tanti habuit vexationem operis ſui & cruciatus infantiæ tunc primum dolentis, vt ex illis adſerrum nati corporis cicatricibus, grana neſcio quæ, penderent.* Similiter Cyprianus de habitu Virgin. Et hi quidem ſancti & grauiſſimi viri ad imitationem Pauli Apoſtoli, qui ad Timotheum obiurgandus ſcribit: Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν αὐτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν ἢ χρυσῷ ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ. Per margaritas nihil aliud quā inaures intelligendum ſcilicet. Elenchos etiam appellabant. Gloſſæ veteres μαργαρῖται μεγάλοι *Margaritæ, Elenchi.* Iuuenalis, Cenſorius ille vates:

—*& eum*

*Auribus exterſis magnos commiſit Elenchos.*

Plinius ita deſcribit: *Elenchos appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere & binos ac ternos auribus fæminarum gloria eſt.*



*Nouum vitæ* ] Ad diſcrimen puto earum quibus virgines nubētes & Veſtales vtebantur. Ouidius de Sylvia lib. 3. Faſt.

*Ignibus Iliacis aderam, cum lapſa capillis*

*Decidit ante ſacros linea vitta focos.*

De vitta nuptiali intelligo illud Iſidori lib. 19. cap. 31. *Vitta eſt qua corona vincitur.*

Pag. 158. *Purpurea veſte* ] Diu hoc nobiliorum fæminarum geſtamen Romæ fuit. Artemidorus : Καὶ εἰ μὲν ἡ χλαμὺς εἴη λευκή, ἐλευθέραν ὁ ἰδὼν γαμήσει· εἰ δὲ μέλαινα, ἀπελευθέραν· εἰ δὲ πορφυρᾶ, εὐγενεστέραν ἑαυτοῦ.

*Eo loco* ] Via latina, ad quartum miliare. Valerius ſupra lib. 1. cap. 8.

*Veſtia Opidia* ] liber Danielis *Oppia.* Lauernianus: *Veſtigia Opidia.* An ſcribendum: *Veſtilia.* Veſtiliæ cuiuſdā Romanæ mulieris meminit Plinius lib. 7. Paulo poſt ex libro Dan. lege: *mater familiæ.*

*Præ ſe tuliſſe* ] Lipſius: *tum properiter retuliſſe.* cum in veteribus ſcriptum eſſet, *tam propter.* Facile adſentior.

*Nantio & Minucio Coſs.*] Manuſcriptus Dan. *Nautio & Minucio*. Nautius is fuit Sp. F. Sp. N. Rutilus.

*Seipſe conſcripſit*] Liber Dan. *eduxit*. Lauernianus & Colmarienſis: *Conduxit*. quod non abiicio. Hoc enim prope eſt, vltro ſua nomina militari ſacramento offerre. Plautus duplici compoſitione dixit *Adconducere*. Seruius Danielis: *Plautus Pyrgopolinice: Rex Seleucus me opere orauit maximo, Vt ei adconducerem latrones & conſcriberem*. Nota, Pyrgopolinicem vocari hic fabulam, quæ vulgo, Miles glorioſus.

*Scito plebis*] Lib. Dan. vt ſupra: *Scito plebei*.

Pag. 159. *Culeo*] Liber Dan. *Culleo*. Ita & Nonius ſcribit. Gloſſarium: *Culleus*.

*De Philippo rege*] Plutarchus de Nabide. ſed male. Cum Valerio ſentit Liuius, Eutropius lib. 4. cap. 1. Oroſius lib. 4. cap. 18.

*Metellus vero Pius*] Plinius li. 7 cap. 43. & 44. Solinus cap. 7 Paterculus libro 2.

*Nam C. quidem*] Rectius Dan. *Iam C. quidem Marii*.

*Aduerſus conditionem*] Fœdus illud Camertinum æquiſſimum & ſanctiſſimum fuiſſe dicit Cicero.

*Etiam priuato*] Salluſtius 3. Hiſtor. *Quibus de cauſis Sullam Dictatorem in victoria equo deſcendere, ſibi vni aſſurgere de ſella, caput aperire ſolitum*.

Pa. 160. *Sordidis*] Spuria lectio. vel abſq; libro Dan. eſſet, legerem: *ſordibus*.

*Exſequiarum apparatus*] Lib. Dan. *paratus*. vt ex ſuo codice annotauerat olim in Notis Velleianis Iacobus Schegkius ICtus nuper peſſimo litterarum denatus.

*Quorum laudem*] Lipſius malit: *abiecta lege*.

*Vrbem & inſulam*] πόλιν ἔρημον ei à Dario traditam, ſcribit Herodotus. Strabo vero ob Syloſontis ſæuitiam deſertam fuiſſe auctor eſt.

*Circumueniri*] Lib. Dan. *Circumiri*. alii plerique *circumſcribi*. quod ſane non ab illis indoctis librariis, ſed ab erudito pectore, hoc eſt, ab ipſo Valerio videtur. Circumſcribi ſignificat, circumueniri, decipi, minui. Gloſſarium vetus: ἠπαθεὶς *circumſcriptus*. Cicero: *Ne omnino Patres conſcripti circumſcripti putentur*. Aliud eſt circumſcribere apud Iureconſultos. Apud Ciceronē 2. Catil. Circūſcriptorem interpretor falſarium, & qui nonnulla in teſtamēto deleat. locus ille eſt: *Quis teſtamentorū ſubiector, quis circumſcriptor?* Nā circumſcribere interdum ſignificat ſuo arbitrio ſcribere, & emendare. Ita Tertul eſt locutus lib. 1. aduerſus Marcionem: *O Deum veritatis prauaricatorem, ſententiæ ſuæ circumſcriptorem*.



*Teſtamento*] Ita Velleius lib. 2. Oroſius lib. 5. cap. 6. Epitome Liuiana 58. Iuſtinus lib. 36. Strabo lib. 13. Florus libro 2. cap. 20. qui hanc hereditatis aditionem *inuſitatam & incognitam quandam felicitatem* non dubitat appellare. Non poſſum quin emendem Plinii illum locum: *Eadē Aſia donata multo etiam grauius afflixit mores, inutiliorq; victoria illa hereditas Attalo rege mortuo fuit*. Ita legunt, qui catos & doctos audire ſe poſtulant. At mihi verius eſt: *Eadem Aſia domata*. Euincunt præcedentia & ſequentia verba.

Pag. 161. *Romanorum amicitia*] Lib. Dan. & Lauernii: *Romanorū amicitia & peruaſi regni modo*. Varii etiam miris modis codices Pighii. Mihi arridet lectio, quam adſcripſi, præ cæteris omnibus. Etenim quis Pighii correctionem toleret? aut illud admittat: *Perſuaſu?* vel quis denique Perſei nomen huc loci intruſum non rideat? Perſuadere vero Maſſaniſſæ, vt regnum acciperet quid opus fuit? Peruaſum itaque regnum rectius dicetur, quod aſſiduis bellorum incurſionibus penetratum & vexatū. Hinc in Iure noſtro *Peruaſiones*. de qua voce iam olim ad Caſſiodorum diſſeruit eruditiſſimus Fornerius.

## *CAP. III.*

Pag. 162. *Ferreis ſententiis*] Rigidis, immutabilibus. Sic Ferrea Fata apud Prudentium contra Symmach. lib. 2. *quos ferrea Fata cogunt ad facinus*. Ouidius lib. 15. Metamorph.

*in tres licet ipſa ſororum*
*Tecta trium; cernes illic molimine faſto*
*Ex ære & ſolido rerum tabularia ferro.*

*Deſertæ paludis*] Silius lib. 6. de Literno, Scipionis nido:

*Hic dum ſtagnoſi ſpectat templumque domoſque*
*Literni.*

Pag. 136 *Voluntarii exſilii*] Verba exeuntis ita Se-

neca concepit epiſt. 87. *Nihil volo derogare legibus, nihil inſtitutis, æquum inter omnes ciues ius ſit: vtere ſine me beneficio meo patria. Cauſa tibi libertatis fui, ero & argumentum. Exeo, ſi plus quam tibi expedit, creui.*

Pag. 164. *Iambo*] Ita Pighius princeps correxit. At nihil ego mutarim. Ecquis enim vel in medio Latio erubeſcat dicere nimbum ac procellam verborum?

*Hic Popilius*] Sic & reliqui. Solus Plutarchus homicidium hoc Herennio centurioni adtribuit.

*Certe ſalutis*] Liber Danielis & edit. Veneta: *Certa ſalubritatis ſtudio præſtãtis officii*,

Pag. 165 *Alius Cicero*] Æmulatus eſt illud de Cicerone elogium Liuii Patauini: *Si quis tamen virtutibus vitia penſarit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, & in cuius laudes ſequendas Cicerone laudatore opus fuerit.*

*Vtiliorem virum*] De hoc multa Plutarchus, Herodotus, Dionyſius, Iuſtinus libro 3. & 18. Strabo libro 8. & 10. Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Auguſtinus libro ſecundo, capite decimoſexto. Velleio quidem Paterculo eſt *Diſciplinæ conuenientiſſimæ vir.* id eſt, vtiliſſimæ: vnde & Valerius ait eius leges *ſalutariter excogitatas* eſſe. Non immerito igitur hic Σωτὴρ ciuiũ ſuorum dictus: ſicut Ariſtides δίκαιος, Epaminondas θεὸς, teſte Epicteto.

*Priuatus oculo*] Seruius aliter. ſcribit enim ob iniuriam vitibus ſiue Baccho inlatam à Ioue eluſcatum eſſe. ſed iſthæc fabulæ ſint.

*Separatimq;*] Alii: *Sparſimque*. Vere Danielis: *Paſſimque*: Vetus Gloſſarium: *Vagerasin* Σποράδην. lego: *Vage, paſſim*. Iterum: *Paſſim*: πανταχοῦ, Σποράδην, Ἀνέδην, λελυμένως, Ἀθρόως. Salluſtius: *Sedibus incertis vagabantur* Et in Iugurth. *Vagari paſſim*. Remotior coniectura Lipſii: *pagatim*. quam tamen confirmem illo Thucydidis loco libro primo de Lacedæmoniorum vrbe: Κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθείσης. Hanc tamen habitandi conſuetudinem maxime Athenienſibus vſitatam fuiſſe idem ſcribit libro 2.

Pag 166. *Poſt trecenta millia Perſarum*] Iuſtinus ducenta millia barbarorum in ea



in ea pugna cecidiſſe ſcribit. Herodotus κατ᾽ ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους ἄνδρας. Videtur ſane hic myriadum numerum omiſiſſe.

*Se ſortitum*] Liber Danielis: *Solam ſe creuiſſe.* quomodo & Cuiacius emendauerat libro 4. Obſeruat. capite 14. Modius eandem lectionem produxerat ex lib. Bambergenſi.

*Patria excedere*] Plutarchus, Probus, Cicero pro Sextio & Tuſculan quinto, Officio. libro 3. Iuſtinus libro 2. Muſonius apud Stobæum περὶ ξένης.

*Ad pacandum hominem*] Ita veriſſime Pighius emẽdauit. Similiter locutus eſt Valerius libro 9. capite 3. *C. autem Figulum manſuetiſſimum, pacato iuris ciuilis iudicio celeberrimum.* Fruſtra eſt coniectura Lipſii.

*Eloquentia & integritate*] Teſtes ſunt Plutarchus & Probus. Hinc illa vox Demoſthenis concionãtis: ἡ τῶν ἐμῶν λόγων σφῦρα καὶ κοπὶς ἔρχεται *Orationis meæ malleus & aſcia aduentat.* Auctor Iamblichus, apud Stobæum.

Pag. 167. *Dandi & accipiendi*] Seneca: *Beneficium ſit vel datur.*

*Vix vita*] Valerius infra capite 5. *Merito primum amoris vinculũ ducitur, plurima & maxima beneficia accepiſſe.* Democritus: ὁ νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων. *Lex dandi & accipiendi beneficii commercium humanæ vitæ imponit.*

*Ingenioſum & garrulum*] Salluſtius Catilin. *Athenienſium res geſtæ, ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplæ magnificæque fuerunt: verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia prouenere ibi ſcriptorum magna ingenia, per terrarum orbem, Athenienſium facta pro maximis celebrantur.* Ad hæc lege Auguſtinum libro decimo octauo, capite ſecundo De Ciuitate Dei.

*Paucis diuidua*] Libri Manuſcripti: *Pacis diuidua tuguria.* Lipſius: *Et pagis diuidua tuguria Græciæ facta ſunt columen. lucet &c.* Quid poſſum ad hoc magni viri iudicium, niſi illud Horatianum exclamare: *Pulchre, bene, recte?*

*Exhauſta mœnia*] Liber Danielis: *Exuſta.* Nihil muto. Oroſius libro ſecundo: *Nihil Athenienſibus præter inanem vrbem reliquit.*

*Vbi iacent*] Ita de ſepultis antiqui. Idem

de Philænis: *Feliciter iacent.* Horatius: *Omnes compoſui felices.*

*Areopagũ*] Pauſan. lib. 1. Apulei⁹ li. 10. Metam. *Martium iudicium* appellat. Iuuenalis *Curiã Martis.* quia à Marte dictum illi putabant. Sed Suidas ſcribit: Ἐκλήθη δὲ καὶ Ἄρειος πάγος, ὅτι ἐν τῷ πάγῳ ἐςὶ, καὶ ἐν ὕψει δικαςήριον. De huius iudicii integritate tantum nõ Prouerbia ſunt ſublata. In cauſis perorandis neque Exordia audiebantur, neq; commiſerationum affectus illi admittebantur, cuius rei initium fecerat Hyperides Orator, vt ſcribit Quintilianus libro 2. capite 17. & libro 6. cap. 1. Cicero grauitatem & conſtantiam ſenatus Romani σχηματικῶς Areopagum appellat lib. 1. ad Atticum: *Senatus* Ἄρειος *πάγος. nihil conſtantius, nihil ſeuerius, nihil fortius.*

*Excelſis præſidiis*] Mitalerius legit, *& excelſam Præſidis Mineruæ arcem.* Significat autem Mineruæ πολιούχου templum vetuſtiſſimum Athenis.

*CAP. IV.*

P. 168. *Parentũ*] Lib. Dan. *Parentium.* Et ita hoc libro bis terue.

Pag. 170. *Claudiæ*] Hæc illa ipſa eſt, de cuius pudicitia alibi Valerius & Plinius libro 7. cap. 35. Auguſtinus libro 10. capite 16. De Ciuitate Dei.

*Patrem ſuum*] Suetonius ſcribit fratrem fuiſſe, ſed cũ Valerio Cicero quoq; ſentit pro Cælio.

Pag. 171. *Diligere parentes*] Hierocles Parentes δευτέρους καὶ ἐπιγείους τινὰς θεοὺς vocitabat.

*Idem de pietate*] Conuenit lib. Danielis fere cum Pighianis: *Idem prædicatũ de pietate alterius exiſtimetur.* Cimonis nomẽ huc adſcendiſſe perperam ex inferiori exemplo vero ſimile eſt.

*Filiis Paciæcis*] Duo libri Pighii: *Paciæcis.* quam lectionem vindicat Mitalerius ex Plutar. & Cicerone.

Pag. 172. *Amphinomus & Anapus*] Vide præter Strabonem & Pauſaniam Ælianum in variis, qui tamen Φιλόνομον & Καλλίαν vocat, citante etiã Stobæo. Solinus capite 11. ſcribit Catanenſes adſerere Anaphium & Amphinomum: Syracuſanos, Æmathiã & Critonem. Ego illam litem ambitioſam pẽdere ſino. In edit. Venet. legitur *Anaphias.* ſed Anaphium Claudianus quoque celebrat.





*Cur non amphinomo, cur non tibi fortis Anaphi?*

*Patrem & matrem*] Aelianus πατέρας. Solinus: *Parentes.*

*Scythis libenter*] Iuſtiſſimi enim à veteribus habiti ſunt. Idem de his ſcribit Nicolaus περὶ ἐθῶν. Homerus: Γλακτοφάγων Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

*Ne Crœſum*] Ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον, vt habet Herodotus.

*CAP. V.*

Pag. 173. *Etruſcis & Veſentibus*] Lib. Dan. *Et amicis & Veientibus.* Forte legendum: *Etruſcis Veientibus.* Sed Oroſius quoque Veientes & Hetruſci lib. 2. cap. 4.

Pag. 174. *Fraternum iugum*] Alibi dixit *æquali iugo.* Paulinus ad Auſonium:

——— *vix Tullius & Maro tecum ſuſtineant æquale iugum.* Theocritus alicubi: ἴσῳ ζυγῷ.

*Mutato ſubinde equo*] Plinius: *tribus vehiculis.* Id eſt, tribus equis. De eodem illud memorabile: *Druſum fratrem in Germania amiſit, cuius corpus pedibus toto prægrediens, Romam vſque peruexit.* Suetonius in Tiberio.

*Frequẽtia defectum*] Lib. Danielis *Adfectum.* An reſcribendum? *Mortaliumq; infrequentia adfectum.* Sed vulgata lectio per me ſtare poteſt. *Defectus frequentia* dictum, vt *defectus annis* apud Phœdrum & *defectus pilis.* de quibus copioſe nuper Nic. Rigaltius: cuius benedictis addo illud ex vetere Iuuenalis interprete Terentianum: *Vſque ambo defecti ſumus.* non, vt vulgo *defeſſi ſumus.*

*CAP. VI.*

Pa. 175. *Vires ſuas ſubiicit*] Hieroc. ἐςὶ γὰρ ὡσανεὶ δεύτερός τις θεὸς αὕτη, νὴ Δία, πρώτων καὶ μείζων γονεύς. Cicero patriam antiquiorẽ parentẽ, id eſt, maiorem appellat li. 1. De Republica, quem locum quia in Parergis minus curatum dedi, vna nũc fidelia duos parietes dealbabo: *Sed quoniam plura beneficia continet patria, & eſt, vt ita dicã, antiquior parens, quam is qui creauit: maior profecto ei, quã parenti debetur gratia.* Illa verba (*vt ita dicam*) conſulto adieci, quæ in vulgaribus Nonii editionibus deſiderantur. Sic idẽ Cicero 2. de Natura Deorum: *Seminator & ſator & parens, vt ita dicam, atque educator atque altor eſt mũdus.* Reliqua in Parergis cap. 34.

*Intentatus* ] Lipſius ex duobus veteribus: *Interdum proprius.* In edit. Veneta: *Interdũ Reipublicæ* Hæſito.

*Illam*] Liber Dan. *illum.* Intellige hiatum.

Pag. 176. *Fruges iniecerunt*] Quia Tellurem Cererem eſſe credebant. Hãc autem frugibus placabant. Ouidius 1. Faſt.

*Priſtinum habitum*] Minutius: *Teſtis & Curtius, qui equi ſui vel mole vel honore hiatum profundæ voraginis coæquauit.* Falſum igitur quod Feſtus prodit, de lacu Curtio.

*Hodie*] Reſcribo ex libro Danielis, *Hodieque.*

*Inauditi* ] Non plane inauditi. Cornutus etiam Actæon fuerat, quem & Plinins adiungit Cippo.

*Cornua emerſerunt*] Vere Lipſius ex libr. vet. *erexerunt.* pro erecta ſunt, ſurrexerunt.

*Æreæ*] Lego: *æratæ.* Ouidius libro decimoquinto Metamorph

*Cornuaq; æratis miram referentia formam*

*Poſtibus inſculpunt, longum manſura per æuũ.* Vulgo & quod miror in edit. Antuerpiana excuditur: *auratu.* Ea porta & Rauduſcula dicta Varroni libro 4. de L.L. Feſto Rauduſculana, quod raudo, id eſt ære vincta. Vetus Gloſſarium: *Raudus* Βῶλος, χῶμα, καὶ χαλκὸς ἀνέγχαστος, καὶ γῆς σωρός.

*Qua maior*] Verba illa: *Qua maior excogitari vix poteſt* in perantiquo & optimo libro Danielis inducta & circumſcripta eſſe teſtor. Quid quod & in edit. Veneta prorſus ſunt omiſſa. Erunt ergo ab inepto aliquo librario, cuius impudentia maior excogitari non poteſt.

*Cui ius dicenti*] Lipſius concinne: *cuius ius dicentis.*

*In contrarium* ] Aliter Plinius: *Reſpondere vates, exitium imperio portendi, ſi dimitteretur: at ſi exanimaretur, Prætori. Et ille autem protinus concerpſit.* Vbi tranſiens emendo: *Et ille auem protinus.* Sic Valerius: *Eueſtigio picum morſu.*

*Deuotione ſimili*] Cicero lib. 1. Tuſc. tertium etiam addit qui vitam pro patria fortiter pugnando fuderit. Alii tantum duorum meminere, vt & Seruius ad 1. Æneid. Horum alter Italico, alter Gallico bello ſe deuouit pro Republica. Nonius citat Attium Æneadis ſiue Decio:

*Vim*



*Vim Gallicam obduc contra in acie exercitus*
*Paratum hoſtili fuſum ſanguen ſanguine.*

Eſt & illud Attii: *Patrio exemplo me dicabo: animam deuorabo hoſtibus.* Formulam ſiue carmen deuotionis huius, immenſo exemplo ſua ætate duraſſe teſtatur Plinius libro vigeſimooctauo, c. 2.

*Matronas ornamenta* ] Neſcio an huc pertineat Varronis fragmentum libri 1. De Ciuitate pop. Romani: *Auri pondo duo millia acceperunt ex ædibus ſacris & matronarum ornamentis, à quib. poſtea id aurum & torques aureæ multæ relatæ Romam atq; conſecratæ.*

Pag. 178. *Hoſtium*] Peloponenſium iuxta Pauſaniã & Oroſium lib. 1. c. 18. Paterculus adſerit Lacedæmonios. Doriẽſes Herodotus lib. 5. & Iuſtinus lib. 2.

*Attica regio*] Lib. Danielis: *Matrica regio.* quod non capio. Cetera lege apud Seruium ad illud Eclog. 5. *Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.*

*Familiarem cultum*] Rectiſſime ſcribitur in libro Daniel. *Famularẽ cultum,* id eſt, ſeruilem, obſoletum, & vt Iuſtinus in hac ipſa re *pannoſum.* Sic infra de Sulpitia Valerius: *Nihilominus famulari veſte ſumpta.* Et libro 9. c. 8. *Seruilem veſtem.* Ouid. lib. 15. Metamorph. *Famularia iura:* & Salluſt. *famulares copias* extulit, ſi dextre ibi cenſui.

*Thraſybuli quoq;*] De hoc Iuſtinus lib. 5. Diodor. Siculus lib. 14. Xenophon ἑλληνικῶν β. Pauſanias Atticis. Nominatus hic fuit Τυειδύς Notior eſt, quam hic Thraſybulus Mileſius.

*Tauri ſanguinem* ] Plin. li. 28. c. 9. *Taurinus quidem* (ſanguis) *recẽs inter venena eſt.* Idẽ huius rei cauſam explicat alio loco. De obitu eius Plutarch. Probus, Thucydides, Anthologia lib. 3.

*Margine agri*] Lib. Dan. *magro agri.* Quod mihi pro mõſtro. Erat in margine codicis ſcripti adiectũ *modo,* vt Horat. —*modus agri non ita magni.* Timide aliquid contra vulgatã lectionẽ adſeruerim. Iſidorus: *Margo eſt pars cuiuslibet loci.* Atqui Margus quoq; ſiue margos dixiſſe Latinos monet vetus Gloſſarium. *Margo & Margos* Κρηπίς. Ad hoc proxime accedit lib Dan. *Margo agri* pro margine. Hodieq; Germani certum agri modũ ſiue menſuram vocitamus *Margem* ſiue *Morgen.*

Paulo poſt lege ex manuſcript. *precurrere.*

Pa. 179. *Carthaginis altæ*] Virg. 4. Aen. *tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas.* Scio quid Seruius. ſed ego altam potius interpretor, antiquam, à longinqua memoria conditam. Attius, Arinorum iudicio: *Cur vetera tam ex alto petiſſis diſſidia?* Sic lego, non *appetiſſis.* Fuit ſane Carthago 72. annis ante Romam condita, ſi fides Iuſtino. Philiſtus & Appianus, etiam ante Troiam captam fuiſſe adfirmant.

## CAP. VII.

Pag. 180. *Extremorum*] Puerilis error. lego: *Externorum.* Externus & domeſticus hoſtis opponuntur.

*Infinito amore*] Diuina Lipſii diuinatio: *Infrunito amore.* Certe vulgaris ſcriptura nimis vulgaris & infrunita videatur. Multus in priſcis illis vocabulis Valerius.

Pag. 181. *Eraſiſtrati*] Clinicus fuit, diſcipulus Chryſippi Medici, Ariſtotelis ex filia nepos. Plinius *maximum Medicum* vocat.

*Excitatiorem*] Languidiorem & iam quaſi defatigatum. Habet ſibi ſua talia quædam Valerius. Paulo poſt *vegetiorem* opponit.

Fruſtra igitur quæras cum Lipſio aliud verbum. Dein legitur in li. Dan. *reciperare.* ex quo faciendum paruula mutatione *reciprocare.* Ita ſenſus poſtulat.

## CAP. VIII.

Pag. 182. *Filium*] Sp. Caſſium Viſcellinum, qui corrupte opinor apud Ciceronem *Becelinus* hodieq; ſcribitur.

*Necari iuſſit*] Plinius lib. 34. cap. 4. *Romæ ſimulacrum ex ære factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Caſſii, quem regnum affectantem pater ipſius interemerat.* Huic interempto domum etiam ſuperiectam fuiſſe tradit Valerius lib. 6. cap. 3.

*Manlius Torquatus*] Pōponius de orig. iuris: *Poſt hos fuerunt P. Mutius & Brutus & Manilius* (lego *& Manlius*) qui fundauerunt Ius ciuile. Meminit huius Manlii Cicero lib. 1. de Finib. Quod nec ab Hotomanno, nec Cuiacio animaduerſum.

Pag. 183. *In prima ædium parte*] In atrio, ſiue cauædio. Vide Plinium lib. 35 cap. 2. Senecam li. 3 de benefic. Iuuenalis Sat. 8. Cicero variis locis. de imaginibus ſingulares libros conſcripſere Pomp. Atticus & Marcus Varro teſte Plinio.

*Conſpectum*] Ergo formula illa fuit peculiaris, qua patres filios abiiciunt: E CONSPECTV MEO ABEAS. Sic Torquatus paulo ante: *Et Republica eum & domo mea indignum iudico, protinuſque* E CONSPECTV MEO ABIRE IVBEO. Sic libro 6. capite 1. de Q. Fabio Maximo Seruiliano: *Exegit à filio vnico pœnas dubiæ caſtitatis: Is eas pependit, voluntario ſeceſſu conſpectum patris vitando.*

*Filium*] Salluſtius in Catilin. *Ex equeſtri ordine M. Fuluius Nobilior.*

## CAP. IX.

Pag. 184. *L. Gellius*] Lib. Lauernii: *L. Agellius.* Gellium tamen rectius vocat Cicero de legibus & in Bruto. Agellius libro 5. capite. 6.

*Inſpectaque diligentius cauſſa*] Aliter non licebat. Sic nec ſeruum ſine iudice ad beſtias dare licebat. Modeſt. lib. 11. D. ad l. Cornel. Sic non niſi principe conſulto & iubente punitur homicidii reus centurio apud eundem Modeſtinum.



*Admiſiſſet magis*] Nam patria poteſtas in pietate debet magis, quam in atrocitate conſiſtere, vt egregie D. Hadrianus apud Martianū lib. 14. Inſtit. inquit.

*Suis temporibus*] *Omnibus ferme oratoribus ætatis ſuæ, niſi M. Tullio, clarior.* Agellius libro primo, capite 5.

*Ambitus reum*] Lege Licinia, de qua Cicero pro Planco.

*Per triumuirum*] Triumuiris cura & cuſtodia erat carceris. nec ea tantum, quin & in reos capitis animaduertebant in carcere. vnde Capitales dicti, Plauto & aliis. Sanguinei item, vt Prudentio. Quod in carcere reos puniuerint planum ex Valerio fit hoc libro cap. 4. & lib. 6. cap. 1. Sed & extra carcerem animaduertebāt, hoc eſt, apud columnam Mæniam teſte Aſconio. Ducebant porro, & aliquādo etiam duci iubebant, vt P. Munatium apud Pliniū libro 21. cap. 3. Maleficos conquiſiuiſſe ex hoc quidem Valerii loco didici. cui adiungo Varronem lib. 1. de ling. Latin. *Quæſtores à quærendo, qui conquirerent publicas pecunias & maleficia, quæ Triumuiri capita-*

*les nunc conquirunt.* De his præterea libros Iuris conſule. Gloſſarium: *Triumuir.* παραφύλαξ, τριανδρικόν.

Pag. 185. *Sed diceret*] Omittit recte hanc gloſſulam lib. Dan. Quæ enim iſthæc ταυτολογία & garrulitas: nõ celaret, ſed diceret?

*Se nihil tale debere*] Lipſius: *Nil tale ſuſpicari perſuaſus.* Mihi vero omnia illa verba vſq; ad vocem *perſuaſus* de gloſſa ſunt ſuſpecta.

*Latrone*] Non intellige, viarum inſeſſorem καὶ λῃστὴν, ſed ſicarium, σφάκτην, ἀνδροφόνον. Vulgo ſtipatorem vel militem ſignificat. Virgilius noue pro venatore poſuit, teſte Seruio. quod hactenus ignorarunt noſtri vocabularii.

## CAP. X.

Pag. 186. *Horatius Puluillus*] Meminere præter Hiſtoricos Seneca de conſolat ad Marciam cap. 13. Cicero pro Domo.

*Tolle inquit*] Deſunt hæc in antiquis meis. In Seneca item & Cicerone. Subſcribo tamen lubens ſententiæ eruditiſſimi Pighii & ſagacitatem iſtam lubens agnoſco. Seruius paulo aliter: *In eo eſt pollutio, quod ait, caſuque animum concuſſus amici. Nam ipſa impiant quæ agnoſcimus. Vnde in Liuio habemus Horatium Puluillum, cum capitolium dedicare vellet, audiſſe ab inimico mortuum filium: & ne pollutus dedicare non poſſet reſpondiſſe:* CADAVER SIT.

*Abundauerat*] Lib. Dan. *Ambulauerat.* quod ſane lubens reciperẽ. Ambulare, eſt etiam aliquando ſuperbe & pompoſe ambulare, vt, incedere. Seruius: *Incedere proprie eſt nobilium perſonarum, hoc eſt, cum aliqua dignitate ambulare.* In ius ambulare phraſis eſt comica, hoc eſt, Iure agere apud Prætorem; ad quam mihi adluſiſſe Cicero videtur ad Atticum lib. 4. *Maloque in illa tua ſedecula, quam habes ſub imagine Ariſtotelis ſedere quam in iſtorum ſella curuli: tecumq; apud te ambulare, quam cum eo, quocũ video eſſe ambulandum.*

*Cum in maximo*] Verba ex oratione Pauli, quæ peſſimo exemplo tractarunt iſti. Digna ſane antiquitatis & veritatis cauſa, quæ ex optimo Danielis codice reſtituantur: *Cum in maximo prouentu felicitatis noſtræ, Quirites, timerem; ne quid mali Fortu-*





*na moliret, Iouem optimum maximum Iunonemq; Reginam & Mineruam precatus ſum, totum in domum meam conuerteret. Quapropter bene habet. annuendo enim votis meis id egerunt, vt vos potius meo caſu doleatis, quam ego veſtro ingemiſcerem.* Lõge aliter ſues, aliter catuli olent. Nimirum quantum aberrat vulgata lectio ab iſta ſincera antiquitate. *Moliret* primo dictum pro moliretur, vt apud Ennium *Sortiunt.* Apud Turpilium *proficiſceret. Conuerteret* pro verteretur, iam quoties à Criticis inculcatum eſt? Cætera ex eodem libro bona fide adſcripſi.

Pag. 186. *Etiam nunc*] Apage iſtud *nunc.* Vno etiam, id eſt, vno adhuc. lege Seruium 11. Æneid.

*Superioris Catonis*] Dictionem *ſuperioris* morboniam abire iubeo, adiectam ſcilicet à maleferiatis gloſſatoribus, qui mihi olim in caput Valerii coniuraſſe videntur. Agellius lib. 13. cap. 18. *M. Cato M. F. M. N. Is ſatis vehemens Orator fuit, multaſq; orationes ad exemplum aui ſcriptas reliquit & conſul cum Q. Martio Rege fuit, inq; eo conſulatu in Africam profectus, in ea prouincia mortem obiit.* En emendationis meæ auctorẽ & fundum potiſſimum, ſcriptorem luculentum. Marcus Cato Marci filius, Marci Nepos inquit. Ergo non Cato ſuperior.

Pag. 187. *Olympii Iouis*] Ita Periclẽ vocauit Ariſtophanes Acharnenſibus: ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης ὁ ὀλύμπιος. Vide eius interpretẽ. Plin. lib. 34. c. 8. *Olympium Periclem, dignũ cognomine.* Vterq; Olympium ſimpliciter dictum fuiſſe vult. Ergo exſculpẽda vocula *Iouis.*

*Proximus à Platone*] Laertius: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀττικὴ Μοῦσα γλυκύτητι τῆς ἑρμηνείας. Idem Platone.

*Nomine Gryllum*] Præter cæteros lege Senecam conſolat. ad Marciam c. 12.

## LIB. VI. CAP. I.

Pag. 188. *Iuliæ gentis*] Vox poſterior in Lib. Dan. non habetur, vt & in aliis abeſſe intelligo. Quæ ad hunc locum Lipſius dixit, mera ſunt oracula. Ait Liuiam in Iulium nomen tranſiiſſe; idque multis demonſtrat in immortali illo ad Tacitum commentario Nec vero Iulia tantum, ſed etiam Iuno appellata fuit Liuia. Prudentius lib. 1 contra Symmachum:

*Adiecere ſacrum, fieret quo Liuia Iuno.*

*Genialem thorum*] In eũ mihi videtur dehiſcere Prudentius ibidem:

*Nondum maternam partu vacuauerat aluum,*
*Conceptamque viri ſobolem paritura gerebat*
*Pronuba, iã grauidæ fulcrum geniale paratur.*

Hæc ardens ille & piiſſimi zeli plenus Poeta, quem velim emendatiorem, quã hactenus circumfertur, aliquando edi. Eſt in meis ſcriniis antiquiſſimus membranaceus eius codex, quem lubens communicabo, ſi quis illi Conſulari admodum adhuc ægrotanti manum adhibere voluerit. Poterit eius bonitas, vel ex his quæ ſubſcribam, facile cognoſci. Lib. 1. contra Symmachum:

*Mox patre deterior ſiluoſi habitator Olympi*
*Iuppiter inceſtas ſpurcauit labe Lacænas.*

Mſc. *Iuppiter inceſta ſpurcauit.* Melius. ſequitur:

*Nunc boue ſubuectam rapiens ad crimen amatam:*

Mſ. *boe.* ſic de eodem Ioue poſt: *Eſſe boẽ prædari aquilam, confingere Cycnum.* Sequitur ſtatim: *Et numos ſerere & gremium penetrare puellæ.* Vulgo male: *Et numos fieri. Serere* in re Veneria vſitatum. Poſt ſatis longum interuallum.

*Nocturniq́ equites, celſæ duo numina Romæ*
*Impendent retinente ſolo, magniq́ triumphi*
*Nuncia, ſuffuſo figunt veſtigia plumbo.*

Longe aliter medius horum verſuum in meo libro ſcribitur, & ni fallor, lõge melius: *Impendẽt retinentque veru.* Haſtatos ſcilicet eſſe Caſtorẽ & Pollucem. Illud neſcio quod ſequitur an probare debeam: *Dux Salius Ianuſq́ bifrons.* Pro; *Dux Italus.* Poſt verſus decem: *Morſq́ tenebroſa vitioſa in ſecula fluxit.* Corrigo ex membrana: *Moſque tenebroſus vitioſa in ſecula &c.* Verſa pagina: *Quidquid humus, pelagus, cælum mirabile gignunt*

*Id duxere Deos.* Mſc. *Induxere Deos.* Longiuſcule illi abſunt: *Incaſſum arguere iam taurica ſacra ſolem⁹.*

*Funditur humanus Latiali in munere ſanguis.* Deterior lectio Mſc. *iam turica ſacra.* Nam ſuouitaurilia intelligere apparet. Sed poſteriori verſu melior ſcriptura in Mſ. *Latiari in munere.* Pagina ſequenti:

*-nõ ille impune dolorẽ Prodidit aut confeſſa nimis ſuſpiria traxit,*

Mire in Mſc. *cõuexa animis ſuſpiria.* Paulo poſt de ſtatuis: *--hæc pulcherrima noſtræ ornamenta fuãt patriæ.* Vulgatur alias: *cluãt patriæ.* Sub finẽ huius libri: *----obſtrictos ægre retinentia cultus.* In Mſc. *Obtritos,* i. e. neglectos, deſuetos & ſpretos. Tertio poſt verſu: *Poſthinc ad populum conuerte oculos, quis in vrbe eſt, Qui Iouis infectam ſanie non deſpuat vrbem.* Legitur in membrana: —— *quota pars eſt Quæ Iouis infectam.* Sed quouſque exerro: Ex his facilis eſt coniectura, quanto melior Prudentius, quam à Giſelino emendatus, concinnari poſſit. Ego nunc tandem in viam redeo.

*Lucretia* ] Factum hoc Lucretiæ diſerte & erudite diſputat Auguſtinus li. 1. c. 19. & libro 3. cap. 15. de ciuitate Dei. Meminit & Tertullianus in exhort. ad Caſtitat. & in libro de Monogam. vbi Lucretiam κατ' ἐξοχὴν *matronam Romanã.* Vide & Seruium 8. Æneid.

Pag. 189. *Atque hanc illatam*] Lipſius: *Atq́ hæc.* Nihil verius.



*Virginius* ] Cicero libro 5. de Finibus: *Noſtra in Republica & quæ per vim oblatum ſtuprum voluntaria morte lueret inuenta eſt, & qui interficeret filiam, ne ſtupraretur.* Intelligit hunc Virginium.

*Seruilianus* ] Macrobius librum huius de Feriis citat.

Pag. 190. *Sacroſanctam poteſtatem* ] Tribunos plebis ſacroſanctos eſſe Cato ſingulari oratione adſeruit. Idque lege ſancitum. Vide Liuium libro 3.

*Non enim factum tunc* ] Vt fieri ſolet legitime. Nã, vt ait Vlpianus, *cogitationis pœnam nemo patitur.* Adde Aſconium in Miloniana. Seruius ad illud: *Auſi omnes immane nefas auſoq́ potiti. Et qui fecerunt inquit & qui conati ſunt. Dicit autem ſecundum Romanorum ritum, in quo non tantum exitus punitur ſed & voluntas.*

Pag. 191. *C. Luſcium*] Ita legendum, non vt præter alios Danielis: *C. Cluſium.* C Luſcii huius meminit Cicero quoque in Miloniana. Meminit & C. Luſcii cuiuſdam Aſconius. aitque centurionem Sullanum fuiſſe.

*Neruis contudit* ] Liber Dan. *pernis.* Placet magis vulgaria lectio. In adulterio deprehenſos flagellis fere ſiue loris cædi ſolitos legimus. Proinde hoc loco neruos pro loris accipio. Ita Salluſtiũ loris bene cæſum Agellius ſcribit.

*Brochus* ] Lib. Danielis *Brocchus*. Cicero pro Ligario *Brochus*. Conſentit vetus Gloſſarium: *Brochus* ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ἐξηκώς. Nonius ſcribit *Broncus*. Et ita apud Plautũ legitur Milite:

*——compernem aut broncum filium.*

Sed malæ iſtæ ſcripturæ. Suidas: βρόγχος κωθωνοπότης. Brochorum familiæ nomẽ Furiorũ fuiſſe, indicat Ful. Vrſinus. Ita etiã ſcribendũ eſſe docet eiuſdem numiſma vetus. L. FVRIVS CN. F. BROCCHVS. Emendo verſum Lucillii apud Nonium:

*Brocchus Bouillanus dente aduerſo eminulo vno,*

*Hoc eſt Rhinoceros.*

Salſe vocat Brocchum Bouillanum ob eminentem vnum dentem Rhinocerota. Ita ἀλληγορικῶς Martialis:

*Et pueri naſum Rhinocerotis habent.*

*Familiæ ſtuprandum*] Poſſit hæc pœna parum iuſta & legitima videri. Sed ita eſt vt Papinianus ait: *Qui occidere poteſt adulterum: multo magis contumelia poterit iure adficere.* Ita caſtrationis quoque pœna olim talio fuit.

Pag. 192. *Victoriæ trophæa* ] Liber Danielis *Tropæa*. Varro Bimarco: *Ideo fuga hoſtium vocatur Græce* τροπή. *Hinc ſpolia capta, fixa in ſtipitibus, appellantur Tropæa.* Gloſſæ *Tropeum* τρόπιον, τρόπαιον.

## CAP. II.

Pag. 193. *C. Carbo* ] C. Filius. de quo Cicero lib. 3. de Oratore, Prætorius fuit.

P. 194. *Iure cæſum* ] Florus tamen libro 3. cap. 14. *Atq; ita duce Scipione Naſica, concitato in arma populo, quaſi iure oppreſſus eſt.*

*Fori trementis* ] Rectius in lib. Danielis *Frementis*, vt & Pighius corrigit. Populus Romanus in concionib. *fremere* dicitur, quoties aliquid non approbat. Cicero de Reſpõſis Haruſpicũ: *Reſponſum Haruſpicum hoc recens de fremitu in concione recitauit.* Hinc recte Seruius ad 1. Æneid. *fremere* expoſuit recuſare. Caſſius Annal. *Ne quis regnum occuparet, ſi plebs noſtra fremere imperia cœpiſſet.* Cælius lib. 8. Epiſt. ad Ciceronem: *Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, tonitrus & rudentum ſibilus.* Ex quibus verbis neſcio quis mihi antiquitatis odos ad nares aduolat. Varro *Rudentiſibilum* ait feciſſe Pacuuium. vnde colligo hæc Cœlii ex Pacuuio ſumpta



ſumpta eſſe, & emendandũ haud dubie apud Cœlium: *Rudentiſibilus.* Apud Seruium quoq; ad 1. Æneidos lego: *Pacuuius Teucro: Armamentum ſtridor & rudentiſibilus* pro *rudentum ſibilus.* Virgilius Pacuuium emolliuit:

*Inſequitur clamorq; virum ſtridorque rudentum.*

*Manilium Criſpum* ] Ab hoc reor lex illa Manilia, procurata Cn. Pompeio, de bello Mithridatico Cõiectura ſic auguror, quia gratia Pompei ſubnixum, oſtendit Valerius. de hoc Paterculus libro 2. *Manilius Tribunus Plebis ſemper venalis & alienæ miniſter potentiæ.*

*Libertas ſine Catone*] Sic Senec. *Aut Scipio Romæ deeſſe debebat, aut Roma eſſe in libertate.*

Pag. 195. *Fauonius* ] Hic ille eſt de quo Salluſtius altera epiſtola ad C. Julium Cæſarem De Rep. Ord. Is molis potius quam Moloni operam dediſſe viſus Ciceroni ad Atticum.

*Sit diadema* ] Adeo Romanis erat inuiſum iſtud imperii aut regni potius ſignaculum. Florus lib. 3. de Tib. Graccho: *Manu caput tangens, præbuit ſpeciem regnũ ſibi & diadema poſcentis.* Quare & ab Antonio accipere Cæſar recuſauit vt ſcribit Sueton. Idem de Tito: *In conſecrãdo apud Memphim boue diadema geſtauit: de more id quidem priſcæ religionis: ſed nõ deerant, qui ſecius interpretarentur.* Cætera dicam ad lib. 7.

*L. Libonium accuſaturus*] Liber Danielis: *L. Libonium accuſator.* legitur eadem ratione apud Salluſtium *æmulus dicta ac facta.*

Pag. 196. *Cn. Pompei*] De laudatione illa iudiciali Suetonius Auguſto. Aſconius in Orat. pro Scauro de Fauſto Sulla.

*Reuocatuſq;* ] Cic. *millies coactus eſt dicere.*

*Cæſellius*] Lib. Dan. *Paſcellius.* in veteribus Codd. Horatianis *Caſſellius Au.* Pãdectę Florẽtinæ *Caſceli.* Põponius: *Ex his Trebatius peritior Caſcelio, Caſcelius Trebatio eloquẽtior fuiſſe dicitur, Ofilius vtroq; doctior.*

*Senectutis vltimæ* ] Citat hoc exemplum Iohannes Sariſberienſis lib. 7. c. 25.

*Temporib. Cæſaris*] Mutationẽ Lipſii concoquere nõ poſſum. Quid venuſtius, q̃ *tempora Cæſaris* appellare ſingulare illud imperium?

P. 197. *Spiritus coniugiũ*] Nimis quã eleganter. i. Societas καὶ τοῦ τρόπου ἁρμονία,

### *CAP. III.*

P.199 *Notitia*] Lib. Dan. *Notio.* Gloſſariū: *Notio* διάγνωσις. ſed differunt alias Notitia & Notio. Notio ἡ διάγνωσις. Notitia γνῶσις. Hinc Bonorum malorumque notionē leges apud Ciceronem lib. 4. de Fin.

*A Q. Catulo*] Cicero de domo Fuluii nō Flacci hoc prædicat. Orat. pro Domo.

*De robore*] Quod genus carceris id fuerit alii ex Plauto & Lucretio docuere. Sed quomodo de Robore præcipitatus eſt?

P.200. *Siniſtræ manus*] Fuiſſe quoſdam in Italia, qui ne militarent, ſibi digitos præcidere ſolerent, notauit Ammianus Marcellinus; eos Murcos fuiſſe dictos ſcilicet. Hinc factum vt hominem ignauum & vecordem Murcidum vocarent. Anguſtinus lib. 4. cap. 16. de ciuit. Dei: *Deam Murciam, quæ præter modū non moueret ac faceret hominem, vt ait Pomponius, Murcidum, id eſt, nimis deſidioſum & inactuoſum.* Fuit aliquando, vt legendū putarem apud Auguſtinum *Pompeius* pro Pomponius, Feſtum intelligendo, qui vocem Morcidus interpretatur ignauum & ſtultum. Murciæ meminit etiā Tertullianus & Arnobius. Seruius Daniel. ad 8. Æneid. *Ideo Murcia dicta, quia quidam vicinum montem Murcum dictum volūt. alii quod fanum Veneris Verticordiæ ibi fuerit, circa quod nemus Martis fuiſſet, inde mutata litera Murtium appellatum* & quæ ibi addit.

*M. Curius*] Alii C. Curiū vocant. Sed Varro etiam Maniū Curium Γεροντιδιδασκάλῳ: *Manius Curius Cos. in Capitolio cum delectum haberet, nec citatus à tribu ciuis reſpondiſſet, vendidit tenebrionem.*

*Quæ proxima*] Malit Lipſius: *Quæ prima exierat.*

*Quo telo*] Inſignis plane & palmaria lectio è libro Danielis: *Qui eam beſtiam confeciſſet.* Cruce digniores ſunt interpolatores iſti, quā bonus ille paſtor Sic autem & Cicero de quo mutuatus eſt Valerius: *Quæſiſſe Domitium, qui tantam beſtiam percuſſiſſet.*

*Edixerat*] Ait Marcus Tullius poſt deceſſum Aquilii omnia inſtituta atque edicta Prætorum fuiſſe eiuſmodi: *Vt ne quis cum telo ſeruus eſſet.*

*Quam illa ætas*] Non ſane quia præter ætatem, ſed quia præter pietatem. legerim itaque: *Quam illa pietas*



*pietas.* Cicero 2. De Inuent. *Is animaduertit ſororē ſuam de fratrū morte nō laborātē, ſponſi autē nomen appellantem itentidem Curiatii cum gemitu & lamentatione.*

Pa. 201. *Inceſtæ vſu*] Libri duo manuſcripti: *Inceſtæ vſu.* alii *inceſtæ viſu.* Nugę. lego: *Inceſtuoſæ.* Inceſtuoſus ἄσεμνος.

*Fuſtim interemit*] Dan. lib. *Fuſtim percuſſam interemit.* Sane Pighius τὸ *percuſſam* cur ſuſtulerit ignoro. Non enim puto ad canones Latinitatis æque cōuenire *fuſtim interimere* & *fuſtim percutere.* Velleius libro 2. *Ob turpem ex acie fugam fuſtim percuſſit.* Porro Egnatium Mecennium vocat Plinius, Tertullianus & alii, quem Valerius (vitioſe opinor) Egnatium Metellum. Nam Metelli Cæciliæ nominationis fuere.

*Immoderate appetit*] Tertullianus: *Sub Romulo vero, quæ vinum adtigerat, impune à Mecennio marito trucidata eſt.* Quid? vinumne adtigerat? Imo biberat, opinor ego. Niſi ſuo quodā more, adtingere dixit pro bibere. Apud Varr. lib. 1. de vita pop. Rom. *Quantopere abſtemias mulieres voluerint eſſe, vel ex vno exemplo poteſt viderier.*

*Capite aperto*] More virginis. Tertull. *ſed virginari volunt ſola capitis nuditate.*

*Quibus formam*] His finib. oculos vxorios includit Paulus Apoſtolus, Tertullianus de cultu fœm. *Vxor nulla deformis eſt ſuo marito. ſatis placuit cum electa eſt, ſeu moribus ſeu forma commendata.*

*Sempronius Sophus*] De hoc Pomponius IC. tit. de orig. iur. Falluntur qui plurib. hoc cognomē tribuūt.

Pag. 202. *Ludos auſam ſpectare*] Atqui ludos ſcenicos & gladiatores olim feminis ſpectare licitum. licitū per magiſtratū, non per maritos. lege eruditiſſimū Caſaubonum ad Sueton.

*Parum verecundum*] Nō tantum acerbus, ſed etiam obſcœnus fuit. Eiuſdem τὸ αἰσχροπρεπὲς καὶ κακόρρημον tangit Suidas.

*Summo proximum*] Suidæ: γενναῖος ποιητής. Per ſummum haud dubie Homerum intelligit, pro cuius ſceptro armatur etiā egregius ille Muſarū miles Iuſt. Lipſius. Pertinet autem hoc de Archilocho elogium ad Hippodromū Rhetorē, qui Homerū φωνὴν, Archilochū πνεῦμα vocitauerat. Paterculus: *Neque quemquam alium, cuius operis primus*

*auctor fuerit, in eo perfectiſſimum, præter Homerum & Archilochum reperiemus.*

*CAP. IV.*

Pag. 203. *Tenui filo*] Ennius:

*Hac noctu filo pendebit Hetruria tota.*

Ouidius:

*Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.* Cui rei vero vox *ſuſpenſa?* Tollendam omnino arbitror.

*Maieſtate reipub.*] Negat Vertranius, vir doctiſſimus Latine dici poſſe *Maieſtatem Reip.* ex qua cauſſa huic quoque loco manum adhibuit legens *ex maieſtate P.R.* Nondum ego in eius ſententiam diſceſſi. Cicero quidem in Partitionibus: *Maieſtas autem quoniam eſt magnitudo Pop. Rom.* Et ſic paſſim. non eo inficias, ſed Cornificius ad Herennium libro 4. *Maieſtas Reipublicæ eſt, in qua continetur dignitas & amplitudo.* Ita ſcriptum in omnibus libris, etiam in vetuſtiſſima membrana mea. Proinde viderint de illo ſcito ſuo Tribuni illi literarii.

Pag. 204. *Populus*] Plin. libro 34. cap. 6. *C. Octauium* appellat. In prænomine quoque mira diuerſitas. Paterculus *Marcum* vocat. Hieronymus in Danielem *Caiū*. Liuius, Valerius, Plutarchus, Editio Valerii Veneta *Cneum*: ſicut Cicero Philippica 2.

*Dextram e*] Iuſtinus ait, regem oſculū Popilio obtuliſſe. Quod idem eſt. Regibus exteris mos erat oſculo delibatam manum ſiue dexteram notis aut amicis. Id oſculum veteres *Labratū* appellabant. Gloſſarium: *Labratum ἀσπασικὸν βασιλέως.* Et iterum: *Labratum φίλημα βασιλικόν.*

*Ineſt robur*] De eodem Ouidius Metamorph. 1 & de Ponto:

*Et graue magnanimi robur mirare Rutili*

*Non vſi reditus conditione dati.*

*Manus tetendit*] Mos in iudiciis, ſupplices ad genua iudicum manus tendere, nec non opinor, tangere. Plinius lib. 11. cap. 45. *Hominis genibus quædam & religio ineſt, obſeruatione gentium. Hæc ſupplices adtingunt, ad hæc manus tendunt: hæc vt aras adorant.*

*Adſignauerit*] Lib. Dan. *Inſignauerit.* Forte: *Inſinuerit.*

*Cinninia*] Lib. Dan. *Cinginnia.* Veneta editio: *Cirania.* Sed Cinninenſes noti ex Plinio libro tertio, capite 3.



*CAP. V.*

Pag. 206. *Faliſcos*] Lib. Danielis *Valerios.* æque recte. Liuio ſunt iidem Falerii & Faliſci. Falerios etiam Polyænus appellat lib. 8. Sed Strabo inter φαλίσκους & φαλερίους videtur diſtinguere. Seruius ad 7. Æneid. *Faliſcos Haleſus cōdidit. Hi autem immutato H in F Faliſci dicti ſunt: ſicut Febris dicitur, quæ ante Hebris dicebatur. Formiæque Hormiæ fuerūt* ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. *Nam poſteritas in multis nominibus F pro H poſuit.*

*Qua iuſtitia animi*] Polyænus: Κάμιλλος δὲ τοὺς πολλῷ χρόνῳ ἁλῶναι μὴ δυναμένους. δυσσεβεῖ στρατηγήματι παρεστήσατο.

Pag. 207. *Per filium ſuum*] Valerius Antias & Cl. Quadrigarius in recenſendo hoc facto diuerſi abiere. Valerius Maximus Antiatem ſequitur, quod cognoſcas ex ipſius verbis apud Agellium. Vide & Sariſberienſem libro 5. capite 7.

*CAP. VI.*

Pag. 211. *Ptolemaeum*] Liber Danielis *Ptolemaö.* Congrue.

*Circa Siciliam deuicta*] Nondum fuit deuicta Sicilia. Editiones veteres: *deducta.* Malim deiecta. Deiicere ſignificat etiam remouere, auertere. Lucillius lib. 29. *Detruſus tota vi deiectuſque Italia.* Vide & Nonium.

Pag. 212. *Quia deficere*] Liber Danielis cui faueo: *Quia deficere à noſtra amicitia.*

*Famem traherent*] De Petilinis Athenæus Dipnoſophiſta lib. 12. πετιλῖνοι δὲ τηρήσαντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν εἰς τοσοῦτον καρτερίας ἦλθον πολιορκούμενοι ὑπ᾽ Ἀννίβα, ὥστε μετὰ τὸ παίζε μθὸ πεὶ κτ τὴν πόλιν δένδρων τοὺς φλοιοὺς καὶ τοὺς ἀπαλοὺς πτόρθους ἀναλῶσαι, &c.

*CAP. VII.*

Pag. 213. *Impudicitiæ*] Applaudo correctioni Lipſianæ. ſed ex editione Veneta lubens vnam voculam adducam: *Femina virum impotentiæ reum ageret.*

*Manumiſſam ancillam*] Exiſtimauere nonnulli hāc ancillam fuiſſe, captam illam in Hiſpania, quam Africanus patri non reddiderit, ſed Romam ad-

duxerit & inibi in deliciis habuerit. Hoc ſenſit Valerius Antias, ſcriptor nobilis, apud Agellium.

*Q. Lucretium*] Nomen fuit Q. Lucretio Veſpilloni. Cæſar quoq; ita ſcripſerat olim, ſed placuit moroſis illis & indoctis ſcribis Veſpillonē in Hiſpillum vertere. In veteri Gloſſario male etiam Viſpillo pro Veſpillo ſcriptum. Seruius ad 11. Aen. *Inde etiam qui funeri præerant à veſpera primum Veſperones, deinde Veſpillones dicti videntur.*

*Lentulum*] Interiicit lib. Dan. *Cruſcellionem*. Dioni eſt Κεύτκιλλ@. Meminit huius Lentuli Valerius noſter libro 5. cap. 3. Cicero 4. Catilin.

CAP. VIII.

Pag. 214. *Seruum*] Quia Reip. cauſſa aberat Antonius, Quæſtor in Aſiam profectus, qui tamen de accuſatione iſthac certior factus Brunduſii, Romam rediit. Suetonius in Cæſare: *Mox & ipſe à L. Antiſtio Tr. Pleb. poſtulatus, appellato demum collegio obtinuit, cum Reipub. cauſſa abeſſet, reus ne fieret.*

*A Teleſino*] Paterculus: *Sunt qui ſua manu; ſunt qui concurrentem mutuis ictibus, cum minore fratre Teleſino, vna obſeſſo & erumpente, occubuiſſe prodiderint.* Accidit hoc apud Sacriportum. Florus lib. 3. cap. 21.

*Euporum*] Sic vocatur Paterculo. Plutarcho & aliis, Philocrates eſt.

Pag. 215. *Comprehenſi*] In edit. Veneta: *Comprehenſi ſerui latens.*

*Lectulum*] Lipſius ex vet. edit. ductu corrigit *lecticulam*. Sic Suetonius Auguſto; *lecticulam lucubratoriam* dixit. Poſſe tamen vulgatam lectionem defendi video ex Animaduerſionibus doctiſſimis Iſac. Casauboni. cuius dictis addo illum Valerii locum lib. 8. c. 7. de M. Varrone: *In eodē enim lectulo & ſpiritus eius & egregiorum operum curſus extinctus eſt.*

Pag. 216. *Antius Reſtio*] Elegans epigramma legitur Apollonidæ in Anthologia, quod ad hoc Reſtionis factum ſpectare ariolatur Brodæus, magnus (Di boni!) ingenio, iudicio, doctrina.

*Salutem iudicauit*] Lego ex vet. edit. *Vindicauit.*

*Nec ſolum*] Auctore lib. vet. iugulat vocem *Solum* Lipſius.

CAP. IX.

Pag. 217. *Fortunas ſpectando*] Li. Vet. Lipſii: *Fortunas & pectora.* Hinc facit ille: *Fortunas & decora.*



*Quid oberit*] Liber Dan. *Quid aberit.* Sed ea Lipſii quoque emendatio. Ita lego lib. 5. cap. 8. *Quid abeſt igitur, quin publica dementia ſit exiſtimanda.*

*Atq; obtuſi*] Priſca ſcriptura ex lib. Dan. reſtituenda: *Atque obtunſi cordis.* Plautus Pſeudolo: *At hæc retunſa eſt.*

Pag. 218. *Teneriores*] Hinc in eum iacti verſus illi Næuiani apud Agellium li. 6. cap. 8. quorum vltimum ita reor corrigi oportere —*eum ſuus pater cum Ballione ab amica abduxit.* legitur vulgo: *cum pallio vno.* Sit igitur Ballio ſerui nomen aut lenonis potius, vt apud Plautū. Mirifice hanc coniecturam meam confirmat Vopiſcus in Carino, vbi legitur: *Ne patrimonia ſua proſcriptis legitimis heredibus Mimis & Ballionibus deputarent.* Vocat Balliones lenones, aut id genus nugas hominum.

*Allobrogici*] Liber Dan. *Allobrogi.* An rectius? *Allobrogis?*

*Multi luxus*] Liber Dan. *multi luſus.* Luſus vocat adoleſcentiæ mores, libidinis item & vini indulgentiam.

*Inquinatam*] Edit. Venet. *perinquinatam.* & paulo poſt: *adoleſcentulum.* vtrumque probabile.

Pag. 219. *Idem vltimum*] Lipſius: *id eſt, vltimam.* Quæ lectio tam vera eſt, quam folia Sibyllæ.

*Capturas*] Pulchre diurnas capturas, vectigalia appellat. Gloſſarium: *captura* ἐμπολή. vbi nihil aliud ἐμπολὴ, quam φορτίον, vt exponit Suidas. licet alias ἐμπολὴ ἐκ πάσης πραγματείας κέρδ@ dici poſſit. Sic apud Suetonium *Captura proſtitutarum.* Et Seneca controuerſ. *Domi ſunt lenonum rationes. captura conueniet.*

*Felicitate*] Acute Lipſius: *Felici dape.* Si vera eſt coniectura, intelligit Valerius dapem illam Capitolinam triumphantium. Philargyrius: *Cœnarum tria genera ſunt, Sollemne, Viaticum, Geniale.* Sollemne interpretor epulas illas Iouiales in Capitolio celebratum, de quo Varro lib. 3. de Vita pop. Rom. *Vt eius conuiuiū, qui triumpharet in Capitolio videtur eſſe proprium vt ipſe potius domum reduceretur à conuiuio.*

*Prætor & Conſul*] Addit etiam Tribunum Agellius.

Pa. 220. *Superlationem*] Barbara vox: pro qua Lipſius ſubſtituit *Appellatio-*

*nem*. Neutrum probare poſſum. In edit. Veneta vetus commentator legerat *ſuggillationem*. quod ipsũ eſſe ſcilicet à Valerio ſcriptum. Suggillatio ὑπωπιασμὸς, in veteri Gloſſario. In eodem legi: *ſuggella* ὑπώπιον, ſed vitioſe ꝓ *ſuggilla*. Suggillatio igitur à ſuggilla contra quam Feſtus nugatur. Aliter etiã ſuper hoc vocabulo Ioſeph. Scaliger ἐτυμολογεῖ.

*Tam corporis*] Apage inuenuſtam interpolationẽ. ſincere lib. Dan. *qua corporis, qua animi*.

*Arpini*] Liber Daniel. & vetus edit. Veneta: *Arpinatibus honoribus*. Honeſtus ſermo.

Pag. 221. *Omiſſiſq;*] Lib. Dan. *Omiſſaq; re, quã diſſerebat*. Diſcõuenit hic inter Valerium & Laertium. hic enim de Xenocrate dixit, eum ſermonem περὶ σωφροσύνης diſſeruiſſe.

*Brachium intra pallium*] Hoc apud Athenienſes fuit pudoris & modeſtiæ ſignũ. Ritum declarat Caſaubonus Notis ad Laertium.

*Inurentem notam*] Latine ſatis. ſed lib. Dan *iniungentem*. Iniungere contumeliam, iniuriam non abhorret dicere Cicero.

*Eiuſdem ſtultitiæ*] Vox *ſtultitiæ* deeſt in libro Daniel. & merito eiecta iam pridem à Lipſio.

Pag. 222. *Admodum gratum*] Ob gemmam incluſam, quam Sardonychem fuiſſe & in Cõcordiæ templo aſſeruatum ſcribit Plinius. Strabo ait fuiſſe δακτύλιον λίθου καὶ γλύμματος πολυτελοῦς.

*Micalenſis montis*] Edit. Venet. *Mycaleſii* Mycaleſſi. ſed opidi meminit Strabo lib. 9. & Plinius lib. 4.

*Cruci affixit*] Steſimbrotus Thaſius de morte Polycratis apud Fulgentium: *Poſteaquam de cruce depoſitus ſandapila etiam deportatus eſt*. Sandapila etiam, inquit. vt exprimat rei indignitatem. Nam ſandapila non nobilium, ſed plebeiorum & damnatorum cadauera efferebantur.

Pag. 223. *Quos in ſublime*] Li. Dan. *Quos ſublime*. Illud Pædotribicum acumen ſapit.

*Decurſu*] Lipſius ex vett. *Recurſu*. Dan. *Recuſſu*.

### LIB. VII. CAP. I.

Pag. 224. *Q. Metellum*] Tollenda hæc vt ſuperuacua cum Lipſio cenſeo.

*Et generi*] De quatuor filiis portatorib. Plinius, Velleius, alii. de Generis nihil dum legi. Velleii locũ ecce:

*Mortui*



*Mortui eius lectum pro roſtris ſuſtulerunt quatuor filii*. Pro roſtris, recte. Nam ibi priuſquam efferretur cadauer laudatio funebris ritu peculiari, peragebatur. Hinc & illud coniicio, lectũ illum feralem pro Roſtris ita collocari ſolitum, vt ab omnibus bene conſpiceretur. Morẽ fuſe explicat Polybius lib. 6. Plutarchus Publicola. Ceterum vt alia ſpecioſa, ita hæc quoq; Romanorum conſuetudo à Græcis eſt profecta. Primum in funere apud eos peroraſſe Periclẽ Thucydides adfirmat. ſed Plutarchꝰ huius rei exordium à Solone ducit.

*Vſuophidium*] Alii *Sophidium* appellant. Rectius opinor cum Plinio ſcribemus *Pſophidium*.

*Pinguiſſima Lydiæ*] Et locupletem & pecuniæ diuitem fuiſſe, præter Herodotum, Strabonem, & Ciceronem, oſtendit Alpheus Poeta:

Οὐ στέργω βαθυληΐους ἀρούρας
Οὐκ ὄλβον πολύχρυσον οἷα Γύγης.

### CAP. II.

Pag. 225. *Non putaram*] Fabio hoc Seneca tribuit, ſed peccato memorię opinor.

Pag. 226. *Iudex aditus*] Ita liber Dan. & Pighius. Sed iampridem *iudex additus* correxit Iacobus Cuiacius in obſeruat. Ita etiam legendum apud Valerium eſſe lib. 8. cap. 2. idem præſcribit: *De qua re C. Aquilius iudex additus*. Videndus ille Iuris interpres vnicus ad Inſtit. tit. de off. iud.

*Quod vir bonus*] Credebam ex Cicerone corrigi oportere: *Ni vir bonus eſſet*. Nam ea ſponſionis formula olim vſitatiſſima fuit. Sed didici etiam alteram formulam haud raro vſurpatam fuiſſe: QVOD VIR BONVS ESSET. Apud Quintilianũ eſt: *Quod caput durum habeas*. Congerunt exemplorum vim, duo illa Galliæ lumina Barnab. Briſſonius Formul. lib. 5. Petrus Pithæus collat. leg. Moſaicarum tit. 2. Nihil ergo in Valerio mutem.

*Id vbi conſul*] Leuicula correctione legit Lipſius: *Id ſicut conſul cognouit*. Et ſtatim: *Tam ſcite animaduertit*. De nulla enim celeritate hic agitur.

*Imperatorem ſtrenuum*] Admoneor loci Oroſii lib. 3. quem ex libro veteri corrigo: *Papirius adeo tunc apud Romanos ſtrenuiſſimus*

*habebatur.* Vulgo *bellicoſiſſimus* excuditur.

*Potionem veneni*] Varro ἑκατόμβη περὶ θυσιῶν: *Socrates cum in vinculis publicis eſſet & iam bibiſſet* κώνειον *in exodio vitæ.*

P. 229. *Sapiẽtes regnare*] Multi hoc ex Platone libro 5. De Republica repetiuerunt. Prudentius etiam Poeta lib. 1. cõtra Symmachum:

*Nimirum pulchre quidã doctiſſimus, eſſet*

*Publica res inquit tum fortunata ſatis ſi*

*Vel Reges ſaperent vel regnarent ſapientes.* In ore habuit perpetuo Antoninus Philoſophus, egregius ille Princeps, teſte Capitolino.

*Felicem pannum*] Idem Valerius de Pompeio, faſcia crura alligato, quod diadematis nomine perſtringebat Fauonius: *Exigui* inquit *panni cauillatione regias eius vires exprobrans.* Antigonus Rex diadematis maieſtatem extenuans Ῥάκος dictitabat, teſte Stobæo.

*Quod Xenocratis*] Stobæus tribuit Simonidi. Sed idem in Xenocratem cadere potuit. qui adeo ſilentio vitam habuit deuinctam, vt ſicuti certis negotiis ſuas horas, ita & ſilentio adſignaret; quod de eo idonei auctores ſcripſerunt.

P. 230. *Quæ te fili*] Epiſtolam aliis verbis refert Cicero lib. 2. off. & ex Cicerone Iohannes Sariſberienſis in Policratico lib. 8.

*A charitate iſtud*] Miſere hic locus vexatus eſt à librariis. addo etiam gloſſarias macula deprehendi. In libro præterea Dan. *pater* legitur pro *præſtatur.* Verare non poſſum. hariolari volo an ita ſit corrigendum: *Quos pecunia ad amorem tui compuliſſes? A charitate iſtud. Pater vero Philippus maiore ex parte mercator Græciæ, quam victor.*

*Calliſthenem*] Seneca ait occiſum ab Alexandro ob intempeſtiue liberos ſales.

*Vt cum*] Liber Danielis omittit & *vt.*

*Ex miſeris*] Efficacius aliquanto in libb. Vett. *ex miſeriis.*

## *CAP. III.*

Pa. 232. *Ad vaſri nomẽ*] Satis obſcure. Mira varietas in libris Pighii. Ego nõ dubito emendare: *Ad vaframen.* Idem *vaframentum* aliquoties dixit.

*Cuidã patrifamilias*] *Patritiæ familiæ* lib. Danielis lego: *Patrifamiliæ.*





Pag. 233. *Obtuſi ſe cordis*] Liber Danielis *Obtunſi* vt ſupra.

*Modo controuerſo*] Poſterior vox abeſt à Mſc.

Pag. 235. *Prauidit*] lego: *perfidit.* Sic infra: *Cauſam altioris argumenti peruidit.*

*Excurſorem*] Li. Danielis *Excuſſiorem.* ſcio quid adferri poſſit pro hoc. ſed nihil auſim mutare. Nam Excurſor pro milite accipi poteſt expedito & leuioris armaturæ. Cicero lib. 2. De Diuin. *Sed hæc fuerit nobis tanquam leuioris armaturæ prima orationis excurſio.* Alludit & illa Plautini Tranionis oratio:

*Iſti qui haſtis triũ numorum cauſa ſubeũt ſub fulas?*

*Vbi aliqui quindecim haſtis corpus transfigi ſolent?*

*Ego dabo ei talentũ, primus qui in crucem excucurrerit.* Græcis ſimili notione ἐκδρομοὶ dicuntur vt Thucydidi libro 4. Orat. Braſidæ, vbi vetus ſcholiaſtes ἐκδρομοὶ, οἱ τεταγμένοι δηλονότι πρὸς τὸ ἐκδρέχειν.

Pag. 236. *Sordida magorum*] Vocat Darium Regem qui nondum Rex. Sed hoc fortaſſis quaſi Poeticum excuſari poſſit: Illud quid ſit iuxta cum ignariſſimis ignoro: *Adiutoribus eiuſdem dignitatis aſſumptis.* Quos adiutores dicat, neſcio. Iſti vero non adiutores Dario, ſed potius æmuli. De grandi & audaci deprauatione non iniuria ſubolet ſagaciſſimo Lipſio; quam tamen non deprehẽdit Ego ad ipſa cubilia latentis mõſtri perueniſſe mihi videor. ſcripſerim omnino: *Darius recuperatoribus eiuſdẽ dignitatis aſſumptis.* Iuſtinus li. 1. *Magna quidem gloria regni recepti fuit.* Recuperatores eos appellat, q̃ de regno ambigebant; vel quia partim magos ſuſtuliſſent, vel quia priſtinũ Regni ſtatum vnuſquiſque eorum recuperare ſatagerent. Hãc ſententiam meam quaſi tabella tibi, Clariſſime Lipſi, porrigo. Tu vel circumſcribe, vel totam dele.

*Primus hinniſſet*] An noue hoc excogitatum? an Perſis quoq; aliqua in hinnitu religio, vt Germanis olim? Multa morum & rituum hæ duæ gentes alias participant.

Pag. 237. *Naribus equi*] Aliter Iuſtinus ex Herodoto. Sed idem ex Perſarum commentariis alterum excerpſit, quibus & Valerius adhæret.

*Vetuſta nobilitate*] Lampſacum dictũ ἀπὸ λαμψά-

κης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης, teſte Stephano. Vini feraciſſima fuit hæc ciuitas. vnde haud dubie à Priapo condita ſcribitur Bacchi & Veneris filio. de qua re multis Plutarchus in libello De Clar. Mulier. Sed & Demoſthenes *πρωάπου κτίσμα* appellat. Seruius ad 4. Georg. *Priapus fuit de Lampſaco ciuitate Helleſponti, de qua pulſus propter virilis membri magnitudinẽ, poſt in numerum Deorũ receptus meruit numen eſſe hortorum.*

Pag. 239. *Ludorum gratia*] Deeſt ingrata illa *gratia* in lib. Dan.

C A P. IV.

*Appellatione noſtra*] Cicero tamen circumlocutus eſt libro tertio, De natura Deorum, *conſilium imperatorũ.* Alibi Valerius τὸ στρατήγημα videtur non incommode expoſuiſſe *Vaframẽtum.* Virgilius *Dolum* non verius eſt appellare. Et ita Polyænus: Ἀνδρείᾳ μὲν γὰρ ὅστις βίᾳ χρησάμενος πολεμίων μαχομένων ἐκράτησεν. εὐβουλίας δὲ, ἀμαχεὶ τέχνῃ καὶ δόλῳ περιγενέσθαι.

P. 240. *Fidenas aggreſſo*] Lege eundem Polyænũ libro 8.

*Prædicans ſuo iuſſu*] Narrat hiſtoriam fuſe Seruius ad 8. Æneid.

*Tarquinii filius*] Polyænus vocat νεώτατον τῶν παίδων Σέξτον.

Pag. 241. *Præſidia inopia*] Iupiter Piſtor hinc natus. Lactantius libro primo, capite trigeſimo. Huius Feſtum v 1. Id. Iun. celebrabatur. teſte Ouid. 6. Faſt.

*Contrebiam*] Alii Trebiam vocant. Sed plures Contrebiam. Virgilius 7. Æneid. Mutuſcã indigitat. Seruius: *Hæc Trebia poſtea dicta eſt, quam modo Tribulam dicunt: apud quam Annibal deleuit populum Romanum.* Eſt & flumen Trebia apud Plinium, Strabonem, Silium lib. 4.

C A P. V.

Pag. 243. *Lectulos Punicos*] Ligneos intellige. Seneca ita interpretatur Epiſt. 96. *Tuberonis ligneos lectulos, cum in publicum ſternerentur.* Pœnos opifices opere lignario olim claruiſſe Romæ, argumento ſunt aliquot Catonis & Plauti loca. Cato certe libris de Re ruſtica: *Feneſtras Punicas, Torcular Pœnicum, Coagmenta Punica* commemorat. Plinius libro 33. capite vndecimo *lectos Punicos.* Plautus Aulularia *Laternam Punicam.* Oportet fuiſſe lectulos humiliores cæteris. Iſidorus libro vice-





ſimo *Punicani lecti parui & humiles primũ à Carthagine aduecti & inde nominati.*

C A P. VI.

P. 245. *Quatuor & viginti*] Lipſius: *Quatuor & viginti millia ſeruorum.* Rationem correctionis lege apud eum lib. 2. Elect.

P. 246. *Cellis ſeruilibus*] Ita Seneca *pauperis cellam.* Seruius de re ipſa: *Seruos ſane nunquam militaſſe cõſtat, niſi ſeruitute depoſita, excepto Annibalis tempore, cum poſt Cannenſe prælium in tanta neceſſitate fuit vrbs Roma, vt ne liberandorum quidẽ ſeruorum daretur facultas.*

*Nutrices*] Nutrices Romæ Sicilia & Sardinia. De Sicilia multa Cicero in Verrinis. Cato etiam *cellam penariam Reipublicæ nutricem plebis Romanæ* appellauerat. Strabo libro 6. ταμεῖον τῆς Ῥώμης ex Polybio. Idem frumento præ cæteris; tũ melle, croco abundaſſe ſcribit. Plinius etiam Sal addit. Sardinia vero licet aſpera ex parte ſit, tamen Straboni eiuſdem maior pars εὐδαίμων τοῖς πᾶσι. Cælius in Hiſt. *Delinquere frumentum. Sardiniam hoſtes tenere.* Horatius libro 1. Od. 31. *non opimas Sardiniæ ſegetes feracis.* Saluianus libro 6. Sardiniam & Siciliam, fiſcalia horrea vocat.

*Facultate*] In orali. Dan. *Facilitate* idẽ valet. A facile facilitas, à facul, facultas. Facilitas igitur hoc loco copiã ſignificat, vt alias facultas. Hinc *facile agitare* dicebantur diuites. Contra *difficultatem* recte paupertatẽ expoſuit Aſconius.

Pag. 247. *Trecenti Præneſtini*] Liuius, quingentos ſeptuaginta: Strabo quingẽtos quadraginta numerant.

*Ducentis denariis*] Sic & Frõtin. Plin ducẽtis numis.

Pag. 248. *Neceſſitatis excuſatio*] Senec 4. Declamat. *Neceſſitas magnum humanæ imbecillitatis patrociniũ.*

*Cadauerũ reliquias*] Salluſt. li. 3. Hiſt. *Parte conſumpta, reliqua cadauerum ad diuturnitatẽ vſus fallerent.* Nã hæc ad Calaguritanos haud dubie ſpectãt. Idẽ Salluſt. apud Diomedem: *Reliqua cadauera ſallita.* Apud Val. præterea lego *ſallire* nõ *ſalire* partim ex libro Dan. partim ex præcepto Diomedis Grãmatici vetuſtiſſimi.

*Eamne vnquam*] Lipſius *En quẽ aliquis.* Melius illo lib. Daniel. *En vnquam.* Ita ſæpe Plautus, Terẽt. Cicer. Virgil. ſunt locuti. Gloſſariũ: *Enunquã* εἴποτε καὶ πότε.

### C A P. VII.

Pag.249. *Militiam acerbe*] Diſtinguit egregie lib. Daniel. *Coactus eſt in foro togatam ingredi militiā, acerbe. cū improbiſſimis enim.*

*M. Anneus*] Malim: *M. Annius.* Forte is fuerit de quo Cicero ad Atticum lib. 5. epiſt. 4.

Pag. 250. *In matrimonio*] Lib. Dan. *In matrimonium.* Ita non rarenter Valerius. Salluſtius Catilinario: *Exercitus quem in Aſiam ductauerat.* pro in Aſia. In fragmēto legis Thoriæ: QVEI. FORVM. IN. AMICITIAM. POP. ROMANI. BELLO. POINICO. PROXIMO. MANSERVNT. *In mentem, in poteſtatem eſſe* obſeruauit etiam Agellius.

*Abrogauerat*] Lipſius ex priſca lectione exſculpſit: *eiurauerat.* In li. Dan. *Abiurauerat.* Sic Cicero ad Attic. *Mihi abiurare certi⁹ eſt, quam dependere.* Salluſtius: *Creditum abiurare.* De hoc verbo Seruius 8. Aeneid. *Abiurare eſt rem creditam negare periurio. Sed hoc iſti loco nō congruit. Vnde modo abiuratas rapinas, contra ius retentas intelligimus. Alii abiuratas abductas atq; alieni iuris factas, alii fraude & furto abductas.* Gloſſarium: *Abiurat* ἐπιορκεῖ, ἀπόμνυται.

*Creandorum liberorum*] Veteres plerique: *Quærendorum liberorum.* Rectiſſime. Agellius lib. 4. cap. 3. *Vxorem ſe liberorum quærendorum gratia habiturū.* Ennius: *Ducit me vxorem liberorum ſibi quæſendûm gratia. Quæſere* pro Quærere, antique.

*Pollincto*] Errat Pighius, qui fabricari verbum *Pollincire* conatus eſt. Nam Pollingo dicebant illi, non Pollincio. Vetus Gloſſariū: *Pollingo* περιςέλλω νεκρόν. Σιροπλοκῶ. συνταφιάζω. Ταριχεύω. Et Pollingere quaſi polline vngere eſſe, ſcribit Fulgentius. Seruius ad 9. Aeneid. *Pollinctores appellatos dicunt, qui mortuis os polline oblinebant, ne liuor appareret exſtincti.*

Pag. 251. *Vicilio lenoni*] Alii: *Vibieni.* Lib. Dan. *Viti lilenoni.* Fallor an Valerius viliſſimæ perſonæ nomen non expreſſit & pro eo *Vitilenonem* poſuit, elganti & lepida appellatione, nec Latinis auribus abſurda? Hoc modo *Vitilenam* Plautus, *Vitilitigare* Cato. *Vitimagiſtratum* Salluſtius compoſuere. Nec ita temere antiquarium facerem Valerium noſtrum, niſi idem di-

xiſſet,



xiſſet, Pollinctum corpus, vaframentum, ſtuproſus & ſimilia.

### C A P. VIII.

*Notæ inſaniæ*] Cicero 3. Acad. *Quid loquar de inſanis? qualis tandem fuit affinis tuus, Catule, Tuditanus? quiſquā ſaniſſimus tam certa putabat, quæ videbantur?* De eodem 3. Philippica.

*Teſtamento is*] Liquidæ fidei correctio Lipſiana: *Teſtamento is Oſilium.*

Pag. 252. *Viginti millia*] Rectius & ex more, li. Daniel. *viginti numûm.*

*Carrinatem*] An ille eſt, de quo Appianus lib. 4. & 5. Dio lib. 51. Prætor Iberiæ fuit ſub Cæſare.

*Pompeius Rheginus*] Nō dubito eum eſſe, de quo Varro lib. 3. de re ruſtic. *In Gallia vero Tranſalpina T. Pompeius tantum ſeptum venationis.* Arelatenſis etiā Pompei meminit Plinius lib. 33. c. 11.

*Neque ſanguine patrio*] Lib Dan. *ſanguine pagino.* Moſtellum verbi. legendū crediderim: *ſanguine Rhegino.* Adſcripſit aliquis ad oram illud *patrio.*

*T. Marius*] Quis iſte Titus Marius? Coniectura lego & doctis æſtimandum præbeo: *T. Tarius.* Neſcio an etiam Plinius corrigendus lib. 18 cap. 6. *L. Tarius Rufus infima natalium humilitate consulatum militari induſtria meritus, antiquæ alias parſimoniæ circiter millies H. S. liberalitate diui Auguſti.* Nam reor Plinium de hoc ipſo loqui.

Pag. 253. *Inſuperque*] Liber Dan. & edit. Veneta: *ſuperque anulos.* Non ſperno.

*Hoc loco*] Emendet Lipſius: *Hoc ioco.* Niſi ex editione veteri præſtet legere: *in hoc loco*, vt ordo ſenatorius intelligatur.

### Lib. VIII. Cap. I.

Pag. 255. *Liberata*] Lipſius: *librata fratris.* lubens conſentio. Nam alioquin ſupina & exſenſa ſermonis mens foret.

*Galli*] Galli Sulpitii. de quo præter Ciceronem Quintilianus.

*Reſpectui puerorum*] Addit edit. Venet. *piorum puerorum*, me haud abnutante.

*Lictor igitur*] Præfero ex lib. Dan. *Igitur viator & carcer ante oculos.*

*Excuſſo è manibus*] Rei & ſupplices anulos ponebat, more lugentium aut ærumnoſorum. Sic P. R. ad Caudinæ pacis nuncium

anulos poſuit, teſte Liuio. De qua re plura, cum Deo, in peculiari libello De Iure annulorum, quem prope adfectum habeo.

Pag. 256. *Si ſacris tuis*] Deprecationis inceſti verba ſolemnia Tucciæ exſtitiſſe etiam ſua ætate ſcribit Plinius.

*Q. Flauius Augur*] Liuius vocat M. Flauium, nec addit cognomen Auguris.

*Valerii Valentini*] Ignotꝰ prope hodie ſcriptor, abſq; Feſto Pompeio eſſet: *Tappullam, legem conuiualem, ficto nomine conſcripſit iocoſo carmine Valerius Valentinus.*

P. 258. *Callidius*] Scribo *Calidius.* Cicero lib. 2. de Inuent. *Vt ſi dicamus, idcirco aliquem Calidium vocari, quod temerario & repentino conſilio ſit.*

*Adulterii*] Inepte hæc vox inculcatur. & paulo poſt, vt ſtercus foras eiiciẽdam cenſeo vocem: *fratres.*

Pag. 259. *Erat innocens*] Pulchre repetit lib. Dan. *Erat innocens, erat Agraria lege gratioſus.* Mire affectat repetitiunculas iſtas declamatorias Maximus noſter.

*Vt frater ſuus*] Vir ſummæ dignitatis & eruditionis Læuinus Torrentius, nõ fratrem hunc ſed nepotem facit ex Plinio lib. 15. cap. 1. Vide Ciceronem libro 1. de Diuinat.

*Omaſum*] Gallicam hanc vocem eſſe doceo ex veteri Gloſſario in quo ſcriptum; *Omaſum* Βόειον κόπρον λιπαρὸν, τῇ τῶν Γαλλῶν γλώσσῃ.

Pag. 260. *P. Dolabellæ*] Praue ſcriptũ apud Iohannem Sariſberienſem; *C. Dolabellæ.* Idem citat hoc ex Valerii li. 9. cum lib. 8. c. 1. exſtet.

*Smyrnæa*] Libet Daniel. *Zmirnæa.* Scribendi ratio antiquaria Zm. pro Sm. Sic Zmaragdus pronunciabãt. Vetus lapis: CN. POMPEIO. EVCARPO. CN. POMPEIVS. ZMARAGDVS.

## CAP. II.

*Calpurnio Lanario*] Hũc ſæpius nominauerat Salluſtius in Hiſtoria. Hinc Calpurnius Salluſtianus appellatur à S. Hieronymo, Apolog. aduerſus Rufin ab eodem dicti Calpurniani diſcipuli.

*Claudio adduxit*] Supra dixi Cuiaciũ emendaſſe *addixit.* Neſcio tamẽ an non etiã Latine dici poſſit *adducere arbitrũ*, vt collocare iudicem Feſtus: *In iudice collocando.* Sic Virgilius:

*Poſſumus & rei inexpertæ arbitrum collocare.*

Quod poſterius obſeruauit eruditiſſimus Turnebus.

Pag. 261. *Deinde Viſellius*] Omittit poſtremã vocem lib. Dan. Et quid ea opus? Totus ſermo iſte ab vno Viſellio pendet.

*Sumptus inter eos*] Ita Cicero loqui amat. Pro Roſcio: *Compromiſſum feceris, arbitrum ſumſeris.*

Pag. 262. *Tam minuti*] Lipſius ex vet. *tam minimi.* Sic Pomponius tit. de orig. iur. *Satis pulcherrima.*

## CAP. III.

*Verecundiæ ſtola*] Neq; in Senatum venire feminas, fas erat. Itaque poſt Semiamirã Heliogabali matrem, ſeuere cautum eſt, ne vnquam mulier in Senatum ingrederetur, vtque inferis eius caput dicaretur deuoueretur que per quem id eſſet factũ. auctor Lampridius.

*Licinii Buccionis*] Edit. Veneta: *Brutionis.* legerim: *Bucconis.* Buccones dicebãtur nomine proprio, vt Cilones, Labeones, Naſones. Eſt tamen etiam ab vulgata lectione vetus Gloſſarium: *Buccones* παράσιτοι Βυκκίωνες.

Pag. 263. *Ad C. Cæſarem*] Locus manifeſtus mẽdi, & omiſſus numerus cõſulatus alterius P. Seruilii. Itaque lectionem libri Danielis abſque mora amplector: *Ad C. Cæſarem* III. *iterum ad P. Seruilium* coſſ. Licet enim Cæſar continuos conſulatus geſſerit, vt ſcribit Tranquillus, tamen & eius conſulatus titulis diſtinguebantur. Suetonius: *Tertium & quartum conſulatum titulo tenus geſſit.*

## CAP. IV.

*Contra Fannii*] Longe aliud nomen eſt in lib. Dan. *Contra Piccinii.*

## CAP. V.

Pag. 264. *Cn. & Q. Seruilius*] Sic omnes mei manuſcripti. Haud ſcio tamen an non prior Caius dictus fuerit. Lapis Veronenſis: C. SERVILIO. CAEPIONI. CONCEN. ET. TRIVMPHALI. PATRIÆ LIBERATORI. DECVR. VERONEN. OB. IVD. RESTITVTA. M. S. Hic tamen longe poſterior fuiſſe videtur.

*C. Flauii*] Is eſt C. Flauius Puſio, aduerſarius M. Druſo Tr. Pl. Meminit eius Cicero pro A. Cluentio. Et Valerius capite ſequenti.

## CAP. VI.

Pag. 266. *Maluit tolle-*

*re*] Pighius emendat: *alere.* Ductu nonnullorum codicum videtur commode corrigi poſſe *tolerare.*

*Propter obſcurũ ius*] Cur autem ab hac ratione Hybrida dictus, ſi deriuant hanc vocem ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Scio quid Grammatici, & non infimi cenſus Iureconſulti de hac vocula. Sed ab eorum opinione longiſſime ego abſum. Nam omnibus modis affirmare non dubitem Varium illũ Sucronenſem Ibridam, nõ Hybridam, fuiſſe appellatum, id eſt, Semiciuem. Iber in veteri gloſſario exponitur ἡμίονος. Hinc Ibridę, promiſcui generis quæcunq; animalia dicta. Hoc ante me & Ioſepho Scaligero ſummo viro probatũ. Ab animalibus ea appellatio ad homines quoq; trãſlata eſt. Plinius lib. 8. capite 53. *In nullo genere æque facilis eſt miſtura cũ fero, qualiter natos antiqui Hybridas vocabant, ceu ſemiferos, ad homines quoq; vt in C. Antonium Ciceronis in conſulatu collegam, appellatione translata.* Cedo hominem qui aiat Plinium ſcripſiſſe *Hybridas.* Reſcribo itaque audacter: *Ibridas.* Nam qua ratione dici poſſit animal brutum Hybrida, nõ video. Nos Germani aprum etiãque Ibrum vel Ebrũ vocamus, quemadmodũ Gallos intelligo Lyciſcã ex cane & lupo conceptam. Homines porro variis modis Ibridæ dici potuere, vt ſi quis ex ingenuo & ſeruo, ex ſeruo & libertino natus eſſet Ibrida dicebatur. Item ſi quis patrem & matrẽ diuerſæ nationis haberet. Suetonius Auguſto: *Item Aſinii Epicadi ex gente Parthyna, Hybridæ.* Poſt opulentiſſimam meſſem & vberrimum ſpicilegium clariſſimorum virorum, Torrentii & Caſauboni non vereor emẽdare: *ex gente Parthyna Ibridæ.* Haud dubie Aſini⁹ ille, Romæ, patre Parthyno, matre Italica natus fuit, ideoque Ibrida dictus. Parthus autẽ πόλις ἰλλυρικὴ eſt Steph. Turpis gloſſa inhęret loco Hirtii an Oppii, de bello Afric. *Præterea ex fuga ꝓlioq; Pompeiano, quos ſecũ à Brunduſio trãſportauerat, equites Germanos Galloſq;, ibiq; poſtea ex Ibridis libertinis ſeruiſque cõſcripſerat.* Dedecus & corruptela hui⁹ loci q̃ dixi, eſt illud *libertinis ſeruiſq;.* Poſtremo Ibrida dicebatur ſi quis mixto ſermonis genere vteretur. Inde exponũt illud Horat. lib. 1. Sat. 7. *Ibrida quo pacto ſit Perſius vltus.*

*Qua*



*Qua iubebat quæri*] Diſſentit nonnihil ab hac narratiuncula Aſconius.

*CAP. VII.*

Pag. 267. *Diſertiſſimi oratoris*] Tria optimarũ rerum habuiſſe viſus eſt hic Cato antiquis. Optimus Orator, Optimus Imperator, Optimus ſenator. Quater & quadragies cauſſam dixiſſe ſcribit Plinius.

*Vt Iuris ciuilis*] Pomponius quoque Iuriſconſultis accenſet, cuius & libros extare ſcribit. Cicero fatetur omnium Iuriſperitiſſimũ ſuæ ætatis fuiſſe.

*Temporibus ſupereſſe*] Sic Cicero apud Agellium lib. 1. cap. 22. *Nec vero ſcientia iuris maioribus ſuis Q. Ælius Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit.*

*Humanæ vitæ exemplũ*] Longe mihi antiſtet lectio lib. Dan. *Humanæ vitæ & ſpacio & exemplo nominandus.*

*Quam ſtilo*] De hoc Varrone Agellius lib 3. cap. 10. *Tum ibi addit, ſe quoq; iam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe: & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas librorũ conſcripſiſſe.* Cicero paſſim eius doctrinam & induſtriam deprædicat. Auguſtinus cũ alibi, tum lib 6. cap. 2. de ciuit Dei. Vnici huius etiam viuentis imago poſita eſt in bibliotheca, quæ prima in orbe ab Aſinio Pollione ex manubiis publicata Romæ. Auctor Plin. li. 7. c. 30

*Ius ciuile*] Mirum, hunc Liuium inter Iureconſultos non fuiſſe relatum à Pomponio.

P. 268. *Namq; tali*] li. vetus vnus: *Namque alii.* Nõ dubito legere: *Namque alii tali incommodo, ſeceſſum petunt, duplicant tenebras, fortuitis voluntarias adiicientes.*

*Roſcius ludicram*] Feſtus Pompeius: *Roſcii appellari ſolent in arte aliqua perfecti; quod Roſcius Comœdus in arte ſua perfectus fuerit adeo, vt nihil ei deeſſet ad perfectionem.* De eo Cicero pro Archia & alibi. Plinius lib. 7. cap. 39. & cap. 3.

Pag. 269. *Non ſe σόφον*] Scæuus aliquis Græculus hunc locum interpolauit, vt opinor, ex Tuſculanis Ciceronis Ego ſcriptum à Valerio non dubito, vt in lib. Dan. offendi: *Interrogatus non ſe ſapientem (iam enim illud ſeptem excellentes viri vſurpauerant) ſed amatorem ſapientiæ dixit.* Auguſtinus etiam Philoſophum interpretatus eſt *ſtudioſum vel amatorem ſapientiæ* lib.

8. cap. I De Ciuit. Dei Itali quoq; Philoſophi, Pythagoræ modeſtiā imitati Philoſophos ſe appellari maluerunt, quam Sophos. Seneca Epiſt. 90. *Dicam inter ſapientiam & Philoſophiam quid interſit. Sapientia perfectum bonum eſt mentis humanæ: Philoſophia ſapientiæ amor & adfectatio.* Aliquando tamen etiam Sophos & Sapientes dixerunt Romani, quos alias Philoſophos. Idem Seneca: *Sapientia eſt, quam Græci Σοφίαν vocant. Hoc verbo quoque Romani vtebantur, ſicut Philoſophia nunc quoque vtuntur. quod & togatæ tibi antiquæ probabunt & inſcriptus Doſſeni monumento titulus: Hoſpes reſiſte & Sophiam Doſſeni lege.* Afranius: *Σοφίαν vocāt me Graii, vos ſapientiam.* Sempronius ille Sophus dictus nō Sapiēs. Cōtra Atili⁹ & Lælius Sapiētes nō Sophi.

Pag. 270. *Nihil fluminis*] Hinc multa de Nilo inſperſit ſuis operibus apis illa Attica, & apud Strabonē dicit Nilum τελγῶνα κρουφὴν ἀποτελεῖν. De huius fluminis miraculis & Cicero poema fecerat, quod Nilum inſcripſerat, teſte Capitolino in Gordianis.

*Flexuoſos foſſarum*] Strabo τῶ διορύγων· καὶ τῶ παραχωμάτων.

*In Italiam tranſgreſſum*] Laertius. Cic de ſenect. Idē de Repub. *Sed audiſſe te credo, tum vero Platonem Socrate mortuo primum in Ægyptum diſcendi cauſa, poſt in Italiam contendiſſe.*

*Arione & Cato*] Legendum: *Arione & Echecrate,* quod Lipſiū monuit doctiſſimus Theodorus Canterus. Echecratis illius meminit Cic. lib. 5. de Finib.

Pa 271 *Helleboro ſe*] Hoc factitaſſe eum, cum Zenone diſputaturum ſcribit Agellius. Idem ſentit Plinius. Lapſus Valerii memorialis. Vel vitæ tempora quam diuerſa. lege vtriuſque vitam apud Diogenem. Varro Seſquiulyſſe: *Alterā viā deformaſſe Carneadem virtutis ſe cupis acris aceti.* lego: *è cupis acris aceti.* Varro non elleborum, ſed acetū facit purgamen Carneadis, quod alii Pythagoræ adſcribunt, alii Chryſippo. Fulgentius in Cōtinētia Virgiliana Elleborū Chryſippo tribuit: *Ego vero Chryſippi Ellebori rancidulo acore poſtpoſito.*

*Machinationib eius*] Præter ceteros vide Plin. lib. 7. Silium lib. 14.

*Vtiliſſimum elementū*] Retraho vocē marginalē *viliſſimum elementū*, quam & li. Dan. habet. Quota n. Muſicæ pars, fidibus ludere?





P. 272. *Præripere gloriam*] Antigonam & Electrā præ cæteris laudat Dioſcorides Poeta Epigrāmatarius. Laertius: Συνεπλήρωσεν τῶν τραγῳδιῶν.

*Se quotidie*] Verſum illū Solonium ſpectant hæc:

Αἰεὶ γηράσκω πολλὰ διδασκόμενος.

P. 273. *Moriar*] Aliter narrat hæc Ælian. apud Stob.

*Perſico ſermoni*] Cuique genti ſua lingua in precio. Hinc nota: animos exterorum haud facile deuinciri, niſi vinculo illo humanæ ſocietatis, lingua dico conciliatrice.

*CAP. VIII.*

*Vitam eneruem*] Nam vt ait Euſeb. Σῶμα ἀργὴν τήκει.

P. 274. *Et vmbilicos*] Lib. Dan. *obilicos*. Edit. Venet. *calculos*. Sed vera ōnino lectio vulgata: Vmbilici ſunt calculi quidā nitidiores. vnde & libros olim iis decorabantur. Martialis lib. 1.

*Nec vmbilicis cultus atq; membrana.*

Et alibi paſſim. Plinius vbi de margaritis: *Et aliis conuenit non oportere perforare, quorum ſit abſoluta bonitas, vmbilicis ſtatim ex auro capita capientibus.*

*Scurrilibus*] Liber Dan. *Scæis*. alii: *ſcenis luſibus*. Neſcio quid inde exſculpam.

*CAP. IX.*

P. 275. *Vrbem vrbi iunxit*] Nam plebe à ſenatu ſeparata, gemina quædam ciuitatis facies apparet. Hinc Varro ſane quam eleganter eiuſmodi ciuitatem *bicipitem* appellat li. 4. de vita pop. Rom. *In ſpem adducebat non plus ſoluturos, quam vellent, iniquus equeſtri ordini iudicia tradidit, ac bicipitem ciuitatem fecit, diſcordiarum ciuilium fontem.*

Pag. 276. *Veteris comœdiæ*] Auguſtin lib 2. c. 9. de ciu. Dei: *Periclē cū iam ſuæ ciuitati maxima auctoritate plurimos annos domi & belli præfuiſſet, violari verſibus & eos in ſcena agi non plus decuit, quam ſi Plautus inquit noſter voluiſſet aut Næuius P. & Cn. Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni maledicere.* Quæ verba eo lubentius ſubſcripſi, quia mihi liquet M. Cic. eſſe ex li. de Rep. cuiuſmodi ego naufragas tabellas, longe Apellæis antepoſuerim. Verſus porro Eupolidis partim ex Plinii epiſtolis, partim ex Suida conuerti poſſunt.

*CAP. XI.*

Pag. 278. *Sulpicii Galli*] Qui primus rationem defectus lunaris docuit, poſtea edito volumine te-

ſte Plinio. Apud Græcos primus eclipſin prædixit Thales Mileſius.

Pa.279. *Alcamenes* ] Inter æmulos Phidiæ refertur à Plinio li. 34. Eiuſdem aliquoties meminit idem lib.36. c.5.

*Libidinoſo cuiuſdam* ] Macarei Perinthii, teſte Luciano. Id vero non in Gnido, ſed Samo accidiſſe vult Athenęus.

Pag. 280. *Euphranoris*] Lege Plin. lib. 35. cap. 11.

*Quid ille*] Timanthem intelligit. Is Aiacem Armorumque iudicium pinxerat. Iphigeniam eius Oratorũ laudibus olim celebratam commemorat Plinius. quo alludit, niſi vehemẽter fruſtra ſum, Ciceronis locum in Oratore. Eum illuſtrandi Valerii cauſa haud pigrabor ſubiicere : *Si denique pictor ille vidit, cum immolãda Iphigenia, triſtis Chalcas eſſet, mœſtior Vlyſſes, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illũ luctum penicillo non poſſet imitari.* Sed quid illa Ciceronianæ elegantiæ habent: *mæſtior Vlyſſes, mœreret Menelaus?* Dicat oportet Cicero mœſtiorẽ Vlyſſe fuiſſe Menelaum. Sine omni cunctatione incongruã puriſſimo ſcriptori maculam tollo: *Mœſtior Vlyſſe mœreret Menelaus.* Nõne & Valerius dicit Vlyſſem mœſtum, Menelaum lamentantem? Addo & calculum Plinianum: *cum mœſtos* inquit *pinxiſſet omnes, præcipue patruum.*

*Fruſtra tenebatur* ] Rectiſſime lib. Dan. *terebatur.* Sic li. 1. cap. 8. legendum : *Vbi conſerti dubio certamine terebantur.*

## CAP. XII.

Pag. 281. *Minuebat*] Lego ex lib. Dan. *quam auctoritatem muniebat.*

*Sacræ arcis* ] Eraſa vera lectio in lib. Dan. & adſcriptum oræ : *Viæ ſacræ.* Vulgata lectio à Pighio eſt. Sed quis dubitet ſacram arcem, nobiliſſimum ædificium, iã ante Platonem fuiſſe extructum? Manuſcripti mei ceteri : *ſacræ aræ.* Doctiſſimus Mitallerius Aram Apollinis in Delo intelligit. quem vide.

*De crure etiam*] Lib. Daniel. *Et quidam ſutorem de ſura diſputare incipientem.* quaſi hoc exemplum non ad Apellem pertineat. ſed pro illa lectione ſtat Plin.

## CAP. XIII.

Pag. 282. *Ad longiſſimos humanæ* ] Adulatur Tiberio,



rio, more illorum temporum, longæuam ei vitam precando. quin & particulam vitæ propriam, demptã ſibi Cæſarib. ſuis donabant. de qua re multa multi. Sed ô vanas largitiones! Sapiens mihi Varro, Modio : *Non eos optime vixiſſe, qui diutiſſime vixerint, ſed qui modeſtiſſime.*

*Duobus & ſexaginta*] Plinius *ſexaginta trib. annis.*

*Diuturnior* ] Vixiſſe annos XCVIII. Plinius ait.

Pag. 283. *Vt cum Pyrrho* ] Huc pertinent illa priſci Poetæ:

*Orator ſine pace redit, Regique refert rem.*

Citat Varro. Intelligit autem Cineam, quem Pyrrhus miſerat de Pace. Ex Oratione Appii, Ennii illa ſunt:

*Quo vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant*

*Antehac dementi ſeſe flexere via ?* Citat Cicero. Vetus inſcriptio : APPIVS. CLAVDIVS. C. F. CÆCVS. CENSOR. CONSVL. BIS. DICTATOR. INTERREX. III. PR. II. ÆD. CVR. II. Q. TR. MIL. III. COMPLVRA. OPIDA. DE. SAMNITIBVS. CEPIT. SABINORVM. ET. TVSCORVM. EXERCITVM. FVDIT. PACEM. FIERI. CVM. PYRRHO. REGE. PROHIBVIT. IN. CENSVRA. APPIAM. STRAVIT. ET. AQVAM. IN. VRBEM. ADDVXIT. Eiuſmodi breuiaria ſolebant veteres de illuſtribus viris conficere, qualia in Italia & alibi de Catone, Fabio Maximo, Sicinio Dentato, C. Mario, Cn. Pompeio & aliis reperta.

*Centeſimũ & ſeptimum*] Vixit annos centum & octo, teſte Plinio. De eo ſcribit Cincius Alimetus apud Fulgentium : *Qui dum iam ſilicernius ſui finem temporis exſpectaret, etſi meri non potuit, tamen infirmitatibus inſultauit.*

Pag. 284. *Centum illum & viginti*] Codex Danielis: CXXX. contra mutationem Pighii. quod magis placet. Supra Valerius expreſſerat numerum CXX. annorum. iam ex Aſinio aliquanto ampliorem adiungit. Quin & Plinius auctor eſt Anacreontem huic Argantonio CL. annos vitales tribuiſſe. Idem Lucianus ſcribit. Verſus Anacreontis exſtãt apud Strabonem libro 3. Silius Italicus:

*Argantoniacos armat Carteia nepotes.*

*Rex proauus fuit humani diuiſſimus aui,*

*Ter denos decies emenſus belliger annos.*

*Centeſimum & vigeſimum* ] Conceſſus hic vitæ numerus, natura. Sic enim ſcribit Seruius, doctiſſimus commentator: *Tribus humana vita continetur: Natura, cui vltra centum & viginti Solſtitiales annos cõceſſum non eſt: Fato cui nonaginta anni hoc eſt tres Saturni curſus exitium creant: niſi forte aliarum ſtellarum benignitas etiam tertium eius ſuperet curſum. Fortuna, id eſt, caſu, qui ad omnia pertinet, quæ extrinſecus ſunt: vt ad ruinã, incendia, naufragia, venena.* Trebellius Pollio in vita Claudii: *Doctiſſimi Mathematicorũ centum & viginti annos homini ad viuendum datos iudicant, neq; amplius cuiquã iactitant eſſe conceſſum: etiã illud addentes, Moſen ſolum Dei (vt illi loquuntur) familiarem* CXXV. *annos vixiſſe.*

*Cteſias quidẽ*] Edit. Venet. *Cteſias idẽ.* ſcilicet Cteſiam idem de Indis tradidiſſe, quod Herodotus de Æthiopibus. Scio alias multa de Æthiopibus ſcribi, quę eadẽ quoq; de Indis. Et Cteſias ille Syriaca etiã & Perſica ſcripſerat, teſte Strabone lib. 14.

*Epiorũ*] Lib. Dan. & quędã editiones: *Epiporum.* Epii ſane ſiue Epei Achaię pars ſunt, nõ Ætolię, teſte Plinio, Strabone, aliis. An forte legendũ *Epirorum?* Epirii iidem dici potuere, qui & Acarnanes. adi Strabonem lib. 10.

*Damaſthes*] Scriptor is minus probatus & pene nullius claſſis Straboni l. 1. Meminit eiuſdem Steph. in ὑπερβόρεοι.

*Alexander vero*] Alexandrũ Corneliũ vocat Plinius. Exiſtimo eũ eſſe de quo hęc ſcribit Strabo lib. 13. τῶν δὲ νεωτέρων, Ἀλέξανδρος Ῥήτωρ ὁ Λύχνος προσαγορευθείς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν, καὶ ἔπη κατέλιπεν, ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθεται, καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ, καθ' ἑκάστην ἐκδοὺς ποίημα.

CAP. XIV.

P. 285. *Quorũ in contẽplandis*] Pighius Cicer. libros de Gloria innui hariolatur, quos cum alii, tum Agellius citat lib 15. c. 6. Varronis etiã titulus eſt apud Noniũ, Herculis Columna περὶ δόξης.

*Theophanem*] Male legitur apud Ciceronem *Theophaneus* Huius aliquoties Plutarchus meminit. Tacitus etiã & Paterculus, aliiq; qui res à Pompeio geſtas adtingunt.

*Inſculptam illã traditionẽ*] De qua Plutarchus & Plinius. Similis gloriæ ſtudioſus fuit Darius, qui in ſigillo ſculptũ habuit equũ illum δι' ὃν χρεμετίσαντα ἐβασίλευσεν, vt notat Thucydidis ſcholiaſtes.



P. 286. *Nomen his ſuum*] Quin & Pictor inde appellatus eſt. vnde poſtea Fabii Pictores. Pinxit ædem Salutis A. V. CCCCL.

*Sordido ſtudio*] Contra veterũ plerorumq; ſententiã, vocat ſordidũ ſtudium artẽ pingendi. Sic etiam Clearchus Parrhaſium reprehendit, quaſi manu ſordidum opus facientem & penicillum, ceſtrũ & viriculum tractantem, vt ex eo refert Athenæus lib. 15.

*Dulcedinẽ gloriæ*] Lipſ. ex coniectura legit, vt in libro Danielis ſcriptum reperi: *Dulcedinem gloriæ pene adieci, glorioſam.*

Pag 287. *Cũ Hermoclẽ*] Reſtituit dudũ ex Diodoro, eruditiſſimus Gallorũ Brodæus: *cum Hermocratem.* Brodæus inquã, cuius ſcripta quæ vidi, dixerim nata eſſe ad obiurgandã temeritatẽ plerorumq; hodie ſcriptitantiũ. Ita accurate & ſignata eruditione ſunt facti.

*Diſiceretur*] Lege: *Diſiiceretur.* Inepte de hoc verbo ſentit Pighius.

*Theopõpi*] Citatur à Strabone, Plinio, Suida, Stephano. Eius orationis vis à Cicerone laudatur in Oratore. Fidem aliquoties pulſat Strabo.

CAP. XV.

Pag. 289. *A ſanctiſſimo viro*] Ab aliis optimus vir dicitur. vide & Auguſtinum lib. 2. cap. 5. de ciuitat. Dei.

Pag. 290. *Si quid illi accidiſſet*] Simillimũ de Pompeio & Q. Catulo refert Salluſtius lib. 5 Hiſt. Paterculus lib. 2. Cicero pro leg. Manil. imo & ipſe Valerius paulo poſt.

*In Cn. Pompeium*] Breuiarium rerum ab ipſo geſtarum, quod Romæ in tẽplo Mineruę cuſtodiri aiũt, adſcribam: CN. POMPEIVS. MAGNVS. IMP. BELLO. XXX. ANNORVM. CONFECTO. FVSIS. FVGATIS. OCCISIS. IN. DEDITIONEM ACCEPTIS. HOMINVM. VICIES. SEMEL. CENTENIS. LXXXIII. M. DEPRESSIS. AVT. CAPTIS. NAVIBVS. D. CCCXLVI. OPIDIS. CASTELLIS. M. D. XXXVIII. IN. FIDEM. RECEPTIS. TERRIS. A. MAEOTI. LACV. AD. RVBRVM. MARE. SVBACTIS.

VOTVM. MERITO. MINERVÆ. CVM. ORAM. MARITIMAM. A. PRÆDONIBVS. LIBERASSET. ET. IMPERIVM. MARIS. POPVLO. ROMANO. RESTITVISSET. EX. ASIA. PONTO. ARMENIA. PAPHLAGONIA. CAPPADOCIA. CILICIA. SYRIA. SCYTHIS. IVDÆIS. ALBANIS. IBERIA. INSVLA CRETA. BASTERNIS. ET. SVPER. HÆC. DE. REGIBVS. MITHRIDATE. ATQVE. TIGRANE. TRIVMPHAVIT.

*Ad vrbem* ] Lib. Dan. *Ad ripam vrbis* An ſcripſit Valerius *ad ripam Tiberis*?

Pag. 291. *Veneris Verticordiæ* ] De hac Ouidius 4. Faſt. Lutatius ad illud Statii libro quinto —— *& Idalias procul ablegaſſe volucres.* ſimilis appellationis Venus apud Græcos fuit, ſed non ſimilis poteſtatis: nam Ἀποστροφίαν dixerunt. de qua Pauſanias.

LIB. IX. CAP. I.

Pag. 292. *Accuſare facilius* ] Cicero libro 6. De Republica: *Graues enim dominæ cogitationum libidines, infinita quadam cogunt atque imperant: quæ quia nec expleri nec ſaturari vllo modo poſſunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris ſuis incenduntur.*

*Penſilia balnea* ] Seneca Epiſt. 91. *Quadam noſtra demum prodiſſe memoria ſcimus: vt ſpeculariorum vſum perlucente teſta, clarum transmittentia lumen, vt ſuſpenſuras balneorum & impreſſos parietib. tubos per quos circumfunderetur calor, qui ima ſimul & ſumma foueret æqualiter.*

*Æſtuariis* ] Lib. Mſc. Lauernii *clauſtris*. Et ita Patauianus in ora.

Pag. 293 *Ferculorũ* ] Lib. Danielis *periculorum*. Edit. Venet. *piſciculorum*.

*In tegulis* ] Cicero Hortenſio: *Sollertiaque ea, qua poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas.* Seneca 5. Controuerſ. *Alunt in ſummis culminibus mentita nemora & nauigabilium piſcinarum freta.*

*Vitium finitur* ] Seneca Epiſt. 96. *Nullum intra ſe manet vitium.*

*Calinis oſtreæ* ] Ita Pighius. Lib. Dan. *culinis arcæ* Rectiſſime, meo animo. Infuſas culinis arcas ait, hoc eſt, arcas exhauſtas in precioſiſſimis piſcibus coemẽdis. Huic lectioni firmandæ eſt Lucillius lib. 9.

*His itidẽ in cæna dabis oſtrea milibu' numũ Empta.*



Pag. 294. *Demiſſaſq; lacunaribus* ] Salluſtius lib. 2. Hiſt. *Præterea cum ſedenti tranſenna demiſſum victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu, tonitruum coronam capiti imponebat.*

Pag. 295. *Vtramq; abductam* ] Deleta neſcio quæ vox in lib. Danielis & pro ea ſubſtituta quæ & in Atrebatenſi & Gemblacenſi fuerat: *vtramq; victoriã*. In Wincheliano Pighii: *Vtrãque victicã*. Editio Veneta: *atramq; victam*. Vſq; adeo late dedit iſta lues libraria.

*Probroſa proſapiæ* ] Legendum, vt nonnulli Codices habent *patientiæ*. Patientiã ἐν ἐρωτικοῖς eſſe quis neſcit?

Pag. 296. *Seplaſia & Albana* ] Scribo cum lib. Danielis: *Seplaſia ei Albana caſtra.* Seplaſiæ meminit Cicero in Piſoniana, & pro Seſtio. Feſtus, Aſconius. Dicitur & Seplaſium. Varro: *Doti dato Inſulam Chium, agrum Cæcubum, Seplaſia Capuæ, Macellum Romuli.* Idem apud Nonium *Seplaſiæ narium* dixit, vt Horatius *copiæ narium* pro vnguentis aut odoribus. Hinc Seplaſiarius Μυροπώλης in Gloſſario. De corruptela illa morũ Annibalis opportune Strabo ſcribit lib. 5. Καμπανοῖς δὲ συνέβη διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν, ἐπ' ἴσον ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι καὶ κακῶν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐνετρύφησαν, ὥς' ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν πρὸς ζεύγη μονομάχων ὁρίζοντες ἀριθμὸν κατὰ τὴν τῶν δείπνων ἀξίαν· Ἀννίβα δὲ ἐξ ἐνδόσεως λαβόντος αὐτοὺς δεξάμενοι χειμαδίοις τὴν στρατείαν, οὕτως ἐξεθήλυναν ταῖς ἡδοναῖς, ὥσθ' ὁ Ἀννίβας ἔφη, νικῶν κινδυνεύειν ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γενέσθαι, γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν τοὺς στρατιώτας ἀπολαβών.

*Legibus ornata* ] Liber Danielis: *ordinata.* quod probo. Sic libro tertio, capite octauo: *Plebiſcita ordinarentur.* Male Lipſius Curis Secundis ad Tacitum Arnobii locum interpolauit: *Si quando conſpexeram lubricatum lapidem & ex oliui vnguine ornatum.* legendum enim, vt vulgo: *vnguine ordinatum.*

*Delitiis nimiis capitur* ] Liber Colmarienſis: *Carpitur.* Rectius.

*Acceſſione* ] Li. Danielis: *Acceſſio vitiorum.*

*CAP. II.*

Pag. 297. *Neque laudare* ] Paterculus libro ſecundo, *L. Cornelius Sulla, vir, qui neque ad finem victoriæ ſatis laudari, neq; poſt*

*victoriam abunde vituperari poteſt.*

*Dum ſæuitiam exercet*] Lego, quidquid Pighi' ſupponat: *Dum victoriam exercet.* Latiniſſime dictum exercere victoriam.

Pag. 298. *In campo Martio*] Hæc ex margine irrepſiſſe adſentior Cl. Lipſio. In numero interfectorum admodum diſſentiunt Liuius, Plutarchus, Valerius, Florus, Cornelius Nepos.

*Nomenclatorem*] Liber Danielis: *Nomẽculatorem*, Ita apud Suetonium in libris veteribus.

Pag. 299. *Attinguenſiũ*] Lego cum Lipſio: *Atteguẽſium.* Attegua Hiſpaniæ oppidum. Sic & Manuſcriptus ampliſſimi Petauii in ora.

Pag. 300. *Carinis ac pondere*] Varro libro 4. De vita populi Romani: *Cum Pœnus in fretum obuiã veniſſet noſtris & quoſdam cepiſſet, crudeliſſime pro palangis carinis ſubiecerat, quo metu debilitaret noſtros.*

*Flumine Vergello*] Florus libro 2. cap. 6. ita vocat. Sic enim omnes veteres libri Eliæ Vineti. Mitallerius tamen vtrobique legit, *in flumine Cerbalo*, ex Plin. qui fluuius Apuliæ prope Cannas fuit. In Petauiano ſcribitur; *Gallo.*

*Infima pedum parte*] De ea re Enni': *His pernas ſuccidit iniqua potentia Pœni.* Intelligit Annibalem.

*Ferro decernere*] Captiuos ita tractare Pœnorum modo non proprium fuit, docet eruditiſſimus Caſaubonus ad Suet.

Pag. 301. *Phalaridis tyranni*] Plinius libro trigeſimoquarto, capite octauo. Dorotheus in rebus Siculis ita narrat: Φάλαρις Ἀκραγαντίνων τύραννος, ἀπότομος καὶ ἀπαθὴς ὑπάρχων, ξένους καὶ παρευρημένους βασάνοις ἔτρυχε καὶ ἐστρέβλου τοὺς ὁμοφύλους. Περίλαος δὲ τῇ τέχνῃ χαλκουργὸς κατασκευάσας δάμαλιν, ἔδωκε τῷ βασιλεῖ δῶρον ἵνα τοὺς ξένους εἰς αὐτὴν βάλλων κατακαίῃ ζῶντας. Μυκυθμὸν δ' ἡ δάμαλις ἀναδίδου τῷ φυσικῷ παρόμοιον. Φάλαρις δὲ τότε μόνον γενόμενος δίκαιος, αὐτὸν τὸν τεχνίτην πρῶτον ἐνέβαλεν. Lucianus ſcribit taurum hunc poſtea à Phalaride Apollini Delphico fuiſſe conſecratum. Timæus vero ab Agragentinis in mare demerſum refert.

Pag. 302. *At ne Hetruſci*] Idem ſupplicium reduxit Macrinus vel Mecentio ipſo ſæuior, teſte Capitolino. lege Seruium ad 8. Æneid.





*Laniatui ſint animalibus*] Monuit me amicus, Iſaacum Pontanum emendaſſe *Saniatui ſint animalibus.* cuius ſententiæ ſubſcribere non poſſum. Illud enim Valerium dicere reor: corporibus taurinis propterea miſeros illos includi ſolitos, vt laniarentur à vermibus, qui tabidis corporib. innaſci ſolent. Reddidit hoc ſupplicium aut certe aſſimulauit Opilius ille Macrinus, de quo Iulius Capitolinus: *Duos boues miræ magnitudinis viuos ſubito aperiri iuſſit, atq; his ſingulos milites inſeri capitibus, vt ſecum colloqui poſſent, exſertis.* Simili cruciatus genere fere Chriſtiani olim ſunt vexati. Sulpitius Hiſtorię ſacræ libro ſecundo: *Quin & nouæ mortes excogitatæ, vt ferarum tergis contecti laniatu canum interirent.*

*CAP. III.*

Pag. 304. *Pene totam*] Liber Danielis; *pene iam.* aliquis eruditus ſuperſcripſerat: *penitam.* quomodo & Valerium ſcripſiſſe crediderim. Intelligit Hiſpaniam interiorem, Celtiberiam. Vnde & Metellus Celtibericus dictus.

Pag. 305. *Victor perdidit*] Liber Danielis *edidit.* alius Manuſcript. *Deturpauit.*

*CAP. IV.*

Pag. 306. *Quam leuiter retuli*] Lego cum Sariſberienſi: *Quam leniter retuli.* Clara ſententia.

*Opes corripuiſſet*] Placet Modii emendatio: *Corruiſſet.*

*CAP. V.*

Pag 307. *Ad me venit*] Liber Danielis: *Quare non potius inquit ipſe in Hoſtiliam propinquam, id eſt, ad me venit.* Cæco liqueat illa verba, *id eſt, ad me venit*, eſſe gloſſam. Simili frõte fuit qui illum Ciceronis locum contaminauit libro quinto Tuſculanarum: *Quis enim eſt omnium, qui modo cum Muſis, id eſt, cum humanitate & doctrina habeat aliquod cõmercium.*

Pag. 308. *Inſtituta Perſica*] Libro ſeptimo, capite ſecundo, ait Valerius Perſica Macedonum ſalutatione gauiſum Alexandrum. quod de ſolenni illa Perſarum ἀποθεώσει intelligo. Eo more & Numidas Regulos ſuos ſalutaſſe, conſtat ex Tertulliani Apolog. Soliti autẽ Perſæ in ſalutatione munera Regibus ferre. qualia ea fuerint notum eſt

vel ex Hiſtoria Chriſti, Saluatoris noſtri, aurum ſcilicet, thus & myrrha. Aurum præcipue, vnde & aurum Regium dictum à Prudentio, in Hymno Epiphaniæ:

*Stratique votis offerunt*
*Thus myrrham & aurũ Regium.*

*Diuinum æmulatus eſt*] Edit. Venet. *Diuinum caput æmulatus eſt.*

CAP. VI.

Pag. 309. *Crudelitatẽ*] Nihil video, quid crudelitati cum perfidia. lego itaque tranſpoſita literula: *Credulitatem.*

*Sp. Tarpeius*] Legendus Liuius, Dionyſius, Plutarchus. Seruius Danielis ad 8. Æneid. *Tarpeia ſedes dicta eſt à Tarpeia virgine. Cum enim Romulus contra Sabinos bella tractaret & Tarpeio cuidam dediſſet arcem tuendam, filia eius Tarpeia aquatum profecta in hoſtes incidit: quam cum hortarentur ad proditionem arcis, illa pro præmio popoſcit ornatum manuum ſiniſtrarũ, id eſt, armillas. Facta itaque arcis proditione hoſtes ingenioſa morte promiſſa ſoluerunt. Nam ſcuta, id eſt, ſiniſtrarum manuum ornatum ſuper illam iacientes, eã vita priuarunt; quæ illic ſepulta Tarpeiæ ſedi nomen impoſuit.*

Pag. 310. *Duplicem perfidiæ*] Oroſius lib. 5. cap. 2. de Fabio: *Fecit facinus etiam vltimis barbaris Schythiæ, non dicam Romanæ fidei & moderationi exſecrabile. Quingentis enim principibus eorum, quos ſocietate inuitatos deditionis iure ſuſceperat, manus præcidit.* Sed quam hoc leniter Valerius. Vix perſtringit.

*Sed emit*] Pręmia tamen percuſſoribus negata Oroſius inibi: *Viriatus autem cum per* XIV. *annos Romanos Duces atque exercitus protriuiſſet, inſidiis ſuorum interfectus eſt, in hoc ſolo Romanis circa eum fortiter agentibus: quod percuſſores eius indignos præmio iudicarunt.*

*Vapore & fumo*] Sic Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtium exemit. Oroſius de obitu Iouiniani: *Cũ in cubiculum quoddam nouum ſe recepiſſet, calore prunarum & nidore parietum nuper calce illitorum aggrauatus & ſuffocatus.* De eodem Eutropius lib. 10. Inſcriptio vetus Romæ inuenta:

D. M. L.
AEMILII. VICTORIS.
QVI. PRIDIE. NATALEM. SVVM. XXII. PRVNA. IN. PENSILI. POSITA. VRGENTE. FATO. IPSE. NECAVIT. SE.

Cauſam huius rei vide apud Hieronymum Mercurialem lib. 3. cap. 11.



CAP. VII.

Pag. 311. *Pro impudentia*] Si bene noui ſermonẽ Valerii, ſcripſit is quidem: *Cum interim improuida cõcitatæ multitudinis (proh impudentiam & audaciã) aduerſus conſulatum.* Mirum in modum iſtas exclamatiunculas adfectat Valerius.

*Adipiſcendæ poteſtatis*] Priſcum & honeſtum verbum reddo ex lib. Daniel. *Apiſcendæ.*

Pag. 312. *Fori*] Recte τὸ *Romani* abeſt editioni Venetæ.

*A. Albinus*] Oroſius Poſtumium Albinum & legatum L. Sullæ appellat. Idem non falſa & inani ſuſpicione, vt Valerius, ſed intolerabili ſuperbia à militibus vult occiſum.

CAP. VIII.

Pag. 313. *Tam paruo ſpatio*] Strabo ſane quod ad longitudinem adtinet appendicem Italię facit. & continentem fuiſſe aliquãdo auctores ſunt Salluſtius, Plinius, Strabo, alii. Claudianus Poeta:

*——Trinacria quondam*
*Italiæ pars vna fuit. ſed Pondus & æſtus*
*Mutauere ſitum. rupit confinia Nereus.*

Salluſtii quidem locus citatur ab Iſidoro, ſed vt apparet, mutatis nonnihil verbis Salluſtianis. Sincerum puto ſupereſſe apud Lutatiũ Statii ſcholiaſten. Ita loquitur: *Olim Italiæ Siciliam iunctam fuiſſe conſtat. ſed medium ſpaciũ aut propter humilitatem abruptum eſt, aut propter anguſtiam ſciſſum, aut dum curuum fit facit natura mollioris Italia, in quam altitudo & aſperitas Siciliæ æſtum relidat.*

*Statua*] Quis hoc omniũ ſcripſit ſtatuam ibi collocatam fuiſſe? Dure quidem, ſi ſtatuam pro turricula ſiue πυργίσκον accipias.

*Memoriæ Pelori*] Illic ſepultum eſſe Pelorum Seruius & Iſidorus ex Salluſtio annotarunt. Poſtea ibidem columella ſiue turricula collocata, vetuſto & peculiari ritu. Strab. lib. 3. vbi de columnis Herculis: ἔθος γὰρ παλαιὸν ὑπῆρξε τὸ τίθεσθαι τοιούτους ὅρους, καθάπερ οἱ Ῥηγῖνοι τὴν στηλίδα ἔθεσαν τὴν

ἐπὶ τῷ πορθμῷ κειμένην πύργιόν τι. καὶ ὁ τοῦ Πελώρου λεγόμενος πύργος ἀντίκειται ταύτῃ τῇ στηλίδι.

*Expoſitum*] In edit. vet. *collocatum*. Vtrumq; probabile. Sed vel ego prorſus nihil in hiſce talibus video, aut Valerius ſcripſit: *Nauigantium oculatum indiciũ eſt*. Quod Valerio fuerat oculatum, id iſtis gloſſulariis, oculis expoſitum. Gloſſarium τῇ ἐν ὀφθαλμοῖς πίστει, *oculata fide*. *Oculatus teſtis* Plauto. Oculatiſſimi illi Lipſius & Pighius mendum hoc Valerianum non peruiderant, quod valde miror.

## CAP. X.

Pag. 315. *Acres ſtimuli*] Hinc ille apud Pacuuium:

*DI me etſi perdunt tamẽ eſſe adiutum expetunt*
*Quod priuſquam intereo ſpatium vlciſcendi danunt.*

*Sub corona*] Ad exemplũ bello captorum, qui plerumque pileati ſub corona vænibant. lege Catonis locũ apud Agelliũ lib. 7. c. 4.

*Cum Adrianus*] Edit. Venet. *Cum enim Adrianus*. Rectius Oroſius Fuluium Adrianum appellat.

*Sordido imperio*] Ita vocat, quia collecta manu ſeruorum imperium adfectabat, à quorũ dominis poſtea, congeſtis ſarmentis, cum omni familia combuſtus eſt. Oroſius idem.

Pag. 316. *Taxillo*] Liber Dan. *Taxippo*. Edit. Venet: *Taſſillo*. Græcum nomẽ eſt *Taraxippus*. quod neſcio an huic Gymnaſiarchæ fuerit. Neque etiam de Taxila quondam ex Brachmanis intelligendum arbitror, de quibus Strabo libro 15.

## CAP. XI.

Pag. 317. *Cognomine ſceleris*] Dictus enim fuit Sceleratus, cum ante Ὄλβιος fuiſſet, teſte Dionyſio. Ouidius in Ibin:

*Infamemq; locum ſceleris quæ nomine fecit,*
*Preſſit & inductis membra paterna rotis.*

Idem meminit 6. Faſt. lege Liuium, Florum, Feſtum.

*Iugularetur*] Videndum an ita etiam apud Ciceronem ſit legendum Orat. pro Sex. Roſcio. inde enim ſumpſit Valerius.

*Magii Chilonis*] Cicero P. Magium Chilonem appellat. Edit. Venet. *Cilonis* habet. Sed diuerſa ſunt Chilo & Cilo. Feſtus: *Chilo dicitur cognomento à magnitudine labrorum. Cilo ſine aſpiratione, cui frons eſt eminentior.* Ergo iidem Chilones cum Labeonibus,



dicti ἀπὸ τοῦ χείλεος. Gloſſę veteres: *Cillo* προκέφαλος.

*Acerba labes*] Alii, *clades*. Legerim: *Acerba lues*.

Pag. 318. *L. Villius Annalis*] In libro Daniel. *L. Iulius Annalis*.

*Inuicem ſorberent*] Ita rectum puto, licet lib. Dan. habeat: *Soluerent*. Tacitus in ſimili re: *leui ictu cruorem eliciunt atque inuicem lambunt*.

Pag. 319. *Stragem fœdam*] Stragem illam trecentorum & ſex Fabiorum intelligit. Sed in libro Danielis longe aliter hic locus habetur: *Trecentorum inclytæ gentis virorum ſtragem, fœdatum Allienſem diem*. Et paulo poſt: *Domeſtico ſanguine madentem Æmum*. Non abſurde.

*Subuertere*] Alii; *Subruere*. Rectius. Gloſſarium: *Subrugo* ὑπορύσσω lego *ſubruo*.

*Si tamen illuc receptus*] Formula hæc de flagitioſiſſimis & maxime impiis olim vſurpata: SI TAMEN AB ORCO RECEPTVS EST. Plautus: *Quem propterea Orcus ad ſe recipere noluit*.

## CAP. XII.

Pag. 320. *Eum demum felicem*] Multa talia apud Stobæum. Seneca, vt ſolet: *Doce leue eſſe vanumque hoc quod felicitas dicitur, vnam illi ſyllabam facillime accedere*. per illam ſyllabam intelligit infelicitatem. non, vt Vir Clariſſimus nimis argute hariolatur, *Fel*. Fel enim ſyllaba non accedit Felicitati, ſed iam ineſt. Luſi aliquando ad amicum Iambos hos:

*Felicitatem quæſo ne iactes nimis*
*Nimiſque, amice, perſequare protinus.*
*Doloſa vulpes, verſipellem animum gerit*
*Felicitati præſtat infelicitas*
*Ipſa; hoc habens bonum atque commendabile*
*Quod nos felicitatem ferre perdocet.*
*Felicitati vero ſolum fel ineſt.*

*Ad lacum Traſimenum*] Ad Cannas, vt vult Agellius libro 3. capite 15. Sed neq; Plinius omnino cum Valerio conſentit libro 7. cap. 53.

Pag. 321. *Calce illito*] Florus: *Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtium exemit*. Diuerſus abit Auguſtinus lib. 3. de ciuit. Dei *hauſtu veneni* ſcribens.

*Illuſtris ingenii*] Cicero in Bruto miram ei dexte-

βειαν tribuit. Sed hoc exemplum C Licinii probat, iſtis temporibus longe mitius de fama & bonis eorum, qui ſe metu criminis interfeciſſent actum fuiſſe, quã ſub Principibus. Sane tales pro confeſſis habentur, eorum bona in fiſcum cogũtur, vt docet Paulus lib. 5. ſentent. tit. 12.

Pag. 322. *Poſt Ennam*] Magis arridet lectio lib. Dan. *Is enim ad Rutilium* cos. *quem prædones tenuerant, Ennam in poteſtatem noſtram redacta.* Et ſpero mecum ſenſuros doctiores.

*Trepido & anxio*] Liber Dan. *Intrepido & anxio.* Eleganter legamus: *In trepido & anxio.*

*Incluſa anima*] Li. idem *Inclauſa anima.*

*Enimuero minimo*] Nugæ. ſcripſit Valerius: *nimio ſtudio.*

*Origo & principium*] Teſte etiam Quintiliano & Horatio in Arte. Fortioris autem Tragœdiæ auctorem cur facit? Quia verbis & ſententiis virilior & grauior eſt. Ariſtophanes Ranis: Ἀλλ᾽ ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον. Vbi ſcholiaſtes πυργώσας, inquit, αὐξήσας καὶ μεγάλα εἰπών. Horatius ita extulit:

*Et docuit magnumq; loqui nitiq; cothurno.*

Sed huic etiam Menedemus primas detulit. Laertius:

Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου.

Celebratur etiam Epigrammate Antipatri:

Ὁ τραγικὸν φώνημα καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν,
Πυργώσας στιβαρῇ πρῶτος ἐν εὐεπίῃ
Αἰσχύλος Εὐφορίωνος, Ἐλευσινίης ἑκὰς αἴης
Κεῖται κυδαίνων σήματι Τεινακίην.

Quod ita verti:

*Clamores Tragicos ampullatoſq; ſonores,*
*Magniloqui panxit qui prior oris opus*
*Æſchylus Euphorionis, Eleuſiniæ alma propago*
*Mortuus, eſt aptus corpore Trinaciam.*

Vltimo verſu legitur in nõnullis Ταναγρίην pro Τεινακίην; vitioſiſſime. Trinacia vero & Trinacria æque dicitur. Seruius Fuldanus, cuius fragmentum nuper edidit P. Daniel: *Sed Philoſtephanus* περὶ τῶν νήσων *ſine ρ litera Trinaciã appellat* ὅτι Τείναχος αὐτῆς πρῶτος ἐβασίλευσεν. lego: ὅτι Τείναχος αὐτῆς πρῶτος. Et *Philoſtephanus*, pro *Philoſtephanus*. Fuit Cyrenæus, familiaris Callimachi. Athenæus lib. 8. Vnum etiam addo. Macrobius Æchylũ ſatis audacter auſus eſt Siculum facere lib. 5. cap. 19. contra quem manifeſti teſtes Pauſanias & Plutarchus in Cimone. Sed Saturnalium ſcriptorem errare fecit exſiliũ Tragici, quod plerumque omne in Sicilia apud Hieronem egit.

*Euripides finitus*] Lege præter Agellium Solinum cap. 15. Plutarchum in Lycurgo. Eius ſepulchrum celebrant Plinius, Vitruuius, Ammianus lib. 27.

*Sophocles vltimæ*] De eius morte non conuenit inter Lucianum & Simonidem lib. 3. Ἀντιλογίας. lege & Ciceronem de Senectute. Plutarchum in Commentario εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. ſed & Ariſtophanis ſcholiaſten & Pauſaniã.

Pag. 323. *Comeſtis omnibus*] Alii: *Comeſis*. minus probe. Diomedes lib. 1. *Didymus ait de Salluſtio, Comeſta patrimonia.* Declamationis in Salluſtium auctor: *modo patrimonio non comeſo, ſed deuorato.* legendum haud dubie: *comeſto*. Forſan etiam apud Diomedem legendum fuerit: *comeſto patrimonio*, & iſte auctor Didymus Declamationis in Salluſtium tandem detegitur? Quæro tantum.

*At Pindarus*] Mendaciũ eſt, quod de Pindaro ſcribit Solinus lib. 7. Nam quod ille de Pindaro narrat, id Simonidi accidit. Cicero 2. de Orat. Quintilianus. Valerius lib. 1. cap. 8.

*Cuneis adactis*] Agellius li. 15. c. 16. de eapſe quercu: *Vidit proxime viam patulis in parte media rimis hiãtem.* Sic emendaui. nam in aliis legitur: *ramis*. Veteres cuneis non ſecuribus ligna ſcindebant. Virgilius:

*—— & cuneis ſcindebant fiſſile lignum.*

Vnde Prudentius libro 2. contra Symmachum:

*Primi homines cuneis ſcindebant fiſſile lignum.*
*Decoquat in maſſam feruens ſtrictura ſecures*
*Rurſus, & ad proprium reſtillet vena metallum.*

*Tot gymnicis palmis*] Septies viciſſe Milonẽ ſcribit Simonides illo Epigrãmate

Μίλωνος τόδ᾽ ἄγαλμα καλοῦ καλὸν, ὅς ποτε Πίσῃ
ἑπτάκι νικήσας, ἐς γόνατ᾽ οὐκ ἔπεσεν.

Suidas tamen & Pauſanias ſex tantum ei victorias adſcribunt.

*Imbris cauſa*] Lipſius

mittit: *cauſa*. quod quomodo commode poſſit facere non video. Pauſanias & Suidas æſtus, non imbris cauſa petitam latebram ſcribunt.

### CAP. XIII.

P. 324. *Sordide in loco*] Lego: *ſordido in loco ſedẽtis*. Sedere hic ſignificat ἀφοδεύειν.

*Ita vt viuam*] Non debuit vulgatam lectionem mutare Pighius, contra editionum veterum & librorum ſcriptorum cõſenſum. Formula vetus eſt ITA VIVAM DABO. Seneca Epiſtola octuageſimatertia. *Hic eſt enim Brutus, qui cum periturus mortis moras peteret ad exonerandum ventrem ſeceſſit & euocatus ad mortem iuſſuſq; præbere ceruicem: Præbebo inquit* ITA VIVAM. Poteſt tamen etiã ſcripſiſſe Valerius: *Ita viuã vt dabo*. Cic. ad Att. li. 5. ep. 15. *Ita viuam vt maximos ſumptus facio*.

Pag. 325. *Notis Threiciis*] Liber Colmarienſis: *notis Thracis*. non reiicula lectio. Ipſa Thracia aliquando Thraca dicitur. Seruius: *Thraca pro Thracia. Cicero de Republica: Colonia vero quæ eſt deducta à Græcis in Aſiam, Thracam, Italiam*. De compunctionibus illis Strabo libro ſeptimo, vbi de Iapodibus: Κατάστικτοι δ' ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰλλυριοῖς καὶ Θραξί. id eſt, *Compuncti notis vt aliæ gentes, Illyrii & Thraces*.

*Pellicatus*] Lib. veteres tam Valerii, quam aliorum auctorum malunt ſcribere *Pelicatus*. ſic *pelex* & *pelicatio*. Mendoſam arbitror veteris Gloſſarii ſcripturã: *pœlex & pœlicatio* ειρωνία, ζηλοτυπία. Sed ego Pellicẽ, ſi analogiam ſpectes, puto rectius ſcribi: *Si ſcribendi* morem priſcum, Pelicem. Veteres enim liquidas geminare vel non, nihil penſi habebant. Pellicem autem à pelliciendo dici, quis dubitet? Valerius noſter alluſit, libro 4. capite 3. vbi de Phryne: *quia tam formoſa tamque elegans poti ſenis animũ illecebris pellicere non potuiſſet*. Inſcriptio Brixiæ:

D. M.

QVI. ME. VOLENT.
VALETE. MATRONAE. MATRESQVE FAMILIAS. VIXI. ET. VLTRA. VITAM. NIHIL. CREDIDI. ME. VENERI. ALVMNAE. ADDIXI. QVOS. POTVI. PELLEXI. FILTRIS. ET. ASTV. VIRO. HVMATO.

Agellius ſcribit Pellicem dici, quaſi παλλακὴν, quem fruſtra ſequuntur viri doctiſſimi. Sed illud verum eſt παλλακὴν apud Græcos dici, quæ apud Latinos Pellex. Gloſſarium: παλλακὴ *Concubina, ſuccuba, Pellex* παλλακὴν ἀπὸ τοῦ πάλλειν recte deducemus. nam palpare ſignificat.

*A familiis locupletum*] Mos ille Tyrannorum non prӕteritus à Plat. li. 8. de Rep.

*Electos*] Quibus tamen prius ſeruitutis nomen ipſe demſerat, vt ſcribit Cicero.

*Iuglandium*] Pighius ita ex Cicerone fecit, cum ante legeretur: *Iuglandium aut nucum*. In edit. Veneta reperi: *glandium aut nucum*. Puto vere & emendate ſcribi in libro Dan. *nucum iuglandium*. Hoc modo *Pinus iuglans* apud Varronem legitur li. 4. de ling. Lat. Commodũ etiam Antoninorũ peſſimum, timore tonſoris comam & barbam adurere ſolitum legimus apud Ælium Lamprid.

*Cloridis*] Veteres libri & Cicero: *Doridis*.

*A cuſtodibus*] Malim cum manuſcripto *Extrinſecus cuſtodibus opertum*.

### CAP. XIV.

Pag. 326. *Altiore doctrina*] Alludit Anaxagorę Homœomeriã; de qua Lucretius: *Nunc ad Anaxagoræ veniamus Homœomeriam*. Seruius: *ſecundum Anaxagoram, qui Homœomeriã dicit, id eſt, omnium membrorum ſimilitudinẽ eſſe in reb. creãdis, id eſt, ex oſſibus, ſanguine & medullis*. Lege Plutarchum Placitis lib. 5. cap. 11. & 12. Plinium lib. 7. Solinum cap. de Homine.

Pag. 327. *Nepotis*] Dictus enim fuit Nepos. Nepotem dictũ, quaſi Q. Metelli Macedonici nepotem, ſignificat Aſconius. Quod videtur eſſe contra ſententiam Valerii. Aliquando etiam ſuſpicatus ſum legendũ eſſe apud Valeriũ: *niſi Nepotis à maioribus accepiſſet*. Sed ſuſpicor tantum.

*Burbaleii*] Male legi apud Salluſtiũ Barbuleiũ monui ad fragmenta eius. Salluſt. ita loqtur: *Quia corpore & lingua percitũ & inqetẽ nomine hiſtrionis vix ſani Burbuleiũ appellabant*. lege inibi: *Quẽ corpore & lingua*.

*Vnus ex æqualib.*] Manifeſta diſsẽſio Plinii, q ſcribit Artemonẽ illũ, virũ ex Syriaca plebe fuiſſe. Craſſus & notabilis error Valerii, aut oportet ei acceſſiſſe nimis impudentẽ & violentã manum. Illi ſane quos hacten' recenſuit Valerius, q aliquã perſonã digniorẽ referrent pleriq; ſeruilis conditionis.

*Concitatæ facundiæ*] Strabo libro 13. Μέγιστον ῥήτορα facit & diſcipulum Diotrephæ Antiocheni. Idem eodem loco ait ſuo tempore vixiſſe. Ergo & Valerii aut paulo ante.

*Tam ſimilem vt*] Germana lectio Valerii ex lib. Danielis: *colligenti tam ſimilem, vt tantum non germanum fratrem.*

P. 328. *Reiecta*] Alii libri *regeſta* melius. Latinum enim eſt *Regerere ſuſpicionem.* Auſonius dixit *Regerere verbera:* Quintilianus libro 2. *Inuidiam regerere.*

*CAP. XV.*

*Firmo Piceno*] Lib. Danielis: *Formo Piceno.* Lauernianus *Furno Piceno.* Firmum quidem Picenum, agri Piceni opidum eſſe cõſtat, quod Strabo φίρμον πίκηνον appellat. Hinc Firmani, incolæ illius apud Plinium. Sed *Furnum* etiam *Picenum* elegantiſſime dici poſſe iſtud opidulum, quis negabit; qui quidem ſciat piſtoribus abundaſſe, vt totum agrum Picenum, vnde & Piſtorienſis dictus fuit? Panes Picentinos celebrat Martialis peculiari lemmate:

*Picentina Ceres niueo ſic nectare creſcit,*
*Vt leuis accepta ſpongia turget aqua.*

*FINIS.*





# CLAVDIO MARNIO S. D.

## *CHRISTOPHORVS COLERVS.*

REPERI in Sarmatia apud amicum editionem Valerianam Sebaſtiani Corradi, hominis doctiſſimi, Anno M. D. LXIV. Venetiis excuſam; diu illam quidem à me deſideratam, & fruſtra quæſitam in Germania. Eam veluti tranſiui legendo, & inueni ſane multa, quibus Animaduerſiones noſtræ locupletiores melioresque fieri potuiſſent. Notas addiderat ad oram eruditas. Multus ille in notandis locis controuerſis Liuii aut Plutarchi, aut talium. Excerpſi potiora tantum quæ ad te mitterem, ſi ad editionis noſtræ formam aliquid conferre poſſent. Sed ſpero omnino poſſe. Tu vtere, ſi videbitur, & vale Typographorum ocelle. Cracouiæ Eidibus Iunii.

---

## SEBASTIANI CORRADI Notæ.

LIB. I. CAP. I.

Pag. 4. *Conſimilitratione poſt P. Cælius.*] Imo ante. ex Liuio lib. 26. & Plutarcho in Marcello.

CAP. VLT.

Pag. 35. *Pheræo Iaſoni*] Sic Cic. lib. 1. de Nat. Deorum. Sed Plutarchus *Prometheum* vocat.

Pag. 37. *Carthaginienſium egredientes claſſes.*] Lacedæmonios ſcribit Plin. lib. 11. c. 37.

*Siluestres capreas.* ] Cervas, ſcribit Plinius.

LIB. II. CAP. II.

Pag. 43. *Idem à ſenatu legatus.* ] Hiſtorias confundere hic videtur Valerius. nam diuerſi fuere Fabii. Liuius lib. 24.

CAP. V.

Pag. 50. *Eam autem ædem P. Cornelio Lentulo.* ] Perperam refert Valerius.

CAP. VI.

Pag. 56. *Indorum fœminæ.* ] De Thracibus hoc ſcribit Herodot. lib. 5.

*Septimum impleſſent annum.* ] Herodotus lib. 2. ſed quinque annos ſcribit.

CAP. VII.

Pag. 63. *Sex millium Romanorum.* ] Liuius & Cicero octo ſcribunt.

LIB III. CAP. II.

Pag. 77. *Hoſtium Duces.* ] Hoſtium Duces non ſcribit Liuius.

Pag. 80. *C. Attilius.* ] M. Zapyrium Liuius libro 1. & 5. & Plutarchus in Camillo vocauit.

*Q. Catulo, Sempronio Atracino Coſ.* ] *Qua C. Sempronio Atracino Coſ. cum Volſcis* videtur legendum, Liu. lib. 4.

*Male commiſſi prælii.* ] Imo bene. Liu. lib. 8.

Pag. 83. *Hannibal Capuam.* ] Imo Romani Capuam obſeſſuri erant abſente Hannibale. Liuius libro 25.

Pagina 84. *Hannibalem paulo ante.* ] Hannonem potius.

CAP. IV.

Pagina 95. *Alterius matrem olera.* ] De Euripidis matre contrarium oſtendit Suidas.

CAP. V.

*Monſtro ſimilius.* ] Imo niſi tenui fuiſſet valetudine alterum extitiſſet lumẽ ciuitatis, inquit Cicero in Catone.

CAP. VI.

Pag. 97. *Augendo exercitum.* ] Profecti ſunt legati, vt quæ vulgata erant de cultu ac deſidia Imperatoris, ſolutaque militiæ diſciplina comperta referrent.

CAP. VII.

Pag. 99. *Senatu vetante.* ] Non vetabat Senatus, ſed permittebat, ſi id è republica videretur. Liuius lib. 29.

Pag. 101. *Pro roſtris accuſaretur.* ] Quintilianus libro 5. & auctor De viris illuſtribus, & Aſconius accuſatum volunt, quod ſocios ad arma concitaſſet, vt forte Valerius velit id factum auctore Mithridate hic lib. 8. c. 6.

Pag. 102. *Capenam portam.* ] Ad portam Collinã progreſſum Annibalem ſcribit Liu.

Pag. 104. *Apud Pruſiam regem exularet.* ] Cicero lib. 2. de Diuinat. & Plutarch. de Exſilio hoc Antiocho dictum refert.

CAP. VIII.

Pag. 106. *Calenã transgreſſus.* ] *Cales* ex Liuio leges. niſi ad cuſtodias referas.

Pag. 107. *Q. Scæuolam Augurem.* ] Augur ante bellum ciuile mortuus videtur ex Lælio Ciceronis.

Pag. 110. *Inſidias ei nectentes.* ] Poſt Heraclidæ mortem hoc dictum refert in vita Plutarchus. qui etiã de inſidiatore à Probo diſſentit.

LIB. IV. CAP. I.

Pag. 117. *Literæ reddita eſſent.* ] Liuius li. 69. ſed de loco diſſentit & Plinius de vir. illuſtrib. qui ne factas quidem literas ſcribit.

Pag. 118. *Speuſippo amico.* ] Diogenes Laertius hũc amicum Xenocratem vocat.

*Theodorum principem.* ] Plutarchus Pteodorũ Megarenſem diuitem vocat, non Theodorum.

CAP. II.

Pag. 121. *Sexti quoque Liuii.* ] Marcus ab aliis dicitur.

CAP. III.

Pag. 123. *Indibili deſponſatã.* ] Lucceius dicebatur. Indibilis enim alter regulus fuit, de quo Liuius lib. 27. & 28.

Pag. 126. *Tribuſque ſeruis comitatus.* ] Plutarchus in vita quinque ſeruos ſcribit.

Pag. 127. *Duodecim ſeruos habuit.* ] Plutarchus in Apoph. & Athenæus lib. 6. quinque ſcribunt.

Pag. 128. *Nobile Athenarum ſcortum.* ] ἡ Φρύνη ἐν Θεσπιῶν inquit Athenæus lib. 11.

### CAP. V.

Pag.134 *Lariſſam intraret.*] Dion. lib. 42. non intraſſe, & Plutarchus in vita hoc Mytilene dixiſſe refert.

### CAP. VI.

Pag. 138. *Mithridatem coniugem ſuum.*] Pellicem fuiſſe ſcribit Plutarchus.

*Vxoria fidei ſpecimen.*] Cleombroti vxorem intelligere videtur, de qua Plutarch. in Agide.

*Minyæ.*] Herodot. lib. 4. Sed Plutarchus de claris Mul. Tyrrhenas vocat.

### CAP. VII.

Pag. 140. *Rutilio & Lenati.*] *Sulpitio* videtur legendum hic & in Lælio. A Naſica interrogatum ſcribit Plut. in Gracch.

*Lectorius.*] *Lycinium* vocat Plutarchus.

Pag. 142. *Seruius Terentius* ]Dion lib. 46. & Elbium Blaſium vocat, & rem multo aliter narrat.

### LIB. V CAP. I.

Pagina 150. *Muſicanes.*] *Miſagenes* dicitur à Liuio lib. 45.

Pagina 152. *Eiuſdem viri humanitas.* ] Hoc de ſuperiore Africano refert Liuius lib. 27. & Plutarchus in vita.

Pag. 156. *In agro Brutio.*] *An Apulia*, inquit Liuius libro 27.

### CAP. II.

Pagina 158. *Quintio & Minutio coſſ.* ] Romulio & Veturio cos. Liuius libro 3. & Dionyſius libro decimo.

*In Samnio.* ] *In agro Larinari*, inquit Liu.

Pag. 159. *Duo millia Romanorum.* ] Liuius libr. 34. non ponit numerum, ſed Plutarchus in vita 1200. ait fuiſſe.

### LIB. VI. CAP. I.

Pag. 192. *Conſulis iuſſu centurio.* ] *iniuſſu* fortaſſe melius ex Liuio.

### CAP. II.

Pagina 196. *Directis in Pompeium manibus.* ] Atqui tunc Pompeius Capuæ videtur fuiſſe, vt apparet ex epiſt. Ciceronis *19.* ad Attic. lib. 2.

CAP.



### CAP IV.

Pag. 204. *C. vero Pompilius*] Cicero Philipp. 8. & Liuius l. 45. C. Octauium vocant.

### CAP VI.

Pagina 212. *Poſt duorum*] Imo ante. Polybius lib. 1. Liuius lib. 2. Florus lib. 1. cap. 6.

### LIB. VII. CAP. II.

Pag. 225. *Dicere non putaram.* ] Seneca Fabio tribuit lib. 2. cap. 31. de Ira.

Pag. 227. Legem *ferri iuſſit* ] Atqui multo ante diſceſſerat. Liu. lib. 50.

P. 229. *Bias autem.* ] Seneca lib. 2. cap. 5. De Tranquill. & epiſt. 9. De Stilpone refert.

Pag. 230. *Malo inquit virum.* ] Cic. libr. 2. de off. quem Plutarchus hoc de ſua filia dixiſſe refert in eius vita & Apoph.

Pag. 231. *Subtiliter Anacharſis.* ] Plutarchus in Solone Zaleuco tribuit. vide & Stob. ſerm. 43.

*Ageſilai facto.* ] Multo aliter Plutarchus in Ageſilao.

### CAP. III.

Pag. 235. *Saturnini Vetulionis.* ] Pompeium vocat Appianus lib. 4.

### LIB. VIII. CAP. I.

Pag. 258. *Cælius in cubiculo.*] Titum Cloelium vocat Cicero pro S. Roſcio Amerino.

### CAP. III.

Pag. 263. *C. Cæſarem.* ] *Iulium Cæſarem iterum & Seruilium Coſſ.* Ita libri nonnulli habent, & Quintil. lib. 1. Appianus lib. 4.

### CAP. V.

Pag. 265. *Cn. Cornelium.* ] Aſconius in Oration. pro Corn. Q. Catulum ponit, & L. Lucullum omittit.

### CAP. VII.

Pag. 269. *Noluit σοφὸν.* ] ἰοφῶν lego ex Luciano.

Pagina 270. *Octogeſimo anno.* ] ἔζησεν ἔτη ϖθ´, inquit Suidas.

Pagina 271. *Cum Chryſippo diſputaturus.* ] Zenonis libris reſponſurus, vt

ait Plinius libro 25. capite 5.

Pagina 272. *Octogeſimo anno captum*] atqui ſeptuaginta tres vixiſſe tantum ſcribunt Laertius & Suidas.

*Ad vndecimum.*] Contra ſcribit Cicero Acad. li. 2. & Suidas.

CAP. VIII.

Pag. 274. *Se P. Craſſo.*] L. non P. dicebatur.

*Q. Sceuola.*] Vereor ne ponat Q. pro P. qui id feciſſe dicitur lib. 1. de Orat. cum Q. ſit teſtis remiſſionis.

CAP. XI.

Pag. 278. *L. Pauli.*] Plutarchus in Paulo Æmilio multo aliter.

Pagina 280. *Euphranoris manus.*] Plinius lib. 35. cap. 21. Pauſanias in Atticis Praxiteli tribuit.

CAP. XIII.

Pagina 282. *Et noſtra ornata mentio.*] *ei* legimus.

*Duobus & ſexaginta.*] XLII. Liuius libro 30. Plinius vero libro 7. cap. 48. ſcribit.

Pag. 283. *Tertium & centeſimum.*] CXVII. ſcribit Plinius.

*Cui Methymnato nomen.*] ὄνομα σθεμβαν inquit Suidas.

Pag. 284. *Sexaginta annos natus.*] XL. ſic etiam Plinius lib. 7. c. 8.

*Herodotus ſcribit*] Atqui lib. 3. ſcribit: ἕπτα μὲ εἴκοσι ἑκατόν.

*Et Indi.*] De Indis multo aliter Arrianus lib. 8. Plin. l. 7. c. 48. & Laert.

*Latinorum regem.*] *Lamorum* alii libri. Sed in Plinio *maritimorum.*

CAP. XV.

Pagina 289. *Qu. Fabii Marci fratris.*] *Q. Fabii Maximi fratris.* recte. nam frater Q. dicitur. in Lælio. Liuius libro 51. Hic ſ libro 5. c. 3.

Αὐτὸς ἔφη. ] αὐτὸς ἔφα ſcribit interpres Ariſtoph. Nubib.

LIB. IX CAP. I.

Pag. 293. *Filium ſuum.*] Hoc de patre Æſopo refert Plin. lib. 10. c. 51. & lib. 35. cap. 12.

CAP. II.

Pag. 298. *Quatuor legiones.*] Octo millia Liuius. Varro libro 3. de re ruſt. Plutarchus in vita. Appianus numerum non ponit.

*Quatuor millia & ſeptingentos.*] De hoc numero vel diſſentiunt, vel nihil ſcribunt alii.

*C. Cæſaris conſularis*] C. Cæſar Æditius tantum fuit Aſcarius pro Scauro. Quare lego L. Cæſaris lib. 5. c. 3. lib. 8. c. 6.

CAP. III.

Pag. 303. *Præturam adeptus erat.* Tribunatum ſcribit Plinius libro 33. cap. 1.

Pag. 305. *Amilcaris odium.*] De dicto tacent, ſed de odio ſcribunt Polyb. libro 3. Liuius 21.

CAP IV.

Pag. 306. *In Hiſpania Silium.*] *Q. Sextium* vocat Hirtius. & de numero HS. diſſentit.

CAP. V.

Pag. 308. *Nec reſponſum vllum.*] Polybius libr. 5. & Liuius lib. 12. Plut. in vita de hac Annibalis ſuperbia tacent.

CAP. VI.

Pagina 310. *Cn. autem Domitium.*] Atqui Fabium aduerſus hunc regem pugnaſſe ſcribunt Liuius lib. 61. & Oroſius libr. 5. capite 14.

*Simulantes ſeſe domum.*] Domum tamen rediiſſe ſcribunt Polybius libro 1. Oroſius libro 1. & 7. capite 9.

*Hannibal porro.*] Aliter Liuius lib. 23.

CAP. VII.

Pagina 311. *Populus enim Mumium.*] *A. Numium* vocat Liuius lib. 69. & Oroſ. lib. 5. cap. 17.

CAP. VIII.

P. 313. *Africam repetens.*] Ex *A*frica profugus inquit Pomponius Mela li. 2. capite 7.

CAP. XI.

Pag. 318. *Vnius Parricidii*

*cogitatione.* ] Tiberium intellige, quem Seianus voluit interficere. Suet. in Tiberio, Dion lib. 57. Tacitus lib. 5. Ioſephus lib. 18. capite 13. etſi in Auguſtum etiam multi coniurarunt, Dion, Tacitus, Seneca, Paterc.

CAP. XIII.

Pag. 324. *M. Aquilius.* ] Appianus Attilium vocat.

CAP. XIV.

Pag. 326. *Pompeius in illis.* ] Vnum tantum refert Solinus.

Pag. 327. *Artemon.* ] Ita & Plinius lib. 7. c. 12. Sed Arteon & ex plebe dicitur à Solino c. 4.

*Romam frequenter.* ] De Auguſto refert Macrobius lib. 2. Saturn.

INSE-



# INSERENDA ANIMADVERSIONIBVS Valerianis, à CHRISTOPHORO COLERO.

LIB. I. CAP. I.

PAgina 7. *Creditum eſt Varronem.* ] Creditum eſt, ait, Varronem conſulem tam infeliciter pugnaſſe ob neglectam religionem. Non ſane vana, ſed certiſſima improſperę militiæ cauſa, vel Horatio teſte:

*DI multa*, inquit, *neglecti dedere*
*Heſperia mala luctuoſa.*

Contra feliciter pugnandi ratio non tam in diſciplina, vt Vegetius libro 1. cap. 1. aliiq; cenſent, quam in pietate & religione cõſiſtit: quod etiam Cicero adfirmat Orat. de haruſp. reſponſ. *Quam volumus licet, P. C. ipſi nos amemus: tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipſo eius gentis ac terræ domeſtico natiuoque ſenſu, Italos ipſos ac Latinos, ſed pietate ac religione, atque hac vna ſapientia, quod Deorum immortalium numine omnia regi, gubernarique perſpeximus, omnes gentes nationesque ſuperauimus.* Legantur multa huc pertinentia apud Aurelium Auguſtinum de Ciuitat. & Lactantium. Inter maxima autem pietatis opera, quæ militiæ præſtarentur, pudicitiam numerabant: ac viciſſim impudicitiam diſciplinæ militaris peſtem eſſe maximam minime dubitabant. quod tot illuſtrium gentium ac nationum deuaſtationes ac ruinæ longo etiam poſt interuallo teſtatæ ſunt. Saluianus libro 7. *Cur Deus Vandalis occupandam dederit Hiſpaniam fortiſſimam imbelliſſimis? Ad impudicitiæ damnationem, vt impudicis pudiciſſimi imperarent.*

CAP. V.

Pagina 14. *Signifer, ſta-*

*tuæ ſignum.* ] Simile quiddam Venetis accidit. Illi enim capta Conſtantinopoli noluerunt imperium transferre, cum conclamatum eſſet Venetias à Veniendo dictas.

### CAP. VII.

Pag. 25. *Aterii Rufi equitis Romani ſomnium certo euentu admonitum eſt* ] Recte Lipſius libr. 1. cap. 7. *Admotum eſt.* Metaphora ducta à lineis Circenſibus. Et ita Seneca locutus eſt epiſt. 50.

### LIB. II. CAP. II.

Pagina. 42. *Tenaciſſimum vinculum.* ] Eadem mente Alexander Seuerus ad milites Antiochenos, apud Lampridium: Diſciplina maiorum Rempublicam tenet, quæ ſi dilabatur & nomen Romanum & imperium amittemus.

Pag. 43. *Græcis vnquam, niſi Latine.* ] Cauſas ſubiungit: *Quo latinæ vocis honos, per omnes gentes venerabilior diffunderetur.* Et aliam poſtea: *Nulla non in re pallium togæ ſubiici debere arbitrabantur.* Seruatur & patrius ritus, linguæ patriæ tuitione. inde C. Marium Græcæ linguæ contemptorem laudat infra Valerius. Sane linguæ imitatio & imitationem morum parit, vtrumque autem imitari in aliis, eſt eoſdem videri velle. Acarnanes & alii Athenienſium ſocii, pro Athenienſibus habiti ſunt ſemper ab hoſtibus, cum propter linguæ Atticę vſum, tum propter moris imitationem, vt notauit Thucydides lib. 7. Oratione Niciæ. Ea cauſa Themiſtocles quoque annuo ſpacio linguam & mores Perſarum, ad quos profugerat, didicit; nec prius, quam ea calleret, cũ eis degere voluit, haud ignorans tenaciſſimũ humanæ ſocietatis vinculum in his conſiſtere.

Pag. 44. *Antiqui moris reſpectus.* ] Quo Romanas res ſtare, perfectiſſimus Romanus vates veriſſime cecinit. Citatur apud Capitolinum Epiſtola Diui Marci Principis ad Præfectum ſuum, in qua & hęc legas: *Neque enim milites regi poſſunt niſi vetere diſciplina. Scis enim verſum à bono poeta dictum & omnibus*



*bus frequentatum Moribus antiquis.*

### CAP. V.

Pag. 51. *Quas populi oculis ſubiicere.*] Spectat huc illud Saluiani lib. 1. de priſcis illis Romanis: *Cum viles ac ruſticos cibos, ante ipſos, quibus coxerant, focos ſumerent, eosque ipſos capere, niſi ad veſperam non liceret.*

### LIB. III. CAP. V.

Pagina 95. *Primus ab his indoctis erroribus.*] Emendaueram *doctis erroribus.* Sed ita olim Lipſius Elect. lib. 2. c. 11. quoque. Hercle factum gaudeo.

### LIB. IV. CAP. III.

Pagina 123. *Indibili deſponſam.*] Imo Luceio, vt habet Frontinus. Indibilis Rex fuit, de quo Liuius & alii. Fuit & opidum hoc nomine apud Frontinum, lib. 2. Sed Frontini illa verba neſcio quem mihi ſcrupulum iniiciunt: *Qua multiplici magnificentia vniuerſa gens victa imperio populi Romani ceſſit.* Scipio enim dum Luceio ſponſam cum auro reddidit, non magnificus ſed munificus audire debuit. Quare legerim: *Qua multiplici munificentia.* Atque ita Valerius quoque claudit: *Qua continentia ac munificentia &c.*

Pag. 125. *Popularis aſſignationis modum.*] Septem iugerum, vt modo dixit. Olim enim modus iſte agri ciuibus aſſignatus fuerat à C. Licinio Tr. Pl. Varro de Re Ruſt. lib. 1. cap. 2. *Eiusdem gentis C. Licinius Tribunus Plebis cum eſſet poſt Reges exactos annis* CCCLXV. *primus populum ad leges accipiendas in ſeptem iugera forenſia è comitio eduxit.* Valerius paulo poſt de Attilio Regulo: *Villicum in agello, quem ſeptem iugerum in Pupinia habebat.* Et illud de Cincinnato egregie ἐπιφωνεῖ: *Anguſte ſe habitare nunc putat, cuius domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.* Poſteriori etiam ſeculo ſeptenarium numerum in metiendis agrorum iugeribus vſitatum fuiſſe, neſcio quid coniectare liceat ex illo Martialis diſticho turpiculo:

*Vicini, moneo, ſanctum celebrate Priapum,*
*Et bis ſeptenis parcite iugeribus.*

## CAP. III.

Pag. 126. *Eodemque vino, quo nautæ.*] Spartianus de Hadriano: *Cibis etiam caſtrenſibus in propatulo libenter vtens, hoc eſt larido, caſeo, & poſca, exemplo Æmiliani & Metelli, & auctoris ſui Traiani.*

## CAP. IV.

Pag. 130. *Quaque modo arantium boum.*] Ita Saluianus lib. 1. *Cum ab aratro arceſſerentur ad faſces; & illuſtrandi habitu conſulari, illis fortaſſe ipſis, quas aſſumpturi erant, imperialibus togis madidum ſudore puluerem detergerent.*

## CAP. VII.

Pag. 142. *Pectori ſuo applicauit.*] more quodam peculiari, niſi fallor. Idē notat Prudentius in Hymno Romani Martyris:

*Talia retextens applicabat pallium*
*Manuſque tendebat ſub ictu & ſanguine,*
*Venarum vt vndam profluam manantium*
*Et palpitantis oris exciperet globum:*
*Excepit, & caro applicauit pectori.*

## LIB. V. CAP. I.

Pag. 153. *In ſummo terrarum orbe.*] Libri veteres: *In ſuo modo terrarum orbe.* ἐξοχὴ eſt potētiæ Cn. Pompeii. de qua paſſim etiam Cicero & ſtomachoſe quidem ἐπικεφάτην appellitat ad Att.

Pag. 156. *More Macedonum.*] An igitur cauſia vox Macedonibus propria. Militare tegumentum capitis fuiſſe & ex hoc loco & ex Vegetio diſcas, imo ex Plauti Perſa, & Milite. Scena:

*Sequimini.*
*Cauſiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam.*

Vtebantur ea pugnatores, ne oculi à ſolis radiis perſtringerentur. Fuiſſe tamē & Romæ geſtatam ſignificat Martialis libr. 14. hoc lemmate:

*Cauſia*
*In Pompeiano tectus ſpectabo theatro:*
*Nam ventus populo vela negare ſolet.*





Græca origine eſſe vocem non dubito. ἀπὸ τοῦ καίειν. Suidas: Καυσία, εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ.

## LIB. VII. CAP. IV.

Pag. 240. *Papauerum capita baculo.*] Liuius li. 1. Dionyſ. lib. 4. Florus lib. 1. c. 7. Frontinus lib. 1. ſtratag. cap. 1. Simile narrat Ariſtoteles de Periandro lib. 5 Polit. c. 10.

## CAP. VI.

Pagina 245. *Quatuor & viginti millia ſeruorum.*] Liuius & alii tantum octo millia tradunt. vide doctiſſimum Lipſium lib. 2. Elector. cap. 11.

## LIB. VIII. CAP. IX.

Pag. 275. *A Capite eius.*] Frequenter Rempubl. corpori humano & eius partibus æquiparant veteres. Agrippa Menenius apud Liuium & Florum, Iphicrates apud Stobæū. Hinc locutiones natæ *Reipublicæ caput*, vt hic. Florus lib. 2. cap. 1. *Adeo difficile fuerat dare Italiæ caput.* Varroni etiam *biceps ciuitas* quæ in duas partes diuiſa, & monſtri ſimilis. Tacitus lib. 1. *Quomque patieris Cæſar non adeſſe caput Reipublicæ?* Hunc locum nec Lipſius, nec Curtius Pichena nuper explicare videbatur ſatis dilucide aut vere. Puto ego talia dicentem apud Cornelium voluiſſe ſignificare, Rempub. ſine capite, hoc eſt, principe, eſſe monſtroſum quiddam. Simili modo Epaminondam Thebanum, magno & egregio exercitu conſpecto, ſed ſine duce, dixiſſe legimus: ἡλίκον θηρίον καὶ κεφαλὴν οὐκ ἔχει: *Quanta belua ſine capite?* Et Cato: *Veſtra legatio neque caput neque pedes habet.* Poeta de plebe: *Belua multorum es capitum.*

# INDEX COPIOSISSIMVS CVM RERVM TVM NOMINUM, quæ in Valerio Maximo.

## A

*ABſtinentiæ & continentiæ exempla require pag. 123. vſque ad pag.* 129
*Accius poeta* 102. 285
*Acron rex Ceninenſium* 78
*Admetus rex Theſſaliæ* 136
*Adulteria deprehenſa à quib. vindicata* 191. 192
*Æbucia* 251
*Ægles Samius* 35
*ælia familia* 131
*ælius præt.* 176
*æmilia virgo* 4
*æmilianus Scipio. vide Scipio Æmilianus.*
*æmilius Lepidus* 75
*æmilius Paullus* 72. 156. 186
*æmilius Scaurus* 101. 102
*ænei tauri inuentor* 302
*æſchines* 277
*æſchylus poeta* 322
*æſculapii ædes* 30 31
*æſopus Tragicus* 277. 293
*æthiopum ſenectus* 284
*afrania Licinii Buccionis* 262
*africanus ſuperior* 61 114. 121. 134 161. 162. 177. 211. 217. 285. 288. 312
*africanus poſterior* 61. 115. 152. 163
*eius aui humanitas* 152
*africanus Graccho recõciliatus* 121
*agamemnõ, pictura T. mantis* 280
*agathocles Syracuſanorũ rex* 242
*ageſilaus* 231
*aglaus Sophidius* 224
*agrigentinus Gillias* 148
*agrippa Menenius* 130
*ahala Mag. eq.* 164
*aiax pictus* 280
*albanus lacus* 17
*alcæus poeta* 119
*alcamenes* 279
*alceſtis Tragicus* 103
*alcibiades* 28 76. 221. 275
*alcioneus, Antigoni F.* 156
*alexander Coſmographus* 284
*alexander, Fannii ſeruus* 263
*alexander Pheræorum rex* 325
*alexander rex Macedoniæ* 13. 90. 92. 110. 111. 128. 144. 154. 179 205. 236. 286 305. 308
*altercationes de triumpho* 64. 65
*amæſia Sentia* 262
*amicitiæ vinculum, à pag* 139. *vſq; ad pag.* 145
*amilcar* 28. 305
*amor coniugalis, à pag.* 136. *vſq; ad pag.* 139
*amor filiæ erga matrem* 170
*amor & indulgentia parentum in liberos* 180
*amor patris in filium* ibid.
*amphiaraus* 291
*amphinomus frater Anapi* 172
*anacharſis* 231
*anacreon* 325
*anapus frater Amphinomi* 172
*anaxagoras philoſop.* 181. 230 279
*anaxarchus* 91 286
*anaximenes præceptor Alexan.* 237
*ancus rex* 124
*androgyne* 262
*annibal, Amilcaris F* 25. 81. 83. 102 104. 106 109. 114. 145 156 157 165. 177. 212. 238. 241. 242. 295 300. 305. 308. 310. 313
*annibal Giſconis F.* 238
*annius* 203
*anno dux Carthaginienſiũ* 151. 231
*antabagius* 174
*Antigenidas tibicen* 103
*antigonus* 156
*antiochus rex Syriæ* 95 180 296 327
*antii Reſtionis ſeruus* 216
*antipater poeta* 37
*antiquorum epulæ* 39. *frugalis vt-*

ctus 50
Antiſtes templi Dianæ 233
Antonia 124
Apelles 279,281
Apolloniatæ 16
Apollo vindex ſui numinis 7
Apollo Pythius 165
Appius 282
Ap. Claudius 189,225
Aptus motus corporis in loquendo, à pag. 274, vſq; ad pag. 278
Arcades duo 28
Archelaus 297,322
Archilochus poeta 202
Archimedes 271
Architas Tarentinus 118,270
Areopagus 53
Arganthonius Gaditanus 284
Ariarathes (falſus) Cappadociæ rex 330
Ariobarzanes rex Cappadociæ 181
Arion Pythagoricus 270
Ariſtides 166
Ariſtogiton 74
Ariſtomace Syracuſana 325
Ariſtomenes Meſſenius 37
Ariſtonicus 81,94,268
Ariſtophanes 229
Ariſtoteles 179,230,287
Artemiſia 137
Artemon 327
Artium effectus rari, à pag. 278, vſq; ad pag. 281, earum optimis magiſtris concedendum eſſe 281
Artorius medicus 23
Aruns, Tarquinii F. 175
Aſdrubal 6,88,92,101,115,302 303, eius vxor 88
Aſinarii vafre dictum 236
Aſinius Pollio 284
Aterius Rufus 25
Athenis vir quidam ex literato illiteratus factus 34,35
Athenienſis quidam 238
Athenienſis ſenex 135
Athenienſis femina muteſcens 35
Athenienſium religio 10, inſtitutum contra otioſos, Areopagus, honor erga virtutem, actio in ingratitudinem 52,53, ingratitudo 165,166, ſeueritas 202, ſtupor 235 crudelitas 301, temeritas 313
Athleticum primum certamen 49
Atilius Auiola 34
Atilius 130
Atilius Regulus 131
Atilius Serrranus 47
Attalus rex 36,147
Atys, Crœſi F. 26
Auaritiæ dediti 306,307
Auguſtus Cæſar 22
A. Albinus 313
A. Atilius Calatinus 65,257
A. Cæſellius 196
A. Calpurnius 306
A. Fuluius 183
A. Gabinius 121,255 297
A. Numius 311
A. Poſthumius 30,59
Aurelia Oreſtilla 295
Auſpicia, à pag. 12, vſq; ad pag. 14

B

BAdius Campanus 151
Barbarorum barbaries 300, 301, 302
Babius Tamphilus conſul 5
Beneuolentia fraterna, à pag. 173, vſq; ad pag. 175
Beronice regina 315,316
Betultus rex Aruernorum 310
Bias 119,230,237
Biton & Cleobis 172
Blaßius 109
Bocchus 285
Boſporanorum neceßitas 247
Brennus 7
Brochus 191
Brutorum domus obſeſſa à Matronis 293
Brutus conſul 175
Brutus 137,141,233,324
Burbuleius 327
Buſa femina 146

C

CÆcilia Metelli 14
Cælius hiſtoricus 24
Cælius Rufus 128
Cæneus 316
Cæpio trib. pleb. 141
Cæpionum teſtimonia 264

Cæſar



Cæſar 153
Cæſellius 281
Cæſetius eq. R. 118
Cæſetius Rufus Senator 308
Cæſo 131
Catus Pythagoricus 270
C. Antonius 67,122
C. Atilius 80, miles 85
C. Aquillius 261
C. Aurelius Scaurus 46
C. Bloſius Cumanus 140
C. Cæſar 85,135,164,180,220, 279,313
C. Calpurnius Piſo 250
C. Carbo 101,170 Tr. pl. 193 legatus 312
C. Caßius 15,33,76,141,182,314
C. Claudius Nero 115
C. Cornelius Hiſpallus 11
C. Coſconius 256
C. Cotta 58
C. Curiatius 101
C. Decianus 258
C. Duilius 97
C. Fabius Dorſo 5
C. Fabius Pictor 286
C. Fabricius Luſcinus 32,130
C. Figulus 303
C. Fimbria Tr. pl. 317
C. Flaminius 4,18,170
C. Flauius 264
C. Gallius 191,277
C. Geta 70
C. Gracchus 24, 67,141,164,276
C. Heluius Tr. pl. 314
C. Hoſtilius Mancinus 18
C. Iunius Bubulcus Brutus cenſor, 68, 286
C. Lælius, require Decimus Lælius.
C. Licinius Hoplomachus 266
C. Licinius Macer 321
C. Licinius ſacerdos 116
C. Licinius Stolo 47,266
C. Luſcius Tr. mil. 191
C. Lutatius Conſ. 65
C. Marius 14, 24, 43, 46, 67, 73, 83, 98, 107, 127, 159, 191, 192, 220, 261, 266, 285, 290, 298, 311
C. Memmius 191.255
C. Meuius Centurio 108
C. Nautius 158
C. Peſcennius III. vir Capitalis 190
C. Piſo 106
C. Plautius Numida 136
C. Plotius 190 miles manipularis 191
C. Plotii Planci familiæ fides 215
C. Popillius Lænas 164 204
C. Pulcher 49
C. Scantinius Capitolinus Trib. pl. 190
C. Sempronius Atratinus 80
C. Sergius Orata 292
C. Sulpicius Gallus 201 eius aſtrologia 278
C. Sulpicius Teticus 47
C. Tettius 249
C. Titinnius Minturnenſis 261
C. Titius 60
C. Toranius 317
C. Valerius ædilis 257
C. Valerius Flaccus 218
C. Vettienus 200
C. Viſellius Varro 261
Calagurritanorum neceßitas 248
Calanus Indus 36
Calchas pictus 280
Calippus 110
Callidius Bononienſis 258,277
Calliſthenes 230,305
Calpurnia 23
Calpurnius Lanarius 266
Calpurnius Piſo 126
Caluinus Domitius 279
Cambyſes rex 202
Camillus 14,68,177
Campana luxuria 295
Campani ſenatus inſolentia 309
Campanorum humanitas 156
Caninius Gallus 122
Capite cenſi primi milites 46
Carbo Accienus 191
Carbo Aruina 299
Carneades philoſophus 270
Carrinas 252
Carthaginienſium ingratitudo 165 crudelitas 299, perfidia 310
Caſilinates 246
Caßius Parmenſis 24
Caſtores viſi 30

catilina 67.146.295
cato 68.73.153.194
cato maior 82.101.127
cato poſterior 127
cato Uticenſis 82. eius filia ibid.
catonis induſtria ac ſtudium 267
ceiorum venenum publicum 54
celtiberorum in prœliis mos 55
cenſoria ſeueritas, à pag 67. vſque ad pag. 71
cenſorius quidam 189
centurio Manlianus 191
cereris vindicta in Alexandri milites 9
chariſtia quid 41
charondas Thurius 210
chryſippus 272
cicereius Scriba 95.134
cimbrorum mos in prœliis 55
cimo Athenienſis 166 221
cimonis pietas erga patrem 171
cinna 67.127
cinninienſis populus 203
ciuium Rom. gratitudo erga patriam 177
claudia virgo Veſtalis 170
claudia 259
claudius Aſellius 201
claudius Centumalus 260
claudius Nero 69
cleanthes 272
clearchus Lacedæmoniorū dux 63
clementia require Humanitas & Clementia.
cleobis & Biron 172
cleon latronum dux 322
cleopatra 300
clodia A. filia 283
clodius Pulcher 96
clœlia virgo 78
clœlii fratres 258
cloris Locrenſis 325
cluuia Facula 158
cn. Apronius 212
cn. Aſinius Dio falſus 284.329
cn. Bæbius Tr. pl. 227
cn. Calpurnius 11
cn Carbo 193.196
cn Cornelius Scipio Aſina 219
cn. Cornelius Scipio Hiſpalli F. 199
cn. Dolabella 275
cn. Domitius Cenſor 70. Ahenobarbus 195 294.310
cn. Domitius Tr. pl. 208
cn Flauius prat. 303
cn. Flauius, iuris ciuilis promulgator 50
cn Fuluius Flaccus 65
cn Furius 191
cn. Lentulus Marcellinus cōſul 195
cn. Lollius 259
cn. Mallius 46
cn Manlius 191
cn. Marcius 124
cn. Piſo 194
cn. Pompeius 20.33.49 81.85.108 137.138.153.194. 290.308. eius miles 176
cn. Popillius Lænas 164
cn. Scipio 17.95.98.134
cn. Sergius Silus 190
codrus, rex Athenienſium 178
collegium tribunorum 208
coma frater Cleonis 322
cominius Tr. pl. 191
coniugalis amor, require Amor cōiugalis
conſidius publicanus 293
conſtantia multorum, à pag. 105 vſque ad pag. 112
continentia. vide Abſtinentia & continentia, &c.
coriolani pietas 168
cornelia 121.129.136
cornelii quinq; 163
cornelius Balbus 253
cornelius Cinna 314
cornelius Caſſus 79
cornelius Gallus 321
cornelius quater primipilaris 190
cornelius Rufinus 69
cotys rex 104
craſſus locuples 220
cretenſium mos 232. neceſſitas 248
crœſus 26 eius F. ibid.
crudelitas nonnullorum, à pag. 297 vſq; ad pag. 303
cteſias 284
cteſiphon 277
culeo prætor 211





cupiditas gloriæ, à pag. 285, vſq; ad pag. 288, Vitæ, à pag. 324, vſque ad pag. 326
tres Curiatii 200
curio 327
curionum domus 294
curtius 175.176
cymæorum ſeruus 327
cyneas Theſſalus 125
cynegirus Athenienſis 84
cyprii effeminati 297
cyrus 172,273,315
cyrus ſuperior 27

D

DAmaratus mercator 93
Damaſippus 299
Damaſtes 284
Damon 143
Dantho quidam mire ſenex 284
Daphidas 36
Darius 90,111,144,154,161,172 237,301
Daſius 109
Decii duo, pater & filius 176,177
Decimus Lælius 143
Degeneres, à pag. 95 vſq; ad pag. 97
Deiotarus rex 13
Demades 231
Demochares 110
Democritus philoſophus 270, 287
Demoſthenes 95,237,268, 278
Demoſtratus 110
Deorum cultus 3,4,5
D. Brutus 285
D. Silanus 182
Dii Penates 33
Dinocrates 13
Diogenes Cynicus 128
Diogiris Thraciæ regis filia 300
Diomedon 10
Dion Syracuſanus 110,118, 143
Dionyſius 9 27,28
Dionyſius rex Syracuſanorum 325
Dionyſius tyrannus 118,222
Diphilus Tragœdus 196
Diuus Iulius, vide in litera I.
Domini ſeruorum, Equites & Centuriones 177
Dripetine 37
Druſus Germanicus 123,174
Duces ex agris ad magiſtratū accerſiti 130,131
Duellorum victores 79
Duorum fratrum pietas erga parentes 172
Duronius 69

E

EBates equiſo Darii 236, 237
Effectus artium rari, à pag. 278 ad pag. 281
Egnatius Metellus 201
Eloquentiæ vis 274
Ennii effigies 285
Epaminondas 88,104
Epaſtus 171
Ephæſtio 144
Ephialtes Athenienſis 110
Ephori 120
Epimenides Gnoſius 284
Epiorum ſenium ibid.
Equa parit leporem 21
Eques gloriæ cupidus 286
Equitii Firmani mendacium 329
Equitius 83, 108
Equitum Romanorū probatio 45
Equitum & Centurionum in patriam pietas 177
Eraſiſtratus medicus 181
Error multorum 314
Erus Pamphilius 34
Euander Argiuus 45
Etruſcorum crudelitas 302
Euclides Geometra 281
Eumenes rex Aſiæ 42
Euphranor 280
Euporus, require Philocrates.
Euripides 95.103
Exercitus Ro. indignatio 303

F

FAbius alter Verrucoſus 158
Fabius Maximus 114,235
Rullianus 80
Fabricius Luſcinus 69,132
Familiæ ementitæ, à pag. 328, vſq; ad calcem libri
Fannia 261,262
Fauonius 73
Fauſtus, Sullæ F. 12
Febris deæ ſacella 51
Felicitas multorum 223

Fides publica à quibus ſeruata, à pag. 211 vſque ad pag. 213
Fides ſeruorum erga dominos, à p. 214 vſque ad p. 217
Fides vxorum erga viros 213
Fiducia ſui, à pag. 98 vſque ad pag. 106
Filiæ pietas erga patrem 117
Filius Æſopi Tragœdi 293
Filius Clodii Pulchri 96
Filius Cræſi ad tempus mutus vocalis factus 172
Filius P. Decii 176
Filius Q. Fabii degener 96
Flamininus 159
Fœminæ indicæ 56
Fœminæ memorabile factū, potionem mortiferam bibentis 54
Fœminæ Pœnicæ 56
Fœminarum Ro. luxuria 293
Fortitudo plerorumq; à pag. 77, vſque ad pag. 90
Fortitudo patrum in filiorū obitu, à pag. 185 vſque ad pag. 188
Fortunæ muliebris ſimulacrum 31
Fortunæ mutatio, à pag. 217 vſque ad pag. 224
Fratrum beneuolentia 173 paria 172
Frugalitas diuerſorum, à pag. 50 vſque ad pag. 52
Fuluia 295
Fuluius 158, 184
Fuluius Flaccus 46, 86, 105, 121 263
Furius 143, 281
Furius Camillus 31, 113, 238
Furti damnatus 262

G

GAllius 277
Gallorum mos in mutuo dando 55
Gaurus ſpado 300
Gelo 89 cætera vide in Hiero.
Gemellus Tribunicius 295
Geminius Metius 59
Gentius rex 90
Genucius Cipus præt. 176
Genucius (alter) quidam 250
Gillias Agrigentinus 148
Gladiatorum munus primum 49
Glaucia 83
Gobrias 87
Gorgias Epirota 35. Leontinus 283 291
Granius 304
Gratidius legatus 312
Gratitudo nonnullorum, à pag. 157 vſque ad pag. 162
Grauiter dicta aut facta, à p. 202 vſq; ad p. 207
Gryllus Xenophontis F. 187.
Gyges rex Lydiæ 224

H

HAdrianus 315
Harmodius 74
Harmonia Gelonis filia 89
Hegeſias Cyrenaicus philoſoph. 276
Hellanicus 284
Heluius Mancia Formianus 195
Heraclides 110
Herennius Pontius Samnis 231
Herennius Siculus 321
Hermocles 287
Herodotus 284
Herophilus equarius medicus 328
Heroſtratus 287
Hieronymus tyrannus 109
Hiero Siciliæ rector 283
Hiero Syracuſanus 9, 147
Hippoclides philoſophus 37
Hippo femina 191
Hipſicratea vxor Mithridatis 138
Hirtius 116
Hiſpani duo fratres 318
Homerus 274, 322
Honoris templum 4
Horatius 200
Horatius Cocles 78
Horatius Puluillus 186
Hortenſia. Qu. Hortenſii filia 263
Hortenſius Corbio 96
Humanitas & clementia multorū, à pag. 149. vſq; ad pag. 158
Humiles nati clari facti, à pag. 93 vſq; ad pag. 96
Hybrea Milaſenus 327

I

IAſo Pheræus 35. 138
Iaſo Theſſalus 316





Improbe dicta, à pag. 316, vſq; ad pag. 320
Inceſtus animaduerſus 201
Indibilis 123
Indicarum feminarum amor erga maritos 56
Indoles multorum à pag. 75, vſque ad pag. 78
Indorum patientia 92, ſenectus 284
Indulgentia patrū erga liberos 180
Induſtria multorum, à pag. 267 vſq; ad pag. 274
Inſtituta externa, à pag. 52, vſq; ad pag. 57
Ingratitudo multorum, à pag. 162 vſq; ad pag. 168
Innocentia diuerſorum, à pag. 50 vſq; ad pag. 52
Iophon Sophoclis F. 272
Ira & odium, à pag. 302, vſq; ad pag. 306
Iſocrates 272
Iubellius 63
Iudicia priuata inſignia, à pag. 260 vſq; ad pag. 263
Iudicia publica inſignia, à pag. 254 vſq; ad pag. 261
Iugurtha 218, 285
Iulia C. Cæſaris 137
D. Iulius 33, 83, 196, eloquentia eius 275
Iunius Brutus 130
Ius ciuile cum Faſtis promulgatū 50
Ius triumphandi, à pag. 64, vſq; ad pag. 68
Iuſtitia multorum, à pag. 206, vſq; ad pag. 211
Iuuenis cognomine Pulto 172
Iuuentius quidam 251
Iuuentus inſtructa 41
Iuuentutis Romanæ gratitudo 158
Iuuenum Græcorum facinus 316

L

LAcedæmon 138
Lacedæmonii 52, 53, eorum legati 135, inſtitutum 138, graue reſponſum 130
Lælius 140, 173, 273
Lætorius 140
Laodice Antiochi vxor 327
Lar Tolumnius Veientium rex 314
Latinæ linguæ obſeruantia 42
Leges de triumpho 64
Lentulus Spinther 253, 327
Leonicus 160
Leonidas Spartanus 87
Liberalitas multorum, à pag. 145, vſq; ad pag. 149
Libere dicta aut facta, à pag. 192, vſq; ad pag. 198
Libido 292
Libitinariorum gratuitum miniſterium 160
Libo Tr. pl. 255
Licentia illuſtrium in cultu ac luxu à pag. 97, vſque ad pag. 99
Licinia 201
Litorius tricenarius 284
Liuia Rutilii 283
Liuius Salinator 69, 101, 115, 121 241, 302, 303
L. Ælius Seianus 319
L. Æmilius Paullus 11, 94, 244
L. Aluanius 5
L. Antonius 68
L. Atratinus 207
L. Beſtia Conſ. 34
L. Brutus 182
L. Cæſar 298, 299
L. Calpurnius Piſo 60, 256
L. Calpurnius Triumuir 263
L. Caſſius præt. 102, 126, 259
L. Caſſius Trib. pl. 311
L. Cenſorinus 219
L. Druſus 268
L. Catilina 295, 317
L. Cinna 67, 127
L. Cornelius Conſul 151
L. Cornelius Merula 321
L. Cornelius Scipio 115
L. Cotta 208, 257, 275
L. Craſſus 101, 134, 193, 208, 220 293
L. Domitius Proprat. 200
L. Equitius 311
L. Fimbria 226
L. Flaccus Cenſor 69, 134
L. Flamininus 68

L. Furius Bibaculus 5
L. Gellius 184
L. Hortenſius 207
L. Iunius 12
L. Lamia 34
L. Lentulus 34.219
L. Libo 195
L. Lucullus 252
L. Manlius Imperioſſus 169
L. Marcius 17.290
L. Marcius Proprat. 62
L. Marcius Tr. mil. 62
L. Marius Tr. pl. 65
L. Metellus 70,177
L. Minutius 59
L. Mummius 244
L. Octauius 192
L. Opimius 66,67
L. Papirius Curſor 226
L. Paullus una cum filia 14, ſolus 61, 153
L. Petillius ſcriba 6
L. Petronius 142
L. Philippus 193
L. Pleminius legatus 8
L. Quinctius Cincinnatus 59, 113, 131
L. Rheginus 141
L. Saturninus 311
L. Scipio 95,97,120,173,258
L. Scribonius 47
L. Septimuleius 306
L. Sextilius triumuir 259
L. Sicinius Dentatus 86
L. Sulla 10,17,76,97,159,209, 218,244,266,285,297,304
L. Tarquinius 12
L. Valerius Heptachordus 253
L. Villius Annalis 318
Lucretia 188
Lucullorum teſtimonia 264,265
Lucullus 79
Ludorum origo, luxus & ornamenta 47
Lupercalia 45
Luxuria & libido multorũ, à pag. 292, uſque ad pag. 298
Lyciorum luctus 56
Lycurgus Lacedamoniorum legiſlator 11,52
Lydorum ritus 48
Lyſias 205
Lyſimachus rex 197
Lyſippus 279

M

Macedoniæ mos 90
Macedonis pueri patiẽtia 90
Magiſtratus ac ordines & eorum officia, à pag. 42, uſq; ad pag. 46
Magiſtratuum auctoritas 42, abſtinentia 45
Magius Chilo 317
Magnifica quæ cuiq; contigerint, à pag. 288, uſq; ad pag. 292
Mago Carthaginienſis 231
Maieſtas diuerſorum, à pag. 71, uſque ad pag. 75
Maieſtas Conſularis 43
Maiorum in urbe cõſuetudo 39,40
Maiorum vita, exemplum iuuentuti 41
Mamilius Octauus 30
M. Æmilius Lepidus 75, cõſul 211
M'. Curius 124
M'. Curius Conſul 200
M'. Valerius 70
Manilius Criſpus 194
Manlius Torquatus L.F. 217,303
M. Æmilius Porcina 259
M. Æmilius Scaurus 83,257,264
M. Agrii ſeruus 263
M. Agrippa 143
M. Anneus Carſeolani F. 249
M. Antonius orator 214, eius ſeruus ibid. eius eloquentia 234, 275, 299
M. Antonius Triumuir 69, 102, 108,141,142,154,164,308
M'. Aquilius 324
M'. Atilius Glabrio 50
M. Atilius Regulus 6,70
M. Bibulus 117
M. Brutus 13,15,154,204
M. Cælius 164
M. Ceſius 63
M. Ceſius Scæua Centurio 85
M. Calidius 277
M. Caſtritius 196
M. Cato Tr. pl. 65
M. Cato 76,98,123, 134,137,288, 290


M. Ci-




M. Cicero, vide M. Tullius
M. Claudius Marcellus, ædilis, una cum filio 190
M. Clodius 199
M. Colonius 122
M. Cornelius Cethegus 4
M. Cornutus 160
M. Cotta 170
M. Craſſus 306
M. Druſus 73,307
M. Fabius Conſul 173
M. Flauius Tr. pl. 315
M. Fuluius Flaccus Tr. pl. 63, Conſul 307
M. Horatius 255
M'. Iuuentius Thalna Conſul 320
M. Lætorius Mergus 191
M. Lepidus 67
M. Lucullus 141
M. Manlius 198
M. Marcellus 19,62,66,79,114, 152, 156
M. Marius 298
M. Muluius 259
M. Næuius Tr. pl. 100
M. Palicanus ſeditioſus 106
M. Perperna 94,282
M. Platorius 298
M. Pletorius primipilaris centurio 304
M. Plautius 136
M. Plautius Hypſæus 307
M. Popilius Lænas 11,253,259,266
M. Porcius Cato 68,73,94,245
M. Rutilius Cenſorinus 113
M. Scæua, require M. Ceſius, &c.
M. Scaurus 49,98,101,133,183,208
M. Seruilius 34
M. Silius 366
M. Tullius Cicero 12,24,43,122, 164,265,277
M. Tullius Duumuir 6
M. Valerius Coruus 282
M. Valerius Maximus 68
M. Valerius Meſſala 70
M. Varro 86
M. Voluſius ædilis 235
Martius Coriolanus 157
Mars viſus 32
Marullus 180
Maſſaniſa rex 8,73,227,283,325
Maßilienſes 53,54,55, eorum inſtituta & ritus ibid.
Materfamilias Smyrnæa 260
Matrimomorum ritus, à pag. 39 uſq; ad pag. 42
Matronalis libertas ac decor 40
Matrum duarum mortes 320
Mauſolus 137
Megullia Dotata 132
Meliſſa 270
Menelaus pictus 280
Menophis, Phyſcontis F. 300
Menogenes cocus 326
Menogenes ſcenicus 327
Meſſala 184
Meßius ædilis 73
Metellorum teſtimonia 264,265
Metellus 3,12,14,107,159,282,327
Metellus Celer 190
Metellus Macedonicus 116
Metellus Numidicus 107
Metellus Pius 159
Miles quidam Alexandri, iam ſenex 154
Miles Cn. Pompeii 174
Miles quidam Ro. 81
Militaria inſtituta 46
Militaris exercitatio ibid.
Militum Ro. ſeditio 312, temeritas ibid.
Milo Crotoniates 323
Miltiades 166,286
Minatius Rufus 123
Minos Cretæ inſulæ rex 10.166
Minucius mag. eq. 106
Minucius Conſul 158
Minyia 138
Miracula varia, à pag. 30, uſq; ad pag. 39
Mithridates 37,101,138,153, 160,273,300,318
Mithridatis filia 37
Moderatio animi multorum, à pag. 112. uſq; ad pag. 121
Moderatio parentum in ſuſpectos liberos 184,185
Molo Rhetor 43
Monogamæ laudatæ 40
Mortes non vulgares, à pag. 320

vſque ad pag. 324
Mucia 295
Mucius Scæuula 82,89
Mulier matricida 259
Mulieres cauſidicæ 261
Munatius Plancus 215
Munatius Flaccus 299
Muſicanes 150
Mutatio morũ aut fortunæ, à pag. 217, vſq. ad pag. 224

N

NÆuianus 250
Naſica 100
Nauſimenis vxor 35
Nealces pictor 280
Nearchus tyrannus 91
Neceßitas multorum, à pag. 245, vſque ad pag. 249
Neceßitudinum officia, require à pag. 39. vſque ad pag. 42
Neptunus Euphranoris 280
Nero 121
Nicocreon 91
Numa Pompilius 6,10
Numantia 57
Numantinorum neceßitas 248
Numidarum regum auctoritas 56
Numitor 45
Numulizinthes rex Thraciæ 300
Nuptiarum auſpicia 39

O

OBſeßi in Capitolio 241
Ochus Artaxerxes 301
Ochus, poſtea Darius appellatus, ibid.
Octauiæ, ſororis Auguſti falſus filius 329
Octauius Balbus 180
Octauius conſul 19
Oedipus 272
Oedipus Coloneus fabula ibid.
Omina varia, à pag. 14, vſque ad pag. 17
Oppius Gallus 253
Ordines & eorum officia à pag. 42 vſque ad pag. 46
Ordinibus in theatris loca attributa primum 47
Odo equeſtris 45
Oreſtes 140,251
Oreſtilla Plautii 136
Orgiacontis Reguli vxor 191
Origo ſcenicorum ludorum 47, ſecularium 48
Orontes 228
Otacilia Laterenſis 261
Othryades 87
Otium laudatum 273,274

P

PAciæci 171
Pamphilus 327
Panſa 160
Papiria tribus 315
Papirius 60,61
Papirius Curſor 80,226
Papirius Maſo 97
Par amicitiæ 273
Parentum amor & indulgentia in liberos 180
Parentum ſeueritas erga liberos 182
Parmenio 111
Pater quidam 185
Patientia multorum, à pag 89. vſq. ad pag. 93
Patris amor in filium 236
Patriciorum Ro. indignatio 303
P. Comen 14
Paullus 126,131
Paullus Senator 268
Paupertas laudata, à pag. 229 vſq. ad pag. 134
Pauſanias 52,287
Pedanius Centurio 84
Penates Dii 33
Perfidia diuerſorum 309,310
Pericles 53,275,279
Pericles princeps Athenienſium 76 187
Perſarum religio 9. inſtitutum in educandis liberis 56. mos in deligendo rege 237
Perſes rex 61,126.131,150,153
Peſtilentia 30,31,48
Petillinorum fides 212
Petillius 15
Petronius Sabinus 6
Petus pietas filiæ in patrem 171
Phalaris tyrannus 91,301
Phanarete mater Socratis 24

Pheræus



Pheræus Iaſo 35
Pherenice 291
Phidias ſtatuarius 103
Philemon 522
Phileni fratres Carthaginienſes, 178
Philippus, Fuluii Flacci ſeruus 263
Philippus Macedonum rex 36,147 159,230
Philippus medicus 111
Philo 281
Philocrates Gracchi ſeruus 215
Phocion 109,166
Phraartes Parthorum rex 247
Phryne ſcortum 128
Phyſcon. Vide Ptolemæus
Pietas erga patriam, à pag. 175. vſque ad pag. 180
Pietas fratrum 173,174
Pietas in parentes, à pag. 168. vſq. ad pag. 173
Pindarus 323
Pindarus, Caßii ſeruus 215
Pireſius 84
Pirithous 142
Piſiſtratus 11,275
Piſiſtratus Athenienſium tyrannus, 154,155,166
Pittacus 119
Pittacus Mitylenæus 209
Plato 21,118,229,270
Plautius conſul 193
Pænicarum feminarum proſtitutio 56
Polemo Athenienſis 221
Pollux 174
Polycrates Samiorum tyrannus, 222
Polydamas Athleta 323
Polyſtratus Philoſophus 37
Pompeius Magnus 15, 137, 165, 196,285,326, eius pater 326
Pompeii patientia 90
Pomponius Atticus 252
Pomponius Rufus 129
Pomponius Tr.pl. 169
Pontius 108
Pontius Aufidianus 189
Pontius Lupus 268
Populi Ægypti luxuria ac mollities 296
Populi Aſiatici neceßitas 247
Populi Rom. religio 3, 4, abſtinentia & continentia 126, verecundia 133, liberalitas 147, gratitudo 158, ingratitudo 162. ſeueritas 198, iuſtitia 206, 207 neceßitas 245. ira 246, error in C. Heluium 303,304
Populi Vticenſis vltio 315
Populus Cinninienſis 205
Porcia Catonis filia 81,137
Porſena rex Etruſcorum 89
Poſtumius Albinus 200
Poſtumius aruſpex 17
Poſtumius Cenſor 68
Poſtumius Cominius 124
Potitii 7
Praxitelis opera 279
Præneſtinorum neceßitas 247
Prætor Rom. Siculo ſimilis cuidam 327
Prienenſes 15
Prima aurata ſtatua Romæ 50
Primi ſeculares ludi 48
Priuernatum princeps 193
Prodigia multa, à pag. 16, vſq. ad pag 22
Pronuntiationis modus, à pag 276, vſque ad pag. 279
Pruſias rex Bithyniæ 36,104, 150 300. eius filia 36
Pſeudophilippus 244
Ptolemæus rex Ægypti 33,296 300
Ptolemæus Cypriorum rex 306
Publicia 201
Publicius libertinus 326
P. Annius 299
P. Antronius 275
P. Aquillius Tr.pl. 259
P. Atilius Philiſcus 189
P. Aurelius Pecuniola 58
P. Cælius 142
P. Cernius 191
P. Cethegus 298
P. Claudius 12
P. Claudius Pulcher 256
P. Clodius 265. eius iudicium 295
P. Clœlius Siculus 4

P.Cornelius Conſul 5
P.Cornelius Scipio 57
P.Cornelius Scipio Serapio cur dictus 327
P.Craſſus 42,81,268
P.Decius Mus 25
P.Dolabella Proconſ. 260
P.Furius 258
P.Furius Philus 70,101
P.Lentulus Spinther 49
P.Lentulus 163
P.Licinius 4. Pont. Max. 218
P.Manius 189
P.Mucius Tr.pl. 199
P.Pulcher 122
P.Rupilius 58,219
P.Rutilius 46.73.204
P.Scipio 17,66,97,98
P.Scipio Æmilianus, vide Scipio Æmilianus
P.Scipio Africanus 173,193,225
P.Scipio Naſica 34, 47, 67, 82, 163,243, 289
P.Sempronius 70
P.Sempronius Sophus 201
P.Seruilius Conſularis,&c. 265
P.Valerius Poplicola 32,50,113
P.Vatinius 30,121
P.Ventidius 219
P.Villius triumuir 259
P.Volumnius 17
Pudicitia 39,40,188
Pulcher Clodius infamis 96
Pulto, iuuenis Pinnenſis 172
Pylades 140
Pyrrhus 8,62,102,125,127.155
Pythagoras 269,291
Pythias 143

Q

Quæſtiones 261
Quinquatria prima tibicinum 50
Qu. Ælius Tubero Catus 125,130 243
Qu. Æmilius Papus 130
Qu. Antiſtius Vetus 201
Qu. Cæcilius 252
Qu. Cæpio 220
Qu. Callidius 159
Qu. Caſsius 306
Qu. Catulus 49,67,218,290,321
Qu. Claudiæ ſtatua 34
Qu. Conſidius 146
Qu. Cotius Achilles 84
Quinctius Criſpinus 151
Qu. Fabius 173
Qu. Fabius Gurges 126
Qu. Fabius Labeo 234
Q. Fabius Maxim. 4 43.45,58,80 106,114,145,158,218,282,289
Qu. Fabius Max. Qu. F. 96
Qu. Fabius Rullianus 59,180
Qu. Fabius Max. Seruilianus 189
Qu. Flauius Augur 256
Qu. Fuluius Flaccus 8,58,66
Q. Hortẽſius 96,184,264,277,306
Qu. Lutatius Conſul 206
Qu. Lucretius 213
Qu. Marcius Rex 186
Qu. Metellus 60,71,84,101,152 224,226,244,304
Qu. Metellus 241,252,264,313
Qu. Nauius 46,126
Qu. Ogulnius 31
Qu. Pompeius 96,122,304
Qu. Petillius Conſul 63
Qu Poppedius 75
Qu. Scæuula Augur 107,116,134 289
Qu. Sertorius 10, eius falſus filius 319
Qu. Seruilius Cæpio 310
Qu. Terentius Culeo 159
Qu Valerius Præt. 65
Qu. Varius Hybrida Tr.pl. 266

R

Reconciliatio inter multos, à pag. 120, vſq. ad pag. 123
Religio 2, ſimulata 10, peregrina reiecta 11
Remigis cuiuſdã mirabilis caſus 36
Repudium primum 40
Repulſa diuerſorum, à pag. 243, vſq. ad pag. 246
Reuiuiſcentes iam elati 34
Romæ peſtilentia maxima 30
Romanorum legatorum mira conſtantia 44, de Romanis plura require in Populi Rom. &c.
Romulus 78,79,133





Roſcius 268
Rubria falſa. 329

S

Sacellum deæ Viriplacæ 40
Saguntinorum fides 212
Samii 15
Sapienter dicta aut facta, require à pag 225. vſq. ad pag. 233
Sardanapalus 139
Sariaſter Tigranis regis F. 318
Satellitum regis Veientiũ error 314
Saturninus puer 295
Saturninus Tr. pl. 83
Scenici ludi 48. ſeculares ibid.
Scæuola 274
Scelerate facta, à pag. 316. vſq. ad pag. 320
Scipio 81.88.106.124.273
Scipio Æmilianus 72.79.100. 108.127.161 203 289.
Scipio Africanus 10.116.318
Scipio ſuperioris F. 95
Scipio Naſica 12.47.82.289
Scipio ſuperior 233.288
Scytharum pietas 172
Seditiones paſsim 311.312
Seleucus 74 180 181
Semiramis, Aſſyriorum regina 305
Sempronia 107
Sempronius Aſellio 311
Sempronius Gracchus 177
Sempronius Muſca 191
Senatus Campanus & Carthaginienſis 309
Senatus Carthaginienſis diſciplina militaris 63
Senatus Rom. religio 6.11 fides & taciturnitas 42 vigilantia 44. diſciplina militaris 60. fiducia 102 humanitas & clementia 71 gratitudo 58. ingratitudo 162. ſeueritas 198. fidei publicæ rigida cuſtodia 210. ſapientia in dictis & factis 226.227
Senectus exemplum iuuentuti 41
Senectus honorata ibid.
Senectus memorabilis 282
Senex Athenienſis quidam 135
Senis cuiuſdam vaticinium 276
Sentius Saturninus Vetulio 235
Septem Sapientes Græciæ 119
Septicia 250
Serapio Victimarius 327
Ser. Galba 255.309
Ser. Paterculi filia 291
Serpentis mirabilis magnitudo & longitudo 38
Sertorius 234
Ser. Terentius 142
Ser Tullius 16.34.93
Ser Sulpicius 17
Seruorum erga dominos fides 213
Seruus M. Agrii 263
Seruus Antii Reſtionis 216
Seruus M Antonii 214
Seruus barbarus mire patiens 92
Seruus Vrbinii Panopionis 215
Seueritas cenſoria, require Cẽſoria
ſeueritas patrũ erga filios 182.183
Sextilius 164
Sex Pompeius 54
Sex Tarquinius 188,240
Siculus quidam 327
Similitudo oris in multis, à p. 326 vſq. ad pag. 328
Simonides poeta 26.35.272
Simulacrum Fortunæ muliebris 31
Socrat 10,94,109,205,219,271.274
Solon 119,166,228,272
Somnia diuerſorum, à pag. 22. vſq. ad pag. 29
Sophocles 128,272, 321
Sophroniſcus Socr. pater 94
Sophronis mimi 270
Spartana ciuitas 52, 138
Spartanorum frugalitas & militia 52. fiducia 101. ingratitudo 165. ſeueritas 202. grauiter dictum 206
Spartanorum legatorum verecundia 135
Spartanus quidam 206
Spinther 327
Spurina 21, eius aruſpicina 278
Spurinæ formoſi iuuenis factũ 135
Sp Albinus 57
Sp. Carulius 40
Sp Caſsius 198
Sp. Mœlius 164.199
Sp. Poſtumius Albinus Conſul 201

*Sp Staſippus Tegeates* 119
*Sp.Tarpeius* 309
*Statius Statilius* 32
*Statua aurata prima* 50
*Stratagemata diuerſorum*, à pag. 239 vſque ad pag. 244
*Stratonice Antiochi nouerca* 180
*Studium & induſtria multorum*, à pag. 267 vſque ad pag. 274
*Suffetius dux Albanorum* 240
*Sulla, require L. Sylla.*
*Sulpicia Lentuli* 213
*Sulpicius* 4
*Sulpicius Rufus* 209
*Superbia & impotentia quorundã* à pag. 307 vſque ad pag. 310
*Suphax rex* 222
*Sylla* 107
*Syloſon* 160
*Syracuſana femina.* 197

T

*T Literæ ſubſcriptio* 44
*Tanaquil* 16
*Tarquinius rex* 6.129
*Tarquinius Priſcus* 93
*Tatia Cæſonis filia* 132
*Tatius* 308
*Taxillus Gymnaſiarcha* 316
*Temeritas multorum*, à pag. 312 vſq. ad pag. 314
*Terentia Ciceronis* 283
*Terentius quidam* 250
*Terentius Varro* 134.267
*Tertia Æmilia* 213
*Teſtamenta rata & inſperata*, à p. 251 vſque ad pag. 254
*Teſtamenta reſciſſa*, à pag. 249 vſque ad pag. 252
*Teſtimonia irrita vel rata*, à pag. 264 vſque ad pag. 266
*Teutonorum coniuges pudicæ* 192
*Thales philoſophus* 119
*Thamyris regina* 315
*Theatra prima ædificata* 47
*Thebe Alexandri* 325
*Themiſtocles* 166, 178, 209, 221, 273, 286
*Theodectes* 287
*Theodorus* 92, 118
*Theodorus Cyrenæus* 197
*theogenes* 88
*theophanes Mitylenæus* 285
*theopompus hiſtoricus* ib.
*theopompus rex* 120
*theramenes* 88
*theſeus* 142, 165
*thraciæ nationis opinio de vitæ calamitate* 55
*thraſippus Piſiſtrati amicus* 155
*thraſybulus* 119, 178
*thymaſitheus* 9
*ti. Cæſar* 174
*ti. Gracchus* 4. 12, 18, 24. 67, 82 115, 121, 136, 140, 156, 193, 207
*tibicinũ quinquatria*, vide *Quinquatria tibicinum.*
*tigranes Armeniæ rex* 153, 318
*timæus Pythagoricus* 270
*timagoras* 202
*timas pictor* 280
*timochares Ambracienſis* 207
*titinius Centurio* 314
*ti. Atinius* 23, 24
*ti Auſidius* 219, 220
*ti. Barrulus* 253
*t. Clœlii filii* 258
*t. Flamininus* 68
*t. Haterius* 321
*t. Iubellius Taurea Campanus* 86
*t. Labienus* 286
*t. Liuius* 38
*ti. Longus Conſul* 133, 251
*t. Manlius Torquatus* 23, 79, 182 203, 217
*t. Marius Vrbinas* 252
*t Quinctius Flaminius* 147
*t Veturus, Veturii F.* 190
*t. Volumnius* 141
*thraſymenus lacus* 47
*trebellii Calcæ calumnia* 329
*tribb. pl. diligentia* 44
*quatuor Tribb. pl. iuſtitia* 207
*trib. Pollia* 69, 200, 315
*triumphandi ius* 62, 63
*triumphantium conuiuia* 66
*triumphus à quo ſpretus, quibuſue negatus* 65, 66
*triumuiri damnati* 259
*tuccia, virgo Veſtalis* 256
*tuditani teſtamentum* 252

*tullia*



*Tullia* 316
*Tullus Hoſtilius* 93, 240, 320
*Tullus Volſcorum dux* 239
*Turullius* 7
*Tuſculani conſulti* 328, *vltores* 315

V

*V Acca ænea Syracuſis* 279
*Vafre dicta aut facta*, à pag. 232, vſq. ad pag. 240
*Valerii eloquentia* 275
*Valerius Coruus* 79
*Valerius Flaccus Trib.* 83, 84
*Valerius Lauinus* 114
*Valerius Poblicola* 32, 49. 129, 130
*Valerius Valentinus* 256, 257
*Valeſius quidam* 49
*Varro* 94
*Vatinius* 245
*Velitum primus vſus* 46
*Veneficii prima quæſtio* 50
*Venus Praxitelis* 279
*Venus Verticordia* 291
*Verecunda conſanguinitas* 41
*Verecundia multorum*, à pag. 133 vſq. ad pag. 136
*Veſtia Opidia* 158
*Vettii Salaſſi vxor* 318
*Veturia, Coriolani mater* 157. 168
*Vibienus* 191
*Vibius Acceus* 83, 326
*Vindices propriorum commiſſorum* 266
*Vini vſus mulieribus interdictus* 40
*Virgo Æmilia* 4
*Viriatus* 203, 310
*Viriplaca dea* 40
*Vltio quorundam* 315, 316
*Vlyſſes pictus* 280
*Vulcanus Alcamenis* 279
*Volumnia Coriolani* 157
*Volſinienſes* 296
*Vxor Africani ſuperioris* 313
*Vxores Teutonorum* 192

X

*X Antippa* 228
*Xantippus Lacedæmonius* 6
*Xenocrates* 74. 118, 128, 221, 229
*Xenophilus Chalcidenſis, Pythagoricus* 284
*Xenophon* 187
*Xerxes* 74, 87, 167, 296, 308, 324

Z

*Z Aleucus Locrenſis* 11, 210
*Zeno Eleates* 91
*Zeno alter* ibid.
*Zeuxis pictor* 103

INDICIS FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala
Estante
Tabla
Número